
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 I
M 36




# ANT. MASSAE GALLESII CIVIS ROMANI.



## AD FORMVLAM CAMERALIS OBLIGATIONIS LIBER.

D. BENEDICTI DE BARZIS Perusini, Sigismundi Romanorum Imperatoris à consilijs, Tractatus de Guarentigia.



D. ANTONII A CANARIO *Tractatus de executione Instrumentorum.*

EIVSDEM ANTONII MASSÆ Sermo de Annatis.

OMNIA INDICIBVS ALPHABETICIS in hac postrema editione illustrata.

Pertinet ad Biblioth: fr. franc. de Urbe



*CVM LICENTIA SVPERIORVM.*

ROMÆ,
Ex Typographia, Vincentii Accolti. CIƆ IƆ LXXXVIII. In Burgo.

Francisci Angelini. I. V. D.

# ANTONIVS MASSA IOANNI BAPT. CICADAE




*Tituli sancti Clementis presbytero Cardinali, viro amplissimo S. D.*



VLTOS mihi vsu venit audire, Antistes amplissime, qui mirarētur, quid esset, quòd ex tam multis doctis atq; exercitatis Romanæ Curię pragmaticis nemo adhuc de facultate forensiū disceptationū, quibus sacerdotiorū controuersiæ ac iudicia continentur, id est, de beneficiaria praxi, quæ alibi quàm in hoc Pontificio foro, seu Romana Curia parum est nota, iustum aliquem & quasi proprium librum cōscripserit: &, id quod magis admirandum esse dicebant, ea, quæ hac de re scripta extant, omnia nullo ordine sint ita confusa, & concisa, vt raptim scripta, & quasi temere (vt sic dicam) consarcinata esse videantur: cum tamen nemo dubitet, quin illi fuerint viri alioquin docti, qui eam rem attigerunt. Quis enim aliter existimaret de Aegidio Bellamero, cuius cum in omnes Pontificij iuris libros extent præclari Commentarij artis & ordinis pleni, quas Lecturas vocant: iudicia tamen pronuntiata, & sentētiæ Auditorij Rotæ, quas decisiones appellamus, ab eodem Bellamero collectæ, maiori ex parte sunt obscurę, concisæ, & plerumque nullis legibus aut ra-

tionibus munitæ, & confirmatæ : quasi casu & temere coaceruatæ & proiectæ : quales etiam, quas antiquas, ac paulo minus quas nouas appellant Rotæ decisiones est videre. Cum vero illi eius rei causam à me requirerent, & ego quam putabam illis explicarem, & facti rationem redderem, visi sunt acquiescere & desinere mirari : dicebam enim homines quantumuis licet iuris peritos, antequam sint in ipso foro satis exercitati, non posse ijs de rebus, quas non bene cognitas habeant, recte scribere : Exercitatos vero occupationibus impediri, cum eis non supersit tempus, vt quæ velint, ordinate, ac distincte conscribant : Et ea, quæ extant, ab illis magis memoriæ causa, cum animaduerterentur, notarenturque, in commentariola, id est, breuiaria quædam congesta fuisse, quàm vt ea quasi perfecta opera edi & peruulgari vellent. Hoc verisimilius fit ex ijs, quæ temporibus nostris vidimus accidisse. Nam quæ circunferuntur Felyni in Cancellariæ regulas notæ, nihil minus, quàm Felyni copiam & concinnam dispositionem habentes, Cassadori decisiones, Caccialupi de pensionibus, & vnionibus, Staphilei de litteris apostolicis; Falconis de reseruationibus opuscula illa, rudia prorsus, & inordinata, non sunt ab ipsis auctoribus, dum viuerent, edita, sed illis è vita discessis cum in eorum quasi supellectile reperirentur, ob auctorum excellentiam, qualiacunque essent ab hæredibus & amicis sunt peruulgata. Quamobrem nulla in eos culpa ex librorum vitijs est conferenda, qui non vt ederentur, sed vt suis studijs & rationibus inseruirent, ea priuatim sibi comparauerant. Hæc autē mihi sæpe ac multum cogitanti causa fuit, cur tamdiu distulerim tempus edendi & peruulgandi eiusmodi

illas

illas meas ad formulam obligationis Cameralis (vt hoc verbo vtar, quo sæpius vtendum est) obseruationes, memoriæ, minuendique laboris causa comparatas, quas olim tibi eam iurisdictionem exercenti, amplam quidem & maxima cum dignitate coniunctam, cui qui præsit, eum Auditorem Cameræ appellamus, nescio per quem enuntiatas & patefactas, vt pote ad tuam illam iurisdictionem maxime spectantes, edere sum pollicitus. Semper enim veritus sum, si viuens res eiusmodi mea sponte exire, atque in vulgus emanare paterer, ne non dignus eam viderer excusatione, qua, vt supra dixi, excellentium virorum memoria ab omni reprehensione vindicatur. Nam mihi M. Catonis in mentem veniebat, a quo A. Albinus iuste reprehensus esset, qui cum res Romanas oratione græca scripsisset, veniãque, si quid esset erratũ, postulasset: homo sum (inquiens) Romanus, natus in Latio, græca oratio à nobis alienissima est. Ne tu (inquit Cato) Alue nimium nugator es, cum maluisti culpã deprecari, quàm culpa vacare. Nã petere veniam solemus, aut cũ imprudentes errauimus, aut cũ cõpulsi peccauimus. Te (inquit) oro quis perpulit, vt id committeres, quod prius quàm faceres, peteres vt ignosceretur? Quã quidem ipse reprehẽsionem eo magis extimui, quòd viderem Ludouicum Gometium à multis vituperari, qui librum illum suum de certis Cancellariæ regulis inscriptum, vt gloriola sua frueretur, viuens in lucem protulit: effecitque vt nonnulli qui nesciunt eum hominẽ hic pertenui fuisse existimatione, egregiã quandam sibi laudem quærere videantur, cũ in libris, quos in dies pariũt multos & emittunt: Gometium, atque adeo eminentissimum illud Romæ Auditorium modo in hac, modo in

illa quæstione male sensisse arguunt. Ego quidem non diffitebor Gometium multas de suis in eo libro ineptias inseruisse, quinimmo addam (id quod mihi constat) in referendis collegij argumentis & decisionibus eum plerumque falsum esse: sed qualiscunque sim, si liberet, & vacaret in minimis rebus, atque tenuissimis operam consumere, facile ostendere possem, gloriosos istos milites, qui Gometium insectãdo suam virtutem atque adeo ferocitatem ostentare non cessant, cum alijs in locis, tum in eisdem sæpius, in quibus Gometium reprehendunt, & veritatis expertes, & lapsos turpiter fuisse. Sed ad me ipsum animum referens, cœpi non desperare veniam, vel Catone ipso iudice, quam mihi certe æquus lector dabit: cum hoc non mea sponte, sed efflagitatione compulsus faciam. Quæsiuerant enim à me probi aliquot iuuenes agendarũ causarum studiosi, nunquid haberem obseruatum, quod eis impertiri possem De Camerali obligatione, re quidem frequentissima, sed de qua nemo adhuc data opera, & quasi ex proposito aliquid conscripserit, ingenue fassus sum habere me nonnulla, quæ memorię causa in Commentariolum retulissem: vt, vbi opus foret, mihi pręsto essent: quemadmodum feci alijs quoque in rebus fere omnibus quæ sunt in iudiciaria exercitatione frequentiores: qualia etiam plerosque alios collecta & ad manum parata habere certo scio. Quo enim alio pacto possemus vnius diei, aut alterius spatio ex Rotæ præscripto, de quatuor, sex, octo, decem, & interdum pluribus causis iudices edocere, si huiusmodi quasi supellectilem in memoriæ subsidium paratam non haberemus, & si omnia tamquam noua de integro ex libris repetenda essent & ediscenda? oblatam autem occa-

sionem

ſionem iuuenes illi tenentes ſummopere petierunt, vt eis illa legendi facerem poteſtatem. Adhuc non videor mihi vlla eſſe accuſatione dignus, ſed aliqua potius laude, ſi iuuenibus diſcendi ſtudioſis, mei amantiſſimis, honeſtam rem petentibus non denegaui. Cum perlegiſſent, vt lecta liceret exſcribere, maiorem in modum contenderunt. Hic ſubſtiti, monens eos, & rogans vt petitioni modum facerent, & ignoſcerent recuſanti: cum eſſet res informis, imperfecta, in compendium congeſta magis, quàm compoſita, eo conſilio comparata, non vt in forum exiret, ſed vt domi permaneret, quæ propterea ignorantię mihi & imprudentię notam inurere poſſet: præſertim apud nonnullos me longe doctiores & magis exercitatos, qui, vt de ipſis compertum habebam, multo plura & meliora in eandem ſententiam obſeruaſſent, & notauiſſent. His non acquieuerunt illi, ſed quaſi theſaurum inueniſſent, aiebant nolle ſe, quod inuentum haberent, alibi quærere: ſi pergerem negare, ſuperbiæ, & inhumanitati tribui poſſe hominis eorum ſtudio inuidentis, omniaque ſua ſibi priuatim retinentis & ſupprimentis. Quid facerem, homo præſertim natus, inſtitutus, paratus ad bene promerendum, qui nulla ex re maiorem capio voluptatem, quàm ex oblata occaſione non amicis ſolum, ſed alienis etiam gratificandi? Itaque cum in alterutram partem peccandum eſſet, in eam peccare malui, quæ aliqua bonitatis excuſatione minus periculoſa videretur: & eorum voluntati, ac potius efflagitationi ſum obſecutus: ea tamen conditione lata, vt expectarent tantiſper, dum libellum doctioribus aliquibus oſtenderem, à quibus admoneri poſſem, ſi quid, non dico minus ornate, aut eleganter, cum ornatui aut ele

gantiæ nihil ſit inſeruitum, ſed minus vere ac recte po-ſitum eſſet. Quod cum feciſſem, nec amplius differre liceret, librum tuo nomini, Vir ampliſſime, dicatum illis edendum conceſſi. Inter eos autem, quibus legendum librum obtuli, fuerunt, quos honoris cauſa nomino, Iacobus Puteus, & Sebaſtianus Pighinus presbyteri Cardinales, viri ſapientia & dignitate ampliſſimi: ac Ioannes Baptiſta Guidobonus Rotæ Auditor, vir omni gradu honoris dignus, qui eum mihi non modo viſum, ac lectum, ſed multis etiam locis auctum remiſit. Hos tres potiſſimum hac in re rogandos & conſulendos duxi, propter ſummam cũ in cæteris, tum in hoc genere prudentiam, quam conſecuti ſunt in eo tribunali, diu alius poſt alium locum Auditoris obtinentes, donec eos ſpectata virtus in altiori dignitatis & honoris gradu collocauit. Hæc mihi fuit, Antiſtes Ampliſſ. edendi libri cauſa prope neceſſaria: hoc in ea re conſilio vſus, hanc ſum ratione ſecutus: Tu vero pro tua ſingulari humanitate, quemadmodum me in tua fide & clientela iampridem eſſe meminiſti, ita huius libri, quem tuo nomini inſcripſi & dedicaui, patrocinium ſuſcipere ne graueris: vt tuę dignitatis quaſi clypeo à maledicorum telis & voculis tutus in forum, ſi modo foro dignus eſt, prodire poſſit.

Vale.

VLYS-

# ULYSSES BASSIANUS

## *Ad Lectorem.*





SI liber est quispiam cādide Lector, qui commendatione nō egeat, hic certe in primis est, qui ea, quā præ se fert inscriptione, & Auctoris nomen, & rei argumentum declarat: ex quibus quanta potest maxima libri commendatio, non obscure colligitur. Itaque Auctoris optimi præstantia, non huius modo forensis exercitationis, sed omni plane litterarum, & liberalium artium genere excellentis, libriq. argumento maxime illustri prætermissis, quæstionum capita toto libro copiose, & eleganter tractata ordine subijcientur: vt totius operis summa, atque in suas quasque partes distributione proposita, præclaram quoque scribendi rationem & ordinem, quem Auctor hic noster persecutus est, vno aspectu percipere possis: id quod ex sola inscriptione non poteras.

### *Totius libri diuisio, & summa.*



HIC igitur aureus ad Cameralis obligationis formulam liber, siue tractatus in tres partes varijs distinctas quæstionibus diuiditur.

Prima pars quæstiones continet ad rei de qua agitur,

tur, prçcognitionem pertinentes.

Secunda quæstiones ad vnamquamque particulam formulæ obligationis Cameralis explicandam.

Tertia vero pars in plures quaſi articulos deducta eſt, quæſtiones proceſſum ipſum executionis Cameralis explicantes continens. Poſtremo, vt nihil deſiderari poſſit, adſcripta eſt noua, & omnibus plane vinculis obſtringens obligationis formula, quam plurimis clauſulis, & cautionibus ad veterem illam ab auctore adiectis, quam (ſi libet) Galleſij formulam appellare poſſis.





Qua

## *Quæstiones primæ partis.*

Proposita ipsius obligationis definitione, seu descriptione, querit.



## *Quæstiones secundæ partis.*

Ad primam obligationis particulam.



Ad secundam.



loco

Ad

*Quæstiones tertiæ partis.*

De Præambulis ipsius Processus, Hoc est, De instrumento.



De processu ipso.



2 Quo

Quæstiones variæ post processum incidentes.




3 An

FINIS

# ANTONII MASSAE GALLESII, CIVIS ROM.

## Ad Formulam Cameralis obligationis Liber.




### SVMMA PROOEMII.

1 *Descriptio formulæ obligationis cameralis continens formalem, & finalem causam ipsius.*
2 *Incertus est auctor obligationis, in forma Cameræ*
3 *Obligatio in forma cameræ diuersis temporibus composita fuit & perfecta.*
4 *Tenor ipsius formulæ obligationis cameralis, qua nunc vulgo vtuntur, diuisus in sex partes, siue clausulas.*



CVM obligationis eius, quæ vulgo appellatur in forma Cameræ, vsus iam fit fere vbique frequentissimus & doctorum (quos quidem ego viderim) nemo hactenus de illa, eiusque virtute, & efficacia data opera tractauerit, operæ prætium factum me esse arbitratus sum, si quæ de ipsa obligatione, eiusque vsu mihi occurrebant, quam breuissime exponerem. Vt autem clarius intelligi possint quæ dicentur, fortasse non erit ab re, si figura quadam describamus:
1 † Eam obligationem esse formulam quandam ex multis iuridicis cautionibus, incerto auctore, diuturno vsu Romanæ Curiæ compositam: quæ contractuum instrumentis adiecta facit, vt cessatores per iudicem facilius cogi possint ad complendum promissa. Dixi,
2 incerto † auctore, & diuturno vsu Romanæ Curiæ compositam, quia, præterquam quod non est eius cer-

tus auctor, insuper certum est eam, qualis nunc est in
3 vsu, † non fuisse vno, & eodem tempore ordinatam, sed per varia additamenta, & (quemadmodum verisimile est) prout diuersarum causarum experientia docuit, in hanc formam esse redactam. Quod ex infra dicendis clarius apparebit.

Non autem extra propositum vagemur, neve quisquã à me, præter ea, quæ sint ad rem, de qua agitur, necessaria, expectet; illud proponendum esse censui: me nihil de ipsis contractibus, quibus forma hæc adijci solet, esse dicturum. Sed supposita præcognitione naturæ, validitateq;, vel inualiditate cuiuslibet contractus, cui obligatio ipsa sit adiecta, conabor exponere quid iuxta illos posita obligatio hæc efficiat: similiter facturus & de iuramento, & renuntiationibus, nec non constitutione procuratorum, & alijs clausulis, quæ huic formulæ inseruntur, de quibus cum plerique alij, non minus docte, quàm abundanter tractauerint, nihil attingam, nisi quatenus concernant effectus, quos talia huic obligationi inserta, & prout in ipsa obligatione continentur, de iure pariant.

Vt autem omnia dicẽda sint euidentiora, melius erit,
4 si quo nunc vtuntur, ipsius formulæ † tenorem descriptum proponamus. Est autem huiusmodi.

## FORMVLA OBLIGATIONIS *quæ nunc est in vsu sex partibus, seu articulis constans.*

## PARS PRIMA.



1 PRO quibus omnibus & singulis tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem A. debitor se ipsum, & suos in posterum hæredes, & successores, ac omnia & singula sua, & suorum prædictorum bona, mobilia, & immobi-

immobilia quæcunque, præsentia, & futura dicto B. præsenti, vt supra, pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque stipulanti & recipienti obligauit & hypothecauit.

2 † Ac etiam Curiæ causarum Cameræ D. N. Papæ, eiusque Camerarij, Vicecamerarij, Auditoris, Viceauditoris, Regentis, Locumtenentis, & Commissarij, ac omnium & singularum aliarum Curiarum Ecclesiasticarum & secularium, vbilibet constitutarum iurisdictionibus, & coertionibus, compulsionibus, iuribus, rigoribus, stylis, & meris examinibus suppofuit, & submisit.

3 † Per quas quidem curias, & earum quamlibet insolidum, tam coniunctim quàm diuisim, voluit, & expresse consensit, se & suos prædictos posse, & debere cogi, compelli, constringi, moneri, & excommunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium seculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri, vno & eodem tempore, vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporũ interualla, vsque ad plenariam, & integram solutionem prædictorum mille ducatorum auri, ac omnium & singulorum damnorum, interesse, & expensarum prędictarum, occasione præmissorum forsan, vt supra, faciendorum, patiendorum, & substinendorum refectionem, & restitutionem: ita tamen quòd executio vnius Curiæ executionem alterius non impediat, nec retardet, iure dicẽte, quòd vbi iudicium incœptum est, ibidem finem accipere debet, & qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrarium faciente non obstante.

4 † Renuntiauit insuper idem A. omni & cuilibet exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & mille ducatorum auri de Camera, ex causa præmissa sibi, vt præmittitur, nõ mutuatorũ, & p ipsum non habitorum, non receptorum, & non numeratorum, speique futuræ habitionis & receptionis, & numerationis eorundem, pręsentis contractus non sic, vt pręmittitur facti, celebrati, & initi, & aliter, aut plus vel minus fuisse factum, vel dictum, quàm recitatum

& econtra, omnibusque alijs, & singulis exceptionibus, cauillationibus, & cautelis, quibus mediantibus contra premissa vel eorum aliqua, ipse A. debitor facere, dicere, venire, aut se tueri quouis modo posset, Et specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis & expressa.

5 † Et ibidē statim & incontinēti idē A. debitor pro maiori cautela, & tutiori securitate dicti N. creditoris, gratis, & sponte omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma quibus melius, & efficacius potuit, & debuit, fecit, constituit, creauit, & solēniter ordinauit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores; ac nuntios speciales, & generales, ita tamē quòd specialitas generalitati non deroget, neque contra, videlicet prouidos, & discretos viros dominos N. & N. Romanæ Curiæ Causarum procuratores, & N & N. eiusdem Curiæ Cameræ Apostolicæ Notarios, omnesque alios, & singulos Dominos Procuratores, & notarios, qui nūc sunt, & pro tempore futuro erunt, in Ro. Curia, quorū nomina, & cognomina habere voluit pro expressis, absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum, ita tamen, quòd non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis: sed quod vnus eorū inceperit alter eorū prosequi, terminare, mediare valeat & finire, ac ad effectum debitum, & finem perducere. s. specialiter & expresse, ad ipsius Domini cōstituentis nomine, & pro eo omni tempore & diebus feriatis, & non feriatis, in termino solutionis prædictorum mille ducatorum auri, & post ipsum terminum, & quotiens prædicto N. creditori ac suis videbitur, & placuerit coram prædicto Camerario, Vicecamerario, Auditore, Viceauditore, Regente, Locūtenente, Cōmissario eiusdē, & aliarum Curiarum prædictarum officialibus, Iudicibus, seu eorum Locum tenentibus comparendū, ac ipsum debitum mille ducatorū auri, vel partem ipsius semel & pluries confitendum, & recognoscēdum, & ad petendū, audiendū, & accipiendū dicti dñi constituentis

no-

nomine oē præceptum omnemq; monitionem, condem nationem, sententiam, atque mandatum, quæ, quod & quas præfati domini Camerarius, Vicecamerarius, Auditor, & alij Iudices, & officiales, seu ipsorum locum tenen. & eorum quilibet contra prædictum dnm constituē tem eiusq; hæredes & successores, ac bona prædicta facere, & promulgare voluerint, seu voluerit, & eis sponte acquiescendum, necnō submittendū, & resubmittendū, propterea ipsum dnm constituentem pro præmissis firmiter obseruandis, Iurisdictioni Curiarum prædictarū & cuiuslibet earum ac ad volendum, consentiendum ꝙ ipsi domini Camerarius, Vicecamerarius, Auditor, Viceauditor, Regens, Locum tenens Commissarius, & alij Iudices, Officiales prædicti in ipsum A. debitorem constitutum excommunic. sententiam ferant, proferant, promulgent, aggrauent, reaggrauent, aliosq; processus reales, & personales gerant, & faciant quos uoluerint, & dicto N creditori placuerit, & visum fuerit expedire, quousque de dicto debito mille ducatorum, & expensarum prædictarum sibi fuerit plenarie & integre ac realiter satisfactum, iuxta pręsentis publici Instrumenti seriem & tenorem. Et generaliter omnia, & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in pręmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna. Promittens mihi Notario publico infrascripto, vt communi & publicæ personæ præsenti, stipulanti, & recipienti, vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se omni tempore ratū, gratum, & firmum perpetuo habiturum totum id & quicquid per dictos procuratores suos constitutos, & eorum quemlibet, actum, dictum, factum, gestumue fuerit in præmissis, seu aliàs quomodolibet procuratum: releuans nihilominus, & releuatos esse volens eosdem Procuratores, & quemlibet ipsorū ab omni onere satisdandi, iudicio sisti, & iudicatum solui, cum suis clausulis necessarijs & opportunis, sub expressa hypotheca, ac obligatione omnium & singulorum bonorum mo-

bilium,& immobilium,præsentium,& futurorum quorumcunque,ac sub omni iuris,& facti renuntiatione ad hæc necessaria pariter & cautela.

6 †Et præmissa omnia & singula præsenti publico instrumento contenta tenere,attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare,contraque ea, seu eorum aliqua, non facere,dicere, vel venire de iure,vel de facto, quouis quæsito colore,dictosque Procuratores suos, vt premittitur,constitutos,aut eorum aliquem,quousq; prefato B.creditori de dicta summa mille ducatorũ auri vnà cum damnis,expensis,& interesse predictis,realiter,plenarie,& integre satisfecerit,& premissa omnia & singula obseruauerit,& adimpleuerit non reuocare, seu reuocari facere promisit, & conuenit, ac ad & super sancta Dei Euangelia scripturis sacrosanctis per eũdem corporaliter sponte tactis iurauit. De & super quibus, &c.

# TRACTATVS PARS PRIMA.

## QVÆSTIONIS PRIMAE.

### *Summarium.*

1 *Deceatne inter bonos viros arctioribus obligationum vinculis vti.*

2 *Creditoris exacta diligentia in pactis,illiberale est quiddam ex Aristotelis sententia,& Horatij.*

3 *Improbitas creditoris Horatiano carmine pulchre descripta*

4 *Debitoris qui arctius obligatur, fides suspecta est.*

5 *A malis tantum exigendum est iuramentum, ex Sophocle.*

6 *Iniuria quadam afficitur, à quo arctiores obligationes postulantur.*

7 *Abiecti animi est,perpeti se arctis obligationum vinculis illigari.*


8 *Persei credentis pecuniam elegans dictum ex Plutarcho.*

9 *Negligentia in cauendo amicorum iactura sæpe causa est.*

10 *Cautio,vt creditum plene constet,& vt obligata nobis bona sint debitoris,honeste adhibetur, & quare.*

*Exactio*

11 *Exactio iuramenti, & obligationis in forma Cameræ est hominis nimium cauentis.*
12 *Obligatio in forma Cameræ nõ ligat hæredes suis vinculis.*
13 *Diligentia vel nimium cauentis sæpe vana est.*
14 *Bonorum premissio simplex, iuramenti est instar, ex Sophocle.*
15 *Debitoris effugientis improbitas Horatiano carmine efficta.*
16 *Nimis caute cum amicis agere, malorum amicorum est, ex Euripide.*
17 *Vitiosæ consuetudinis vis à Salustio, & Terentio notata.*
18 *Obligationes habentes paratam executionem Baldo fauorabiles sunt, & bonę quod authori non placet, & quæ causa, Senecę auctoritate.*



SED antequam ipsius obligationis verba declarare incipiamus, conueniens videtur, vt nonnullas, quę ad rei euidentiam pertinere videntur, quæstiones explicemus: ac primũ,
1 † Deceatne inter bonos viros, tã arctę obligationis vinculo vti, q̃ tot adhibitis cautelis, & demũ etiã iureiurando sit confirmata? nã siue consideres illũ, qui talẽ flagitat à debitore obligationem, siue illũ, qui ita se obligat, in
2 vtroque videtur argui posse malitia. † Quãdoquidem ex ipsius creditoris parte (vt libro metaphys. 3. inquit Aristoteles) adeo exacta diligẽtia in pactis, atq; in contractibus illiberale quiddam esse videtur: eiusmodi autem virum illiberalẽ significat Horatius, sub nomine Cicute, qui sermo. 3. lib 2. sub persona patris, qui disparis naturę filios admoneret, ait, Extimui, tu Nomẽtanũ, tu ne sequere Cicutam. Cum antea significauisset eundem Cicutam solitum esse debitores suos arctissimis obligationibus innodare illis versibus:

3 † *Scribe decem Nerio, non est satis, adde Cicutæ*
*Nodosi tabulas centum, mille adde catenas.*

4 † Et ex parte illius, qui ita se obligat, significari videtur eum suspectum esse, ne alioqui nõ sit fidem seruaturus.
5 † Quod vel ex illo Sophoclis versu potest intelligi, apud quem Oedipus, inquit Theseo: Non te sub iuramento, vt malum, fidem adhibere iubebo. Quid enim aliud est petere ab homine, vt medio iureiurãdo promittat hec:

& hæc se factutũ, renuntietq; illis, & illis legibus, quàm dubitare, ne ille per ea diuerticula contra datam fidem, quærat elabi? Quod bene sensit Iustinianus in authen. de. instrumentorum caut. §. si tamen quisquam. ibi: Huiusmodi subtilitatem addidimus; non vt credentes priuemus fiducia sua circa amicos, sed vt quantum possibile est, & pfidiam & negationem multis recõuincamus modis. Adpositeq; significauit Syrus ille Terentianus, cum dixit: Neq; tu scilicet eò nunc confugies, quid mea? num mihi datũ est? num iussi? nũ illa oppignerare filiam meã me inuito potuit? verum illud Chreme dicunt; Ius summũ summa malitia est. Quibus sic se habẽtibus in proposita quæstione concludo (remota consuetudine publica) posse dici. Eum, qui tali vult sibi debitorem obligatione esse obnoxium, primum in se ipso illiberalem esse.
6 † Deinde illius, quem ita uincire vult fidem suspectã habendo, iniuria quadam eũ afficere, non aliter quàm is, qui adprobatum fideiussorem, quasi minus idoneum re-
7 cusat. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisda. cog. † Et cũ, qui tam arcto vinculo se vinciri patiatur, aut abiecti, & seruilis animi, aut oĩno deplotatæ fidei hoĩem esse, & tanquã
8 talem vt sui conscium iniuria non affici. † Neq; hoc excusari potest illo Persei exemplo; qui (vt est apud Plutarcum in li. de vitiosa verecũdia) cum noto cuidam daret pecuniam, apud forum, & mensam, fecit cautionem, memor videlicet illius Hesiodi versus:

*Et fratri testem ridens adhibere memento.*

Et cum ille admirans dixisset, adeone Perseu legaliter? scilicet inquit, vt amanter, recipiam, nec legaliter repo-
9 scam. † Multi siquidẽ ob immodicã verecundiam initio non cauentes ne fallantur, postea cũ amicitię detrimen-
10 to coguntur legibus experiri. † Nam prospicere nobis, vt creditum legitime ac plene probari possit, ne intercedente morte, aliove humano casu, pecuniæ creditæ iacturam faciamus, atq; etiam illud, vt de soluendo credito promissionem atque obligationem, cum bonorum etiam suppositione habere velimus, potest citra illiberalitatis, alienæve iniuriæ notam admitti, pręsertim vt ca-

ueamus nobis aduersus debitoris hæredes, qui plerunque simulata etiam ignorãtia prætextu l. qui in alterius. ff. de regu. iu. defunctorum voluntates, quas religiosissime custodire debent, frustrari conantur, & aduersus alios creditores. l. scripturas. cum authen. seq. C. qui pot.
11 in pig. hab. † Sed exigere etiam iuramentum, iuxta sacrum Euangelium, Matthęi cap. 5. relatum in cap. & si Christus. de iureiuran. & cap. ita ergo. 22. q. 1. non nisi à malo est. c. super hoc. de renũciat. Ac velle pręterea obligationem in forma Cameræ, nisi ob dubiam obligari fi
12 dem, & creditoris incredulitatem esse non potest. † Præsertim cum eius obligationis priuilegium, & efficaciã (quod ex dicendis apparebit) hæredes nõ liget. Quæ tãto magis consideranda sunt, † quia experientia docuit
13 to magis consideranda sunt, † quia experientia docuit plerunq; eam diligẽtiam esse quodammodo vanam: si
14 quidem à bonis (vt Oedipo respondit Theseus) † non vltra quicquam iureiurando adhibito, quàm simplici sermone feres, & à malis omnino nihil accipies. Nam etiã si ad Cicutæ tabulas, vel ad hanc, de qua loquimur obligationem mille addas catenas, vt subiungit Horatianus
15 ille interlocutor: †

*Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.*
*Cum rapies in iura malis gaudentem alienis:*
*Fiet aper, modo auis, modo saxum, & cum volet, arbor.*

Quale significare visus est etiã Plautinus Euclio, vbi ait: Scio quo vos pacto soleatis perplexarier. Pactũ non pactum est: non pactum: pactum est, quod vobis lubet. Quòd si hæc ita se habent in simplici obligatione, quid dicemus de illis, qui vltra ipsum obligationẽ volunt etiã quòd debitores suscipiant in se omnes censuras, & mandatum executiuum, qua de re inferius tractabimus? nihil certe aliud, nisi quod nimis caute agunt.

16 † Quod cum amicis faciunt mali amici: vt in Oreste, apud Euripidem habetur. His accedit Senecæ moralis auctoritas, cuius (quoniam elegantissima sunt) verba hic adscribere volui. is enim lib. de beneficijs secundo, ità inquit: Vtinam quidẽ persuadere possemus, vt pecunias creditas tantũ à volentibus acciperent, vtinam nulla stipulatio

pulatio

pulatio emptorem venditori obligaret: nec pacta conuentaq; impressis signis custodirentur, fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. Sed necessaria optimis prætulerũt, & cogere fidẽ quã spectare malunt; adhibentur ab vtraq; parte testes, ille per tabulas pluriũ nomina interpositis pararijs facit. Ille non est interrogatiõne contentus, nisi rem manu sua tenuerit. O turpem humani generis, & fraudis, ac nequitiæ publicæ confessionẽ? annulis nostris, plusquã animis creditur, Isti (inquit) viri ornati adhibiti sunt, hi (inquit) annuli imprimũtur. nẽpe ne ille neget accepisse se quod accepit, hos incorruptos viros, & indices veritatis existimas? at istis ipsis statim non aliter pecuniæ committentur. Itaque nũ honestius erat à quibusdam fidem falli, quàm ab omnibus perfidiam timeri? Plures (inquit) ingrati erunt, si nulla aduersus ingratũ datur actio, immo pauciores: quia maiore delectu dabuntur beneficia, deinde non expedit notum omnibus fieri, quàm multi ingrati sint, pudorem enim rei tollet multitudo peccantiũ, & desinet esse probri loco commune maledictum. Hæc (inquam) ita esse arbitror, consuetudine remota: cuius tanta vis est, vt illud C. Memmius apud Sallustium præclare vsurpauerit:
17 † Quę quamquã grauia sunt: tamen consuetudine iam pro nihilo habentur. Et illud Terẽtianus ille Chremes: Quam multa iniusta ac praua fiunt moribus? Sed hæc in huius tractatus initio pro quodam quasi procemio dicta
18 sint. † Cæterum consuetudo hæc introducti, vt contractuum instrumentis obligationes huiusmodi adijciantur, quę paratã habeant executionem (quando non semper cum amicis ineuntur contractus, & vsu compertũ est plures improbos fidem fallere) Baldo fauorabilis visa est, & bona, tanquam commune bonum concernens, vt dixit ille in l. de quibus. in 2. col. ff. de legi. refert & sequitur post And. Siculum, Rocchus, Curtius in c. fin. extra de consuet. super glo. verbi rationabilis in principio: quod tamen mihi aliter videtur ex ante scripta Senecę auctoritate: magis enim vtile esset in commune si maior esset infamiæ, ac censurarum pudor, & reuerentia,

rentia, que multitudine ac frequentia peccantium vilescit.

# QVÆSTIONIS SECVNDÆ

## *Summarium.*

1 *Causa inueniendi & componendi obligationem in forma Cameræ.*
2 *Obligatio in forma Cameræ, cur ita vocetur.*
3 *Exempla antiquarum obligationum in forma Cameræ.*
4 *Forma obligationis posita per Speculatorem.*
5 *Forma mandati de obligando principalem in forma Cameræ posita per Speculatorem.*
6 *Obligationis Cameralis formula diuersis temporibus facta & completa*
7 *Formula antiqua obligationis Cameralis non continebat procuratorum constitutionem.*
8 *Cur per obligationem in forma Cameræ facilius consequimur debita vel promissa*
9 *Per obligationem Cameralem in omnia bonorum genera nobis paratur executio contra debitorem.*
10 *Executio obligationis in forma Cameræ inprimis spectat bona animi.*
11 *Quæ sit ratio paratæ executionis in obligationibus in forma Cameræ.*
12 *Confessio de iure communi paratam habet executionem*
13 *Differentia inter obligationem in forma Cameræ, & instrumentum confessionatum, vel guarentigiæ.*
14 *Formula obligationis Cameralis, qua nunc vtuntur, longe dissimilis est antiqua.*
15 *In procuratorum constitutione consistit tota vis & mysterium obligationis Cameralis.*
16 *Obligationis similis obligationi Camerali meminit Baldus.*
17 *Ex contractu facto per procuratorem ex pecunia sua, non acquiritur domino personalis actio sine cessione.*
18 *Ex instrumento guarentigiato, vel confessionato vtilis actio acquiritur domino absque cessione.*
19 *Instrumēta confessionata vel guarētigiata vim habēt sententiæ*

*tentia, vel precepti iudicis.*

20 *Ex actis iudicialibus acquiritur actio sine cessione.*

21 *Ex obligatione in forma Cameræ non acquiritur actio sine cessione, nisi & susceptæ fuerint censuræ et mandatum executiuum & quare.*

22 *Si in obligatione in forma Cameræ intercedat iuramentum actio acquiritur sine cessione.*


23 *Ex contractu cuiuscunque iurato nobis acquiritur actio sine cessione.*

24 *Quamuis iuramentum extra iudicium delatum fuerit.*

25 *Iuramentum habet vim litis contestationis.*

26 *Hypotheca per obligationem in forma Cameræ constituta sine susceptione censurarum, non habet vim pigneris iudicialis.*

## QVAESTIO II.



VAE fuerit causa componendi huius obligationis formulam, quæque sit ius vis, & efficacia, & quid differat à guarentigia, & confessionario instrumento? † Causam, quamobrem huius introducendæ obligationis vsus inualuerit, ab antiquis Curialibus ita traditam esse accepi, quòd cum personæ, quibus per Sedem Apostolicam de Episcopatibus, Monasterijs, & alijs Sacerdotijs, beneficijsue ecclesiasticis erat prouisum, recedentes, promitterent annatas, & alia Cameræ Apostolicæ propterea debita iura, intra certum tempus persoluere, sæpe contingebat, quòd plerique datæ fidei obliti, non soluebant: neq; vt soluerent, iure cogi poterant, nisi citati, & trinis sententijs iudicati: quæ res Cameræ ipsius procuratoribus labori, tædioq; erat, & dispēdio; maxime vbi citandi in longinquis degebant regionibus. Ideoq; conati sunt excogitare formam, secundum quam parata esset executio sine mora faciendi processum ordinarium, & sine dispendio mittendæ ad debitores citationis. † Atque inde sumptum est nomen, vt diceretur forma Cameræ: quasi propter ipsius Cameræ credita, & per illius procuratores excogitata. Eius autē exem-

exempla, quæ in antiquis dictæ Cameræ libris inueni, sunt huiusmodi.

*Exempla antiquarum obligationum.*

3 VOS † Domine N. Patriarcha, N. Archiepiscope, N. Episcope, vel N. Electe de licentia, & auctoritate Apostolica, Vobis in hac parte concessa gratis & sponte offertis, dare promittitis, & donatis pro vestro communi seruitio Cameræ Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri D. G. Papæ xi. & sacro Collegio Reuerendissimorum in Christo Patrum Dominorum Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, videlicet Florenos tot auri de Camera boni & legitimi ponderis, & quinque seruitia consueta pro familiaribus, & officialibus Domini nostri Papæ, & dominorum Cardinalium prædictorum. Item recognoscitis eidem Cameræ, & Collegio ac Familiaribus & Officialibus omnes illas pecuniarũ quantitates, in quibus prædicta vestra Ecclesia reperie ur in libris ipsorum Cameræ & Collegij pro aliquorum prædecessorum vestrorum personis obligata. Quos quidem Florenos tot, cum quinque seruitijs & recognitis supradictis promittitis reddere & soluere realiter cũ effectu in Roman. Curia, vbicunque fuerit, videlicet Reuerendissimis in Christo Patribus & Dominis, Dominis miseratione diuina Henrico Episcopo Sabinen. & Amedeo Sanctę Marię Nouę, Diacono Neapolitan. & de Salutijs vulgariter nuncupatis, & Francisco eadem miseratione Archiepiscopo Narbonen. Domini nostri Papę, & sacri Collegij dominorum Cardinalium Camerarijs, vel eorum successoribus, aut deputatis ab eis, medietatē. s. in festo N. & aliam medietatem in festo N. recognita vero in alio N festo simili. Quòd si dictis loco & terminis dictam florenorum summam & quinque seruitia consueta & recognita supra dicta non solutis, vt est dictum, promittitis redire ad Roma. Curiam infra quatuor menses post elapsos terminos huiusmodi, vel alterum eorundem immediate sequen. & coram dictis

Domi-

Dominis Camerarijs, seu eorum successoribus, seu deputatis ab eis personaliter comparere, & inde non recedere, donec per vos fuerit de prædictis integraliter satisfactum. Super hoc obligatis vos & Ecclesiam vestram, & successores vestros, ac omnia bona Ecclesiæ vestræ mobilia & immobilia, præsentia & futura vbicunque sint, & consistant: & vt sitis vinculo fortioris obligationis astricti, submittitis vos, & successores vestros iurisdictioni & coertioni dictorum dominorum Camerariorum, & cujuslibet eorundem insolidum, ac etiam successorum suorum, & deputandorum ab eis. Et de voluntate vestra, qui hoc vultis & petitis, & hanc iurisdictionem in eos prorogatis, præfati domini Camerarij, & quilibet eorum eandem iurisdictionem in se suscipien. & suscipiens in vos mandatum faciunt, & præceptum, vt de re confessa, de soluendo dictam Florenorum summam, & quinque seruitia, ac recognita supradicta: & de reueniendo ad Romanam Curiam, & de non recedendo ab ea absque satisfactione. Et quod omnia & singula supra dicta efficaciter compleatis, & attendatis. Quod si non feceritis, suspensionem ab administratione spiritualium, & temporalium dictæ Ecclesię, & ab executione pontificalium, & maioris excommunicationis sententias ex nunc, prout ex tunc in vos Canonica monitione præmissa proferunt in his scriptis. Comminantes nihilominus dicti domini Camerarij, & quilibet eorum se contra vos dictum dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel electũ processuros absq; alia vocatione, seu monitione ad grauiores pœnas, & sententias spirituales, & tēporales, & aggrauationes earũ, prout eis seu eorum alteri placuerit, & visum fuerit expedire. Et quòd vos denuntiabunt seu denuntiari facient per se, vel alium, seu alios excommunicatum, suspensum, periurum, & alijs pœnis & sentētiis astrictũ, quas propter hoc in vos duxerint proferēdas. Et vos Domine Patriarcha, Archiepiscope, Episcope, vel Electe, renuntiatis super hoc omnibus litteris, priuilegijs, Indulgentijs Apostolicis impetratis, vel impetrandis

petrandis, concessis & concedendis quibuscunque, & beneficio appellationis, & restitutionis in integrum, ac omni foro, vsui, præscriptioni, & iuri reuocandi domum, & omni auxilio iuris Canonici, & Ciuilis, per quod contra præmissa de iure vel de facto venire possetis, vel aliquod pręmissorum. Et omnia pręmissa & singula iuratis ad sancta Dei Euangelia tenere, seruare, approbare, & in contrarium non venire directe, vel indirecte per vos, aut alium, seu alios. Si vero ante satisfactionem huiusmodi contingat mori, cedere vel transferri: & ille, vel illi, qui ad regimen ipsius Ecclesiæ vobis substitutus, vel substituti fuerint, infra quatuor mẽses post substitutionem, & dictæ Ecclesię possessionem adeptam, de prædictis florenis & seruitijs, ac recognitis satisfacere non curauerint, ex nunc, prout ex tunc easdem pœnas & sententias in eosdem substitutos, & eorum quemlibet proferunt, & infligunt in his scriptis.

PROVT dictum est & narratum auctoritate dictorum Dominorum Cardinalium & nostra proferimus in his scriptis. Et vos dominum Patriarcham Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum, petentem & requirẽtem ad prædicta recitata condemnamus. Et nihilominus monemus vos semel & secundo, tertio, & peremptorie, & sub excommunicationis pœna, vt pędicta adimpleatis, attendatis, & obseruetis: Alioquin excommunicationis sententiam in vos proferimus in his scriptis.

ET vos Domine Patriarcha, Archiepiscope, Episcope, vel Electe vultis, quòd per nos Clericos, vel Notarios Cameræ, qui sumus hic præsentes, de præmissis omnibus, & singulis fiant vnum, vel plura publica instrumenta.

*Altera forma antiquæ obligationis per procuratorem.*

VOS Domine, vel Magister talis, Procurator Domini N. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel Electi, in personam D. vestri: à quo plenam potestatem, & speciale man-

le mandatũ ad omnia, & singula infrascripta per agenda habetis, prout legitime constat, de licentia & auctoritate Apostolica ipsi D. vestro, & vobis in personam sui, & pro eo in hac parte concessa, gratis & sponte nomine dicti D. Episcopi offertis dare, promittitis, & donatis pro communi seruitio dicti D. vestri, & pro Ecclesia sua Cameræ Sanctissimi in Christo Patris & D. nostri. D.N. diuina prouidentia PP. V. & sacro Collegio Reuerendissimorum in Christo Patrum Dominorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardin. videlicet tot Florenorum auri de Camera boni & legitimi ponderis. Et quinque seruitia consueta pro familiaribus & officialibus D. nostri PP. & dominorum Cardinalium prædictorum.

ITEM recognoscitis eisdem Cameræ & Collegio familiaribus, & officialibus omnes illas pecuniarum summas, in quibus Ecclesia prędicti D. vestri in libris Cameræ & Collegij pro aliquorum prædecessorum suorum personis obligata reperietur. Quos quidem Florenos cum quinque seruitijs, & recognitis supra dictis dicto nomine promittis reddere, & soluere realiter & cum effectu in Romana Curia: vbicunque fuerit, videlicet Reuerendissimis in Christo Patribus & dominis dominis miseratione diuina Henrico Episcopo Sabinẽ. & Amedeo Sanctę Mariæ Nouæ Diacono Neapolitan. & de Salutijs vulgariter nuncupatis, Sanctę Romanæ Ecclesię Cardinalibus, & Francisco eadem miseratione Archiepiscopo Narbonen. Domini nostri Papæ, & sacri Collegij Dominorũ Cardinalium Camerarijs, vel eorũ successoribus, aut deputatis ab eis, medietatem videlicet in festo N. & aliam medietatem in festo N. ac recognita in alio festo N. Quòd si dictis loco, & terminis dictam Florenorum summam, & quinque seruitia consueta, & recognita supradicta ipse dominus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus non soluat, vt est dictum, promittitis dicto nomine, quod Dominus Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus personaliter veniet ad Romanam Curiam infra quatuor menses post elapsos terminos huiusmodi: vel alterum eorundem

rundem immediate sequen. & coram dictis Dominis Camerarijs, seu eorum successoribus, aut deputatis ab eis personaliter comparebit. & quòd de ipsa Curia non recedet, donec per eum fuerit de prædictis integraliter satisfactum, super hoc obligans ipsum dnm Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum, & Ecclesiam suam, ac successores ipsius, & omnia bona Ecclesiæ suæ mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbicũque sint, & consistant. Et vt ipse Dñs Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus sit vinculo fortioris obligationis astrictus, submittitis ipsum, & suos successores iurisdictioni, & coertioni dictorum dominorum Camerariorum, & cuiuslibet eorum insolidum, & etiam successorum suorum, & deputandorum ab eis. Et de voluntate vestra, qui hoc nomine ipsius domini Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel Electi vultis & petitis & hanc iurisdictionem in eos prorogatis, præfati domini Camerarij, & quilibet eorum eandem iurisdictionẽ in se suscipien. & suscipiens in vos dicto nomine, & ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum in personam vestri mandatum faciũt & præceptum, vt de re. confessa, de soluendo dictam Florenorum summam, & quinque seruitia consueta, ac recognita supra dicta, & de veniendo ad Romanam Curiam, & de non recedendo ab eadem, absque satisfactione Et quòd omnia alia, & singula supra dicta efficaciter ipse Dominus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus compleat, vel attendat. Quod si non fecerit, suspensionem ab administratione spiritualium, & temporalium dictæ Ecclesiæ, & ab executione pontificalium, & maioris excommunicationis sententias ex nunc, prout ex tunc, in vos, dicto nomine, & in ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum in personam vestram Canonica, præmissa monitione proferunt in his scriptis. Comminantes nihilominus dicti domini Camerarij, & quilibet eorum se contra dictum Dominum, Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum magistrum vestrum processu-

ros, & processurum absque alia vocatione, seu monitione ad grauiores pœnas, & sententias spirituales, & temporales, & aggrauationes earum, prout eis placuerit, & visum fuerit expedire: & quòd ipsum Dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum denuntiabunt, & denuntiari facient per vos, vel alium, seu alios excommunicatum, suspensum & periurium, ac alijs pœnis, & sententijs astrictum, quas propter hoc in eum duxerint proferendas. Et vos D. Procurator dicto nomine renuntiatis super hoc omnibus litteris, priuilegijs, & indulgentijs apostolicis impetratis, vel impetrandis, concessis, & concedendis quibuscunque, & beneficio appellationis, & restitutionis in integrum, & omni foro, vsui, præscriptionis, & iuri reuocandi domum, & omni auxilio iuris canonici, & ciuilis, per quod contra præmissa de iure vel de facto ipse D. Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus venire posset, vel aliquod præmissorum. Et oĩa præmissa, & singula dicto nomine iuratis ad sancta Dei Euangelia tenere, seruare, approbare, & in contrarium non venire directe, vel indirecte per vos, vel alium, vel alios, & ꝙ ipse D. Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, vel Electus omnia & singula tenebit, seruabit, appobabit, & in contrarium non veniet directe, vel indirecte per se, vel alium, seu alios, publice vel occulte. Si vero ante satisfactionem huiusmodi ipsum D. Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum contingat mori, cedere, vel transferri, & ille, vel illi, qui ad regimen ipsius Ecclesiæ sibi substitutus, vel substituti fuerint, infra quatuor menses post substitutionem, & dictæ Ecclesiæ adeptam possessionem, de prædictis Florenis, & seruitijs, ac recognitis satisfacere non curauerint, ex nunc, prout ex tunc easdem pœnas, & sententias in eosdem substitutos proferunt, & infligunt in his scriptis.

PROVT dictum est, & narratum auctoritate dictorum dominorum Cardinalium, & nostra proferimus in his scriptis. Et vos D. Procuratorem prædicto nomine volentem, petentem, & requirentem in personam dicti D. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, vel Elect., ac

ipsum

ipsumD. Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, vel Electum in personam vestri ad prædicta recita a condemnamus. Et nihilo minus monemus vos nomine, quo supra ac ipsum dominum vestrum in vestri personam semel, secundo, & tertio, peremptorie, ac sub excommunicationis pœna, vt prædicta adimpleat, attendat, & obseruet. Alioquin sententiam excommunicationis in vos nomine procuratorio, & in ipsum dominum vestrum in personam vestri proferimus in his scriptis. Et vos dictus Procurator prædicto nomine, vultis, quòd per nos Clericos, vel Notarios Cameræ, qui sumus hic præsentes, de prædictis omnibus & singulis, fiant vnum vel plura publica Instrumenta.

CONTRA eas formas (quæ tamen eo tempore in vsu esse desierant) multa conatus est obijcere quidam Nicolaus à Clamengijs, in libello, cui titulum fecit de annatis non soluendis, quo tempore Constantiense Conciliũ celebrabatur, de quo & eius dictis, nihil videtur aliud esse dicendũ, & quia non sit hic locus, & quia ipsius libelli per se lectio demonstrat, eum indoctum simul, atque ineptum, imprudentemque hominem fuisse, cuius non expediat librum legere.

## *De formula quæ est in Speculo.*

4 ALIAM † & quodammodo ab his diuersam formam ponit Spec. in tit. de renun. & conclusi. versi. fi. per hæc verba. Vltimo no. illud, quod in Romana Curia frequentatur, nam aliquo Prælato, seu alio, mutuo pecuniam recipiente, fit super hoc contractu publicum Instrumentum: postmodum vero contrahentes accedunt ad aliquem Auditorem, coram quo creditor petit sibi satisfieri de debito, prout in ipso Instrumento continetur & is, qui recipit mutuum, confitetur id coram eo, supponens se iurisdictioni ipsius, ita quòd nisi statuo tempore soluerit, in eum sententiam excommunicationis ferat, & aliter procedat, prout conuentum fuerit inter partes. Quæ submissio videtur approbari à iure, vt ex-

plene satisfecerit eidem P. Quæ omnia & singula dictus G. acceptauit, & approbauit, & promisit solemniter se ea obseruaturum, & in nullo contrauenturum sub debito corporaliter præstiti sacramenti: promittens, quòd non appellabit, nec vllam exceptionem proponet. Item, quòd non opponet dictam sententiam ante terminum solutioni præstitum fore prolatam, in cuius rei testimonium, &c.

Et si contingiebat id esse faciendum per Procuratorem, eius mandati formam posuit idem Speculator, in
5 tit. de procura. §. de formis.col.pen. † Vniuersis,&c. Talis Episcopus salutem in domino. Vniuersitati vestræ præsentibus innotescat, quòd nos talem facimus,constituimus, creamus, & ordinamus nostrum Procuratorem generalem, & specialem pro nostris, & Ecclesiæ nostræ negotijs àpud Sedem Apostolicem promouendis, explicandis, gerendis, & expediendis, sibi per hanc patentem litteram mandantes; & specialem, plenam, liberam, & absolutam potestatem dantes, & concedentes vsque ad summam centum Marcharum argenti coniunctim, vel diuisim, simul, seu particulariter vno vel diuersis temporibus, nostro & Ecclesiæ nostræ nomine mutuum contrahendi, & mutuo suscipiendi, ac susceptum pro prædictis, & in prædictis negotijs ex ponendi, à quocunque se quibuscunque creditore,seu creditoribus vndecunque & cuiuscunque conditionis fuerint, ac etiam nos, & successores nostros, ac ipsam Ecclesiam nostram, bonaque omnia ad nos, & dictam Ecclesiam quocunque, modo pertinentia, præsentia, & futura,mobilia,& immobilia, illi, vel illis, à quo, vel quibus præfatam pecuniam receperit, per solemnem stipulationem, vel aliter obligandi pro ea, nosque eis ipsa impræsentiarum etiam obligamus, iurandi etiam in animam nostram,quòd loco, tempore, & terminio à dicto Procuratore vna cum creditore, seu creditoribus statuendis præfatum creditum cum omnibus expensis, damnis, & interesse, cambio,& accessionibus de plano restituemus, ac integraliter persoluemus, & contractum ipsum alias quomodolibet,

& in animam nostram iureiurando vallandi: Insuper etiam renuntiandi nomine nostro exceptioni non habitæ, seu non receptæ pecuniæ, vel in vtilitatem Ecclesiæ non conuersæ, exceptioni doli, conditioni sine causa, & indebiti, & in factum subsidiariæ, & generaliter omni beneficio, & priuilegio fori, restitutionis in integrum, constitutionis de duabus dietis editæ in Concilio generali, literarum etiã Apostolicarum & Indulgentiarum impetrandarum, seu impetratarum cuiuscunque tenoris, seu formæ existant, constitutionum etiam omnium, & quarũlibet exceptionum de iure sibi competentium, & priuilegio Cruce signatis indulto, ac Generaliter iuris Canonici, vel ciuilis, dantes eidem liberam potestatem recognoscendi in iudicio, vel extra prædictum debitum, & submittendi nos iurisdictioni cuiuscunque Auditoris, vel Iudicis generalis, vel specialis, ordinarij, seu etiã delegati, in quem ex nunc scienter, tamquam in nostrum Iudicẽ consentimus, quòd possit, si necesse fuerit, super præfato mutuo nobis præcipere, & nos condemnare, multare, & excommunicare, & in nos quamlibet iurisdictionis speciem libere exercere: faciendi quoque oĩa alia super præmissis, & quolibet præmissorum, quæ nos ipsi, si præsentes essemus facere possemus: promittentes sub hypotheca rerum nostrarum, & Ecclesiæ nostræ, nos ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros, quicquid per dictum Procuratorem promotum, explicatum, gestum, expeditum, contractum, receptum, expensum, obligatum, iuratum, & renuntiatum, seu alias actum, seu procuratum fuerit quomodolibet in præmissis, vel aliquo præmissorum, & de iure, vel facto in aliquo non contrauenire. In cuius rei testimonium, & memoriam præmissorum, præsentem litteram sigilli nostri munimine duxim' roborandam. Datum, &c.

6 † Ex huiusmodi exemplis verificatur id, quod dixi, obligationem per additamenta diuersis temporibus facta, in hanc, quæ nunc in vsu est, formam fuisse redactam. 7 † Carent enim antiqua illa exempla constitutione Procuratorum, & alijs quibusdam clausulis, in moder-

derna forma superius descripta positis : per quam Procuratorum constitutionem tollitur difficultas signata per Aegid. Bellam. decision. 305. & Paulum Castren. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. quorum tempore secundum eorum dicta non ponebatur Procuratorum constitutio, sicut per alias clausulas aliæ tolluntur difficul-
8 tates, de quibus dicetur inferius. † Sicque apparet, quæ sit ea facilitas, quam ab initio dixi, per hanc obligationem præstari, vt cessatores per iudicem facilius cogi possint ad complendum promissa: nempe quia contra eos etiam absentes, nec aliter citatos parata sit omnis
9 generis executio. † Nam quemmadmodum tria sunt genera bonorum homini à natura data, animi, corporis, & fortunæ: ita per hanc obligationem in omnia dicta bona trina paratur executio.
10 † Quamquam in ea, quæ sunt animi bona magis prematur, scilicet vt res eò sit formidabilior, quò bonorum huiusmodi, quàm corporis, & fortunæ bonorum iactura magis est æstimanda. Itaque huius obligationis executio secundum Romanæ Curiæ vsum, eo potissimum tendit, vt debitores communione sacrorum priuati, & infami illa publicatione notati, si non aliam ob causam, tædio saltim vitæ affecti, quandoque satisfacere curent, quamquam postremo, & ad bonorum, & ad personæ
11 capturam deueniatur. † Fundatur autem huius executionis priuilegium in confessione potissimum iudiciali, quam ipso statim initio processus ( vt loco suo inferius dicetur ) facere solet vnus quilibet ex procuratoribus ad id faciendum in ipsa obligatione con-
12 stitutis. † Quæ confessio de iure communi paratam habet executionem, quia habet vim sententiæ, & rei iudicatæ. l. proinde. §. notandum. ff. ad legem Aquil. C de confession. l. 1. ff. de re iudic. l. si debitoris,
13 & l. post rem. † Vnde apparet differentia, quæ est inter hanc formulam, & inter instrumentum simpliciter confessionatum, aut etiam guarentigiatum: de qubus tractant B. de Baizis in tractatu guerentigiæ, & Antonius Canarius in tractatu executionis instrumentorum; nem-

pe quia illa secum ab initio habent, retinentq; confessionis, & iudicialis praecepti vim & efficaciam : nostra vero haec formula, qua nunc vtimur (nisi habeat adiectam censurarum, & mandati executiui susceptionem) in se nō habet iudicialem confessionem, neq; Iudicis praeceptū, donec instrumento producto, fiat in iudicio confessio solita, & illa praecedente, Iudicis praeceptum, prout inferius loco suo dicetur. Apparet etiam parum cōsiderate locutum esse Petrum, Andream, Gammarum in Cōmento Constitutionis Iulianae, de Symoniaca Papae electione, super vers. in ampliori forma Camerae. vbi dixit hanc formam similem esse Guarentigie, & Hieronymum Gratum, qui in Cons. 12. col. 1. versi. 3. quia dixit, quòd obligatio in forma Camerae, continet pactum Guaren-
14 tigiae. † Nam etsi antiqua forma ex prae scriptis exemplis apparens, similitudinem habeat Guarentigiae : moderna tamen forma, qua nunc vtimur, longe est dissimilis,
15 † dissimilitudoq; potissimum prouenit ex proxime dictis, & ex dicta Procuratorum constitútione, in qua consistit in summa totum huius obligationis mysteriū : quia per illam cessant antedictae difficultates factae per Aegidium, & Castrensem, & alios, de loco iudicii, & priuilegio fori, & similibus, & in ea fundamentum habet (vt dixi) executionis paratae remedium consecutiuum spon-
16 taneae iudicialis confessionis. † Similis autem formae, qualis est haec nostra, mentionem fecit Bal. in rep. l. 2. ff. de iureiur. in sexta ex quęstionibus collocatis sub tertia principali. Et idem Pau. Castr. in l. post rem iudicatā, in fin. ff. de re iudi. vbi in indiuiduo dicit ita practicari in Rom. Cur. Insuper ex cognitione differentiae, quae est inter hanc formulam, & Guarentigiam, ac confessionatum instrumentum, inter alios datur effectus ille no-
17 tabilis. † Nam nota est legis dispositio, quòd ex contractu facto per Procuratorem ex re vel pecunia sua, domino (licet dominium & possessio acquirantur) non acquiritur personalis actio sine cessione. l. possessio. §. & si
18 possessio. ff. de acqui. poss. vbi omnes notant. † Nota est etiam limitatio, quam ponit ibi Bar. cuius opi. Alex. ibidem

dem dicit esse communem, quòd si instrumentum sit Guarentigiatum, vel confessionatum, vtilis acquiritur domino etiam sine cessione: idem tenuit ipse Bar. Cons. 71. Gellius fuit confessus, & Roman. Cons. 86. viso quæstionis, in fin. & 95. 76. in causa nobilis, in principio. Cuius limitationis cum ea tradatur per prædictos Do-
19 ctor. ratio esse, † quia talia instrumenta vim habent sententiæ, seu præcepti facti à iudice ordinario, vt etiam tenuit idem Bar. in l. cum vnus in fin. principij. ff. de bon.
20 aucto. iud. possid. † & ex actibus iudicialibus quæritur actio sine cessione, vt dicunt ijdem Docto. per l. in causæ, in fin. supra de procu. quod Alex. in d. §. & si possessio. vers. tertium addit, dicit habere locum in actibus etiam
21 voluntariæ iurisdictionis: † quæ ratio quemadmodum procedit, vbi est obligatio cũ susceptione censurarum, & mandati executiui propter Iudicis auctoritatẽ, ita cũ non habeat locum in hac nostra forma simpliciter, sine censu-
22 rarũ susceptione stipulata, † sequitur ꝙ ex ea non acquireretur actio sine cessione, nisi esset in ea iuramẽtum adiectum. Nam hoc quoque casu fallit dicta propositio:
23 † quia per stipulationem non solum procuratoris, sed etiam Notarij, & cuiuscumq; alterius sine cessione acquiritur actio, vbi contractus est iuratus, vt de procuratore patet per ea, quæ citat Ias. in l stipulatio ista. §. si stipuler. in fi. de verb. obl. & de Notario etiam sine iuramento per ea, quæ ponit idem Ias. in d. §. si stipuler. col. 6. versi. secundo videndum, & de quocunque alio, si additum sit stipulationi iuramentũ, ponit idem Iaso. in d. l. stipulatio ista. §. alteri, in primo no. in 4. limi. & Rom. in d. cons. 76. Et ita seruat vsus Ro. Curiæ in omnibus casibus prædi-
24 ctis, quòd nõ requiratur cessio. † Et hoc (dicit Alex. in d. §. & si possessio.) locum habet, etiamsi iuramentum delatum fuit extra iudicium, per illum textum indistincte
25 loquentem, † & quia tale iuramentum vim habet litis contestationis. l. nam & postea. §. si is qui. ff. de iureiur. Et hic effectus cessat, vbi huic obligationi iuramentum non esset adiectum, quod videtur esse menti mandandum.
26 † Datur insuper ex prædicta inter hanc formulam, ac guaren-

guarentigiatum, confessionatumque instrumentuum, existente differentia effectus. aliter, quia hypotheca vigore huius simplicis obligationis constituta, remanet in puris terminis conuentionalis: & non habet vim pignoris iudicialis, quemadmodum habet, si sit cum susceptione censurarum, & mandati executiui, vt habent guarentigiata, & confessionata Instrumenta, propter iudicialis præcepti in illis interuenientis auctoritatem, vt Bar. in d. l. cum vnus, & ponit Bald. in l. vlt. C. eo. tit. de bonis aucto. iudi. possid. versi. ex hoc destruitur vbi licet in alijs reprehendat doctr. Bar. in l. cum vnius in hoc tamē quòd instrumenta confessionata, & guarentigiata habeant vim sententiæ, & iudicati, præsupponit dictum Bartoli esse verum, prout etiam præsupponit Alex. in l. à diuo Pio. § si super rebus. coll. 8. versicu. verum esse puto, & non vidi alium qui contrarium dicat.

## QVÆSTIONIS TERTIÆ

### *Summarium.*

1 *An obligatio Cameralis cōtractui nullo apposita, aliqd operetur.*
2 *Aliud est contractus, aliud instrumentum*
3 *Nullitas obligationis Cameralis opposita, quando impediat executionem, & quando non.*
4 *Quado intelligitur nihil esse probandū ab opponēte nullitatē.*
5 *Si appareat nullitas instrumenti obligationis, executio impeditur: secus aliquando si appareat nullitas ipsius obligationis.*
6 *Opposita nullitas contractus non impedit executionem, vbi in ipso contractu promissum est de ipsa non opponenda: quod tamen limitatur.*
7 *Obligatio Cameralis adiecta valido contractui, accessorio tamen ad contractum nullum, non perdit vires suas simpliciter.*
8 *Refert, an per modum exceptionis nullitas obligationis opponatur coram exequente, an per modū actionis corā alio iudice.*

## QVÆSTIO III.

1 TERTIO quæritur, † An hæc obligatio contractui nullo adiecta, possit aliquid operari? Pro cuius quæstionis determina-
2 tione considerandum est, quòd † licet aliud

est con-

sit contractus, aliud instrumentum, prædictique, & alij Doct. de instrumentorũ executione vigore statutorũ paratam executionem habétium tractãtes, multas faciãt distinctiones, examinãdo ipsorum statutorum verba, & distiguẽdo inter cõtractum, & instrumẽtum, vt Bar. in l. 1. §. si quis ita, & ibi Aret. ff. de verb. obl. Rom. Cõsi. 42. & alij plerique, nobis tñ eas difficultates ingredi nõ est opus quia nõ arctamur verbis alicuius statuti, sed dumtaxat ipsius obligationis verbis, secũdum iuris cõmunis dispositionem interpretãdis. Ideoque hic vsus inualuit, † quòd
3 si pro parte opponentis nullitatem nihil est probandum, siue ea sit nullitas instrumenti, vt quia non est publicùm, vel caret anno domini, testibus, &c. siue sit nullitas contractus, & obligationis principalis, talis exceptio
4 absolute impediat executionem, † & dicitur nihil esse probandum, quando nullitas apparet ex inspectione instrumenti. Si vero aliquid sit probandum, & nihilominus sit tale, quod incontinenti probari possit; tunc etiam illud impediat executionem, aliter non: hæc abunde probantur per supra nominatos Doct. & per Bal. in l. absentis ad fin. C. si cert. pet. & in l. si ex testamento. C. de fideic. Ias. & Ripam in d. §. si quis ita. Decium in. c. præterea. col. penul. de offic. deleg. & eundem Ias. Cõs. 170. col. 7. vers. & si diceretur lib. 2. Feli. in rub. de excep. col. 1. & in cap. ex parte. secundo. de offic. deleg. Colliguntur que sub eleganti compendio per præfatum Canarium quæst. 11. & per Ioan. Baptistam, in tract. de arbitris, libro 7. capit. 11. versic. secunda regula vsque ad finem, quibus in locis etiam habentur omnium exempla, & rationes, & quando dicatur probari incontinenti. Hæc autem ita simpliciter
5 dicta recipiunt eam distinctionem, quia † si opponatur & appareat nullitas ipsius instrumenti, tunc prædicta indistincte sunt vera, quia vt dicunt præallegati Docto. redditur nulla probatio, quæ per instrumentum erat facienda, & sublata probatione, non potest dici constare de obligatione exequenda, not. gloss. vlt. in clemen. vni. de seque. poss. Sed si nullitas opponatur

ponatur solummodo contractus, & principalis obligationis, adhuc ea nullitate non obstante, in plerisque casibus procedere poterit executio, veluti in omnibus illis casibus, in quibus propter iuramentum adiectum sustinetur contractus alias inualidus: exemplum, in donatione inter virum & vxorem, de qua decisio Tholosana 261. & Bartolus, & Alexan. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. Abb. in c. donatio, de donatio. inter virum & vxo. Paulus de Cast. Consi. 75. libro 2. colum. 2. & in contractu prodigi, cui sit bonis interdictum, & pupilli pubertati proximi, eadem Capella Tholos. decis. 498. habetur in Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit, & in c. cum contingat, de iureiuran. vbi late Imola, qui multa exempla ponit, & Bartol. in lege, si quis pro eo. ff. de fideiuss. And. Iser. capit. 1. §. item sacramenta de pace iuram. firman. & demum Bauerius in tract. de virtute iuramenti. versi. 30. & versic. 72. per totum. Posset hic commode quæri de obligatione facta per minorem, qui iuramento affirmauit se esse maiorem, vel per minorem auctoritate falsi, quem verum asseruit suum esse Curatorem; vel per filium familias, qui se patrem fami. esse dixit, vel per mulierem, quæ secundum loci statutum non poterat sine consensu consanguineorum obligari, & cum illos haberet, iurauit non habere, vt sine illorum præsentia se obligaret, vel auctoritate iuris communis, vel vi statuorum eas irritantium reddantur inualidæ, ita vt illarum executio dari non valeat? Sed quia earum omnium, & similium decisiones facile possunt colligi ex ijs, quæ Antonius Canarius docte (iudicio meo) & eleganter dixit in suo tractatu executionis instrumentorum q. 16. 17. 18. & 19. idcirco ne eius verba transcribam, illum videndum esse
6 censeo. † Item procedere posset executio non obstante nullitate, vbi in ipso contractu promissum esset, non opponere eius nullitatem, dummodo nullitas non proueniat ex defectu consensus, & habilitatis personæ con-
7 trahentis. Ita tenuit Alexan. Consi. 32. lib. 2. † Insuper prædicta intelligenda sunt in obligatione accessoria con-
tractui

tractui nullo. Secus dicendum in obligatione alterius contractus seperati, licet primo accessorij, vt est promissio eius, qui accedit promittendo factum alienum, & obligat se vt principalis: in eo. n. & similibus casibus distinguendum est, sicut facit Cardinalis Parisius Consf. 16. libri secundi numeris 110. 11. 12. & 13. & 117. & 18. videlicet, quòd si contractus principalis irritatur, aut tollitur aliquo iure speciali, & propter aliquem particularem fauorem, vt erat in casu suo contractus minoris absque certa solemnitate, tunc sustinetur & remanet contractus illi accessorius, pro quo non stet idem fauor, atque idem ius speciale: quod eo magis verum esse affirmat, si accedens promittat non simpliciter, vt accedens, & fideiussor quilibet, sed etiam principalis, & animo no-
8 uandi, promittendo factum alienum. † Adhuc intelligenda sunt prædicta, vbi nullitas per modum exceptionis opponitur coram iudice exequente, secus si super ea per modum actionis institutũ esset iudicium coram alio Iudice, vt inferius loco aptiori dicetur.

# TRACTATVS PARS SECVNDA.

## Quæstiones ad primam partem formulæ obligationis Cameralis.

### QVÆSTIONIS PRIMÆ

*Summarium.*

1 *An & quatenus vis obligationis cameralis transeat ad haredes creditoris contra haredes debitoris.*

2 *Sine iuramento, obligationis cameralis substantia consistit.*

3 *Quod dicitur iuramentum ex parte iurantis esse personale, non simpliciter est intelligendum, & quo pacto.*

3 *Etiam effectus incurrendi periurium transit ad hæredem: & qua de causa*

4 *Iuramentum defuncti, reputatur factum heredis.*

5 *Hæres*

5 *Heres adeundo hereditatem, non tantum facto defuncti ligatur, ed etia n eo.*
6 *Quammuis iuramentum requirat formam verborum satis est tamen, si per relationem ad aliud iuretur*
7 *Vbi requiritur notabilis expressio satis est eam fieri per relationem ad aliud.*
8 *Iuramentum praestitum à procuratore costituto ad iurandū, ligat dominum ac si ipsemet iurasset*
9 *Non reuocans tacite, vel expresse positiones contrarias etiā per alium suo nomine iuratas est periurus.*
10 *In maleficijs locum habet ratificatio expressa & tacita*
11 *Heres adita hereditate compelli potest per excomunicationem ad votum reddendū per defunctum factum.*
12 *Omnes effectus obligationis cameralis transeunt ad heredes creditoris dumodo appareat eos esse heredes*
13 *Defuncto debitore contra quem processum fuerat ad confessionem debiti, & excomunicationem, quo pacto procedendum sit contra heredem*
14 *Defuncto debitore qui neque debitum adhuc confessus fuerat nec censuras suceperat, quomodo procedendum sit contra heredem*
15 *Heres non minus tenetur seruare pacta inita cum defuncto, quàm ipse defunctus tenebatur.*
16 *Contra heredem defuncti procedi nō potest ad executionē obligationis Cameralis, nisi prius facta illi fide obligationis eiusmodi*
17 *Mora non contrahitur, nisi quis sciat, aut scire debeat*
18 *Ante executionem contra aliquem, vt heredē fiendam, prius probandum est illum esse heredem*


INC aggrediendo ipsius obligationis per singulas partes expositionem quoniam in prima ipsius obligationis parte dici ur, quòd debitor obligat se ipsum, & suos in posterū hęredes & successores, creditori pro se suisque hęredibus, & successoribus recipienti.

1 † Quęritur primo, an, & quatenus vis huius obligagationis transeat ad hęredes creditoris, & contra hęredes debitoris? Scio plerosque tamquam super re clara, si interrogarentur, esse absolute responsuros, quòd ad hęredes

redes creditoris transit quo ad omnes effectus: contra hæredes autem debitoris transit limitate, videlicet excepto effectu periurij, & censurarum, quæ illaqueant animam: per ea quæ dicunt Doct. post Innoc. in c. veritatis de iureiur. & in alijs vulgatis locis. Sed quia videtur hæc vna esse de illis quæstionibus, quæ cum primo aspectu vniusmodi esse appareant: subtilius considerataæ diuersimode se habere inueniuntur, & confert non modicum ad propositum nostri tractatus, haud inutile fore arbitror, si eam diligentius perscrutemur. Superius dixi nolle me tractare de iuramento, & eius viribus, nisi quatenus concernat hanc obligationem,
2 vbi sit in eo positum: † quoniam & sine iuramento consistere potest huius obligationis substantia: & de iuramento multi viri docti plene tractauerunt: attamen pro dicendorum euidentia, non videtur preteriri pos-
3 se, quin hoc saltim ad memoriam reducam, † quòd doctrina Innocentij in d. c. veritatis, dicentis, iuramentum ex parte iurantis esse personale, non ita simplicitr est intelligenda, ita vt inde inferatur proptereà iuramentum non transire ad heredes. Sed considerandum esse, an iniuratum sit super aliquo transitorio ad heredes, an non. Si actus non est transitorius ad heredes, nec iuramentum confirmat actum, sed tantum modo lege iubente iuramentum debet seruari, vt in casu c. debitores de iureiur. & Bar. in l. si quis pro eo. versi. 4. dixi. ff. de fideiuss. tunc sit locus doctrinę Innocentij. Sed si contractus sit ad heredes transitorius: ac siue per se licitus, & validus, siue ex ipso iuramento robur & confirmationem accipiens, iuxta text. c. cum contingat de iureiur. & capit. licet cum eo. tit. lib. 6. & Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. cum similibus tunc procul dubio, sicut ipse contractus transit contra heredes, ita & effectus ipsius iuramenti, tamquam sequela cōtractus: & cessat doctrina Innocentij. Sed in hoc quoque differentes sunt opiniones: nonnulli enim, cum quibus visum est sensisse Concilium Neapolitanum in decis. Afflicti 383. in fi. voluerunt excepto reatu periurij, quo ad

omnes alios effectus obseruantiæ contractus, iuramentum afficere etiam ipsos hæredes, maxime si defunctus, qui iurauit, promisit etiam pro hæredibus: ita vt hæres possit etiam ciuiliter accusari de incursu pœnæ, propter inobseruantiam eius, quod defunctus iurauit, non tamen criminaliter de periurio, sicut accusari posset is, qui iurauit. Quod etiã habetur in decis. Rotæ. 338. Nota, quòd
3 in processu, in antiquis. † Alij (quorum mihi sententia magis probatur) voluerunt etiam effectum incurrendi periurium transire ad hæredes: nempe Angelus de Perusio, consi. 326. ex themate, & actis, colum. 1. Paul. Castren. consi. 67. in antiquis, incipien. visis & consideratis Bart. Socin. consi. 38. in causa dominorum, in princ. lib. 3 & Marc. Ant. Bauerius de virtute iuramenti, versi. 45. Quoniam (inquiunt hi Doctores) hæredes funguntur vice de-
4 functorum, & † iuramentum defuncti reputatur factum hæredis, hæresque adeundo hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus hæreditarijs, & quodammodo videtur se obligasse ad omnia, ad quæ obligatus erat defunctus, & per eundem modum, scilicet cum iuramento, neque pœna hæc incurritur ex iuramento defuncti, sed ex proprio facto ipsius hæredis venientis contra illum contractum. Nec quicquam me mouent rationes Parpaleæ in Rep. l. siquis maior. C. de transf. in 5. q. & Hieronymi cagnoli ibidem nu. 299. & seq. decentium rationes Angeli, & Pauli, esse minus validas, eò quòd hæredem fungi vice defunti, & factum hæredis reputari factum defuncti, sit de fictionem quandam: & lex ligans animam, debet esse fundata in veritate, non in fictione, vt declarat Ioannes Andreas, in cap. quamquam secundo de vsur. libro 6. & Soc. in lege, Gallus. § idem credendum, col. 2. ff. de liber. & posthumis, Et quòd transire in hæredem, tamquam sequelam contractus, iuxta leg. si hæredi. in principio. ff. de statu lib. non possit habere locum in iuramento requirente formalitatem verborum, & specificam expressionem eius, qui ligari debet, vt declarant Ant. & Abb. in cap. per illum text. de iureiuran. & Soc. in d. §. idem credendum, & Deci. in l. sem-
per

5 per in stipulationibus. circa finem. de reg. iur. † Hæc (inquam) nihil me mouent, quia primum nulla interuenit fictio, sed pura veritas, quando hæres adeundo hæreditatem sponte supponit se omnibus hæreditarijs obligationibus: & vbi de illis certificatus non obseruat, spõte etiam sua dicitur contrauenire, & sic eius anima non ex solo facto defuncti, sed etiam ex suo ligatur: vt bene
6 senserunt præallegati Doct. hanc partem tenentes. † Deinde etsi iuramentum requirat formalitatem verborum: tamen, vt inquit Abb. in capit. clericus. col. 2. de iureiuran. sufficit, si iuretur per relationem ad aliud, & subiun-
7 git hæc verba: Video enim (inquit) quòd etiam, † vbi requiritur notabilis expressio, non refert, an exprimatur nominatim, an per relationem ad aliud, vt quando Iudex dicit in sententia: Condemno, vel absoluo, prout in actis continetur: vel quando refert se ad certum instru-
8 mentum † Addo quod dicit Bart. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. in 3. quæst. iuramentum præstitum per procuratorem constitutum ad iurandum ligat dominum, ac si ipse iurasset: & fortius Alexan. in l. solutũ. §. vlt. in apostil. ad Barto. tenet esse idem etiam non expressa in mandato facultate iurandi, ita quòd si mandatum sit, geri contractum, possit etiam pro obseruantia contractus iurari, idque iuramentum liget principalem, vbi in similibus contractibus solitum erat ita iurari.
9 † Præterea habemus textum in cap. vltimo, de iureiurã. lib. 6. quòd si in positionibus non solum per procuratorem præcedente mandato, sed etiam per alium tuo nomine iuratis reperiatur contrarietas, si postea sciens expresse vel tacite, non reuocando, ratum habueris, periurus esse diceris, & no. ibi glo. in versi. ratum habente ge-
10 neraliter. † quòd etiam in maleficijs locum habet ratificatio expressa & tacita, allegat ca. cum quis. de senten. excommun. eod. lib. vbi habetur, quòd per rati habitionem iniectionis violentarum manuum in Clericum, incurritur excommunicatio, sicque tam in periurio quàm in excommunicatione ligantibus animam, iure determinatum habemus, ligari animã eius, qui tacite vel ex-

C preſſe

presse ratum habet factum alienum: prout generaliter ratificatio operatur in omnibus speciale mandatum requirentibus, tenent Bal. & Sal. in l. si maritus. C. manda. & idē Bal. in l. multum. col. 3. C. si quis alteri, vel sibi. vbi etiam Sal. per l. ꝙ si de speciali. ff. de min. Nihil ergo inconuenientis habet, dicere, quòd qui scit se adeundo hęreditatem, quasi contrahere cum omnibus creditorib. & se obligare ad omnia, ad quę obligatus erat defunctus postea de obligatione sub hac forma per defunctū proſe & hæredib. facta certificatus, non adimplendo ea, ad quæ tenetur, dicatur per eā inobseruantiā inijcere vinculum vel periurij, vel excōmunicationis aīæ suę propriæ.

11 † Quamobrem bene Abbas in c. licet. de voto & voti red. & ante eum Butr. ibi in secunda opposi. dixerunt, ꝙ hæres, postquam adiuit hęreditatem, cōpelli potest per excommunicationem, vt votum per defunctum factum reddat ea ratione, quia adeundo quasi contraxit, & in hanc sententiam est dicta decisio Rotæ 338. in antiq.

12 † His sic expositis, ad propositam ꝑ nos quæstionem ita respondendum esse existimo, ꝙ mortuo creditore, oēs huius obligationis effectus transeant ad eius hæredem, nihilq; intersit inter defunctum & hæredem, nisi quod hęres ante omnia tenetur probare se esse hæredē, vt dicemus inferius in tertia parte huius tractatus.

13 † Defuncto aūt debitore, tunc considerandum, si forte post eius moram, & ante mortē fuisset cōtra eum processum ad cōfessionem debiti, & excommunicationem; tunc eius quidem excommunicationis vis ad hæredem non transit: sed alij obligationis effectus, per ea quæ dicentur in 2. q. sequentis particulæ, & habetur in supra allegata decis. 338. in antiq. & ideo vsu receptū est, ꝙ obmissa excommunicatione, loco illius & reliquatum censurarum, citatur hęres ad videndum decerni mandatum executiuum, itaq; decernitur; similiter si in ipsa obligatione per defunctum susceptę sint censuræ cum mādato executiuo, datur executiuum, illud mandatū citato hęrede: & talis practica vltra loca superius citata, trahitur ēt ex ijs, quę late ponit Alex. in l. postulāte. ff. ad Trebel. col. 3.


col.3. atque his casibus locum sibi vendicat supra dicta Inn.doctrina in d.c.veritatis. quia excōicatio iā per defunctū incursa vel suscepta non ligat aīam hęredis, sicut & periurium eiusdem defuncti non afficit hęredis aīam.

14 † Sed ipso debitore decedente re integra, idest, non facta cōtra eū in iudicio debiti cōfessione, & excōicatione, nec susceptis p eū ab initio censuris, & mādato executiuo, qui est proprius propositæ qōnis status: Considerandū, ꝙ prout regulariter oīs obligatio trāsit ad hęredes & in hęredes, exceptis casib. quos diligēter & docte collegisse mihi vr̄ Albert. Brun. in tract. de interitu & perēptione 11. & 12. cōclusionib. & hi ex locis superius citatis; ita ēt transit. hęc nostra obligatio cum oībus suis qualitatib. ad hęredē transitorijs, ita ꝙ excepta excōicatione & pœna periurij, & alijs cōcernentib. personā ipsius principalis obligati (q̄ proculdubio non sunt in hęredes trāsitoria) poterit cōtra hæredem, vel (vt ita dicā) tēporaliter dirigendo immediate executionem in bona, ita videlicet nisi hęres sub pęna mandati executiui monitus satisfecerit, secundū dictā decis. Affl. 381. & decis. Rotę 338. & alios superius citatos, vel spiritualiter, ipso hr̄de (iuxta doctr. Antonij & Abb. ī d.c. licet. de voto & voti red.) monito sub pœna excōicationis, vt satisfaciat, & si non pareat, contra eum ad excōicationem, & alias censuras procedendo. Nec poterit hęres hoc casu declinare forū, iuxta tradita per Io. And. & alios in d.c. veritatis: Quia quicquid sit de illius decisionis veritate, aut falsitate, casus noster est indubitabilis: ibi.n. tantummodo pp īrum arguitur cām esse, vel nō esse fori ecclesiastici.

15 † Sed in casu n̄ro adsunt pacta expressa in secunda, & tertia obligationis particula, quæ proculdubio hęres tenetur seruare, nō minus, quā teneretur defunctus, iuxta

16 ea, quæ sunt superius allegata. † Illud tn̄modo ē animaduertendum, ꝙ qn̄ hęres iustam ignorantiæ cām habere p̄sumitur. d.l. qui in alterius. ff. de reg. iu. c. cum quis. eo. ti. lib. 6. nō poterit hæres dici esse morosus, neque cōtra eum vigore huius obligationis aliquo ex antedictis modis procedi, n. si priūs facta sibi fide obligationis eiusdē,

4 *An efficacia obligationis in forma Cameræ transeat ad nominandos.*



SECVNDO quæritur, An huius obligationis efficacia transeat contra particulares successores debitoris, bonorumque obligatorũ tertios possessores,& ad cessionarios credito
1 ris,ac nominatos ab eo? † Et quidem cessionario creditoris proculdubio competit omnis effectus huius obligationis : vsus tamen habet, ꝙ non admittitur ad illius prosecutionem, nisi prius citato debitore verificet se es-
2 se talem.† Quod locum habet sicut in cessionario, ita & in quolibet volente vigore huius obligationis habere executionem, cum eius nomen in instrumento non sit expressum,vt sæpe contingit in socijs,veluti ubi N.contraxit pro se & socijs, si aliquis tanquam socius audiri velit,& habere proportione sua executionem,debet ante omnia citato debitore, probare se esse talem,& ita est de iure,vt patet ex dictis per Alex. consil.115. visa scriptura.in fin.lib.7.& latius per Nicolaum Boherij,decis.
3 1c.vbi multas cumulat auctoritates.† Sed contra particularem debitoris successorem, & quemlibet tertium possessorem, etiam vigore hypothecæ in obligatione comprehensæ,non datur via executiua, per ea quæ ponit B.de Barzis,in trac.guarentigiæ.q.9.col.3. versic.aliquando occurrit.& Alex.in l.à Diuo Pio.§. si super.col. pen.versi.& pro hoc bene.ff.de re iud. & Felin.qui plures antiquorum auctoritates citat in c. cum super. col. antepen. versi. amplius dixit. de re iudica. & Iaso. in l. quædam.§.1.versi.3.nota.ff.de eden. vbi refert Bald. dicentem, esse notandum contra ignorantes Procuratores & Aduocatos. Et propterea in noua forma putaui esse addenda pacta, de quibus dicetur infra in 5.quæst. tertiæ particulæ.

4 † Et hæc eadem quæstio posita de cessionarijs, & particularibus successoribus, poni potest etiam de nominatis & declaratis, vbi factus est contractus per contrahentem pro se & personis nominandis, seu simpliciter pro

persona vel personis nominandis, vel declarãdis, de quibus, ac quale ius & qñ acquiratur personis postea nominatis, videri poterit consilium Petri de Anch. 127 ad dubia elicita. & Alex. consi. 231. lib. 6. & Dec. consi. 543. & Ias. in l. ita stipulatus. nu. 6. de verb. obl.

## QVAESTIONIS TERTIAE

### *Summarium.*

1 *Effectus clausulæ obligationis omnium bonorũ mobilium, &c.*
2 *Sine clausula obligationis bonorum, non obligantur bona debitoris creditori.*
3 *Obligans simpliciter omnia bona, intelligitur etiam futura obligare.*
4 *Post obligationem certæ rei, generaliter omnium facta obligatione, prius creditori debet satisfieri in illa re, antequam recurratur ad alias.*
5 *Nomine bonorum simpliciter continetur iura, & actiones: secus nomine bonorum mobilium, & immobilium.*



1 TERTIO quæritur, † Quid operentur illa verba: Ac omnia & singula sua, & suorum prędictorum bona mobilia & immobilia quæcunque præsentia, & futura. Dicit Specu. in titu. de obliga. & solut. §. 1. versi. omnia eorum bona, &c.
2 † Quòd sine illa conuentione non essent creditori obli
3 gata bona debitoris. † Et subiungit, quòd simpliciter dicendo; obligo tibi omnia bona mea, etiam futura obli-
4 gantur. † Sed si quis obliget aliquam rem certam, & generaliter omnia alia bona sua, quamdiu potest creditori de speciali illo pignore satisfieri, ad alia recurrere nõ poterit. De significatu dictæ clausulæ multa (post antiquiores quos citant) ponunt Ias. in d l. à diuo Pio. §. in venditione. in 4 nota. ff de re iudica. in l. Stipulat. ò hoc modo concepta. col. final. ff. de verborum obligation. & Deci. consil. 442. in causa in qua in prima & secunda co
5 lumn. † vbi in summa concludunt, quòd si simpliciter fa

cta sit mentio bonorum, comprehenduntur iura, & actiones. Sed si dicatur, bona mobilia & immobilia, vel bona vbicunque sita, non comprehenduntur, quia iura & actiones sunt tertia species, & non circunscribuntur loco.

*Quæstiones ad secundam partem formulæ obligationis Cameralis.*

## QVAESTIONIS PRIMAE.

*Summarium.*

1 *An vsu, vel iure comparatum sit, vt contra obligatum in forma Cameræ procedi possit etiam in loco, vbi is non repertus sit.*
2 *Tutum non est per regulas generales, non consideratis rei circunstantijs, occurrentes quæstiones definire.*
3 *Executio obligationum Cameralium nominatim demandata est Auditori Cameræ, & quando alij Iudices eiusmodi facultatem habeant.*
4 *Delegatus iudex à principe, dicitur suus iudex.*
5 *Alij quoque iudices non modo Auditor Cameræ, possunt cognoscere, & definire causas obligationum Cameralium, sed iudicio tamen ordinario.*
6 *Contra ecclesiasticas personas non potest procedi extra curiam, vigore obligationis in forma Cameræ, nisi coram eorum ordinario.*
7 *Limitationes multæ Doct. ad l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omnium iud.*
8 *In eo loco censetur quis reperiri, vbi eius procurator reperitur.*

1 IVXTA secundã ipsius obligationis particulam, quæ continet submissionem debitoris, suorumq; hrdum & bonorũ, Curiæ causarum Dñi Papæ, &c. Primo quæritur, † An hoc, quod (quemadmodum est vsu) vigore talis submissionis procedi possit contra obligatum etiam in loco, vbi procedi tur, non repertum, & extra locum destinatæ solutionis,

sustineri posset de iure, an vero constet ex solo vsu. Et quamquam videatur obstare textus l. si conuenerit. ff. de iurisdict. om. iu. & Paulus de Castro, oblitus eius, quod (quemadmodum superius notaui) dixerat in l. post rem iudicatam. ff. de re iudica. in d. l. in conscribendo. C. de pac. dixerit ꝙ Curiales nõ respondebant illi legi, cui cõsentit etiam Aegid. decis. 305. & alij fortasse primo statim congressu respondere volentes, eodem modo dicerent, id non iure, sed solo vsu Romanæ Curiæ constare,
2 tamen res aliter se habet, verificaturq́; † semper esse periculosum in iure, causæ circunstantijs non intellectis, simpliciter & per regulas generales velle occurrentes quæstiones decidere. Videtur ergo in hac quæstione cõsiderandum esse; quòd Auditor Cameræ nuncupatus, quando ad illud officium assumitur, inter alia, creatur à Papa, ipsius Papæ, & Camerarij, generalis causarum Au
3 ditor, † & inter alia causarum genera, demandatur ei executio obligationum in forma Cameræ, cum prohibitione etiam ne quiuis alius eiusdem Curiæ Iudex talibus executionibus manum adponere possit, præterquã si obligationes receptæ sint in ipsa Camera Apostolica per illius Notarios, aut coram alijs Curiæ Iudicibus per eorum Notarios, in negotijs dependentibus à litibus, & causis coram eis introductis: ad quarum executionem permissum est, per Cameram & alios prædictos Iudices procedi. Ea facultate dicti Auditoris Cameræ stante, vana est proposita quæstio, quantum attinet ad ipsum Auditorem, quoniam & tanquam generalis Auditor Papæ, & tanquam expresse delegatus ad hanc similium causarum generalitatem, omnibus est Iudex competens.

4 Nam vt (in proprijs terminis d. l. si conuenerit, loquẽdo) dixit Albericus in dictionario, in versi. Promittit sæpe debitor. §. aliquando debitor. in fi. si Papa vel Imperator concedit rescriptum, quòd debitor possit coram non suo Iudice ordinario conueniri, valet, quia tunc non dicitur non suus Iudex, ex quo delegatus est à Papa vel ab Imperatore, qui sunt omnium ordinarij, ex-

tra de priuileg.antiqua. quod similiter locum habet in Camera,& alius iudicibus prædictis, quo ad obligationes antedictas,quarum est illis permissa per Papam executio. Subtilitas vero,per quam Hyppol.Marsil. conatur similem practicam impugnare in l. si quis ne quæst. num. 59. & sequen.ff.de questio. dicens quod procurator sic constitutus non possit confiteri debitum , nisi de mandato fuerit certificatus per nuncium, vel epistolam constituentis,nullo labore truncatur: quia sufficit etiam per visionem instrumenti procuratorem fuisse de mandato factum certiorem , vt præsupponunt Bart. in cuius cons. 73. potissimum Hypp. fundat suam intentionem, & Specul. in loco per eum citato de procuratores. §. 1. ver. sed quid si Procuratorium.& omnes alij ab eo citati,& Mil. ver.Procurator si non est certificatus.At in casu nostre obligationis non potest deueniri ad confessionem debiti,nisi prius Iudex , & procurator obligationis instrumentum in actis exhibitum uiderint, ut loco suo late dicitur inferius . Licet in alijs speciebus quartum modum addant Doc.videlicet valere gesta per procuratorem non viso instrumento, nec recepto à principali eade re,nuncio,vel epistola, si mandatum habet clausulam promissionis de rato,ita Gemin.in c.is qui. q. 2. de procur.lib.6.

5 † Dictum autem Auditoris Camere priuilegium,intelligendum est habere locum solummodo pro uia executiua , prout ipsius priuilegij verba sonant , nam quominus ordinario iudicio coram quocunque alio iudice procedatur , id priuilegium non impedit. Rom.Consil. 300. in casu proposito,& Canarius. quest.56.Vndecunque igitur deferatur talis obligatio ad Roman. curiam, absque dubio Auditor cameræ erit illius legitimus executor , sicque proposita questio non habet locum in curia . † Extra ipsam curiam vero, distinguendum est inter clericos, personasque Ecclesiasticas , & laicos; nam cum Ecclesiastici sine consensu sui ordinarij non possit alieni iudicis iurisdictioni se supponere extra de foro comp. c. si diligenti , non poterit contra eos vigore

6

huius

huius obligationis alibi quàm coram suo ordinario, vel in Romana curia coram Auditore cameræ procedi.

7 † Remanet ergo difficultas solummodo quo ad laicos, quorum respectu videri poterunt limitationes positæ per Doc.in d. l.si conuenerit. & in c.1. vbi potissimum Deci. extra de iudicijs. quibus in locis inter alias limitationes, ponunt dispositionem d.l. si conuenerit. non habere locum de iure canonico, neque vbi conuentio est iurata, neque vbi debitor promisit vel certo loco soluere, & se ibi personaliter præsentare, vel certo loco & tempore soluere, & renuntiauerit priuilegio fori, nec vbi renuntiauerit beneficio d.l.si conuenerit.& alias plerasque. Ex quibus forsan huic formę addi possent aliquę clausulæ, præsertim vt parata esset executio etiam per Curias seculares, & contra hæredes & bona, quas addemus in nostra forma inferius describenda; maxime ad conuincendum successores obligati; nam ipse obligatus
8 satis reperiri dicitur in loco, † si eius procurator in obligatione constitutus, debitum ibi confitetur.

## QVAESTIONIS SECVNDAE.

### *Summarium.*

1 *An clericus submittens se omni foro, possit pati executionem in foro seculari contra se in bonis suis temporalibus.*
2 *Clericus in laicum iudicem, etiam de Episcopi sui consensu, consentire non potest.*
3 *Clericus licet laici hæres, gaudet priuilegio fori.*
4 *Limitatio præcedentium.*
5 *Declaratio summaria, vbi quis conueniatur, aut respondere cogatur.*
6 *Priuilegia propria singulorum, quæ dicãtur, & quæ cõmunia.*

1 SECVNDO † Quæritur, An virtute huius submissionis possit clericus conueniri in foro seculari, saltim vt detur executio realis contra ipsius clerici bona temporalia? Habetur similis quæstio inter Tholosanas 126. vbi deciditur nega-
2 tiue, † Quia clericus in laicum Iudicem etiam de consensu Episcopi sui, consentire non potest. d. c. si diligenti. & c. significasti. de foro comp. Et hoc adeo est verum, quòd etiam non valet quanticunque temporis contraria consuetudo, vt subiungit in addit. dictæ q. 126. Stefanus Aufreij, & habetur late in decis. Rotæ 840. Vtrum va-
3 leat consuetudo. in antiquis. † Immo, quòd est fortius, si laicus hoc vel alio quocunque arcto modo obligatus decedat, superstite sibi hærede clerico, agendum erit pro executione coram Iudice ipsius clerici, qui etiam in reali gaudere debet priuilegio, & conueniri in foro ecclesiastico, iuxta not. in authen. vt omnes obed. Iudi. prouinc. §. hoc considerandum, vt per Archid. de cleric. coniung. cap primo lib. 6 & hoc eo maxime, quia (iuxta superius dicta) vbi contra hæredem facienda est executio, oportet quòd præmitatur citatio, & aliqua causæ cognitio, quam in clericum iudex secularis non potest præmittere: ita tenet Rota decis. 552. Obligatus est laicus Auenione. in antiquis, refert & sequitur Canarius in tract. de execut. instrumentorum. quæst. 57. Hæc autem, & ea quæ dicta sunt supra in prima quæstione præcedentis particulæ, intelligenda sunt, quatenus non esset cœptum & contra defunctum procedi: tunc enim etiam clerico existente hærede laici, procedi posset per Iudicem laicum ad vlteriora.

Quamobrem notanda est dispositio l. hęredes absens. & l. is qui Romæ. ff. de iudic. & que ibi not. Doct. & pre-
5 cipue Paul. Castrē cuius in summa hec est sentētia, † Aut couenientur heres ex persona defuncti, idest pro eo, pro quo defunctus poterat conueniri; aut ex persona sua, videlicet pro legatis & fideicommissis, pro quibus defunctus non poterat conueniri, licet ab ipso defuncto processerunt: hoc secundo casu non attenditur domici-

lium defuncti, & sic hæres non conuenitur in loco, in quo defunctus sortiebatur forum, nisi ibi esset maior pars hęreditatis. In casu autem pręcedēti est distinguendum, esset ne incœptus, contra defunctum processus, an non. Nam si processus erat contra illum incœptus, hæres tenetur ibidem prosequi, licet sit alterius fori, nec excusatur vllo priuilegio proprio vel communi: & etiam si ipse hęres ibi non reperiatur, quod locum habet etiam in clerico hęrede laici conuenti coram Iudice laico. Si vero processus non erat inchoatus, & hæres non sit eiusdem fori, nec ibi inueniatur: tunc de iure communi non potest ibi contra ipsum hęredem procedi: inuentus autem in loco hęres, tenetur ibi respondere, nec excusari potest ratione proprij priuilegij. Hęc de iure communi; Sed vigore huius obligationis iuxta superius dicta semper procedi potest, preterquam per Iudicem laicū contra clericum hęredem laici, contra quem processus
6 non erat inchoatus; † priuilegia autem propria singulorum dicuntur, quę non sunt clausa in corpore iuris; communia vero quę sunt in corpore iuris clausa, vt, quod legati petere possint se remitti domum. l. 2. § legatis. eo. tit. de iudic. & quod habent viduę & pupilli. C. quando Imp. int. vid. & pup. c. ex parte. de foro. compe. & quod habent clerici, vt non conueniantur coram Iudice seculari.

## QVÆSTIONIS TERTIÆ
### *Summarium.*

1 *An se submittens omni foro, & loco, possit in omnibus omnino locis cōueniri, etiā magis distantibus, quàm expressa sint.*
2 *Vbi nominata sunt certa loca, clausula subsequens generalis non intelligitur de distantioribus quàm sint expressa.*
3 *Distinctio Decij ad pracedentia.*

1 ERTIO quæritur, † An vigore talis summissionis procedi possit in quibuscunque locis, prout generalis est, ipsa summissio, etiam si sint loca distantiora expressis? Communis

est opi. Doct. in l. si conuenerit. de iurisdic. omn. iudi. & in c. 1. de iudic. quòd si debitor promisit soluere vbicunque fuerit inuentus, non expresso nomine alicuius loci, tunc vbique locorum possit conueniri † Sed
2 discrepant in eo, vbi aliqua loca essent nominatim expressa, deinde addita clausula generalis, veluti si promissum esset soluere Florentiæ, Bononiæ, & alibi vbicunque creditori placeret: in quo communior mihi videtur esse opinio, quòd non intelligatur de locis, quæ à loco, vbi facta est promissio, distent plusquam loca expressa, vt post alios affirmat Ias. in d. leg. si conuenerit. col. fin. ver. secundo intellige. & Feli. in d. c. 1. col. 4. vers.
3 secundo declara † Quamuis Dec. in eo. c. 1. col. 17. versi. secundo prædicta. distinxerit dicendo, quòd si locus in quo creditor vult procedere, sit insolitus, ita quòd de eo partes verisimiliter non cogitauerint, tunc ibi agi non possit, etiam si nullo expresso certo loco, simpliciter promissum esset soluere vbique locorum. Sed si locus non sit insolitus, quamuis locus, vbi creditor velit procedere, remotior sit alijs expressis, ex intentione partium, videtur quòd possit ibi conueniri. Vnde infert, qui Pisis contrahendo promisit soluere Florentiæ, Senis, & vbique locorum, poterit etiam Romæ, & Venetijs conueniri. Ad euitandum tamen hanc difficultatem cautius erit si in obligatione ponatur de locis etiam distantioribus.

IN hac parte videntur esse superfluo inculcata nonnulla vocabula, quæ magis conueniebant antiquis temporibus, antequam huius formulæ executio soli Auditori Cameræ esset demandata, quàm in præsenti, veluti sunt illa, Eiusque Camerarij, Vicecamerarij, Viceauditoris, Regẽtis & Commissarij: quæ propterea in noua formula non putaui esse ponenda.

QVARTO, si quæratur, An hæc summissio obliget hæredes, vt ipsi quoque non possint declinare forum Solutio apparet ex dictis superius in prima. q. primæ particulæ huius secundæ partis principalis, & in secunda q. huius particulæ.

Quæst.

## *QVAEST. AD TERTIAM PARTIculam obligationis Cameralis.*

### QVÆSTIO I.

*Quid significent illa verba in formula. Et earundem curiarum quamlibet in solidum tam coniunctim, quàm diuisim.*



VXTA tertiam particulam, in qua continetur facultas data per obligatum procedendi contra se & suos in omnibus Curijs, quarum iurisdictioni se submisit, ita vt possit cogi, moneri, excommunicari, &c. Quæritur primo, † Quid significent illa verba: & earundem curiarum quamlibet in solidum, tam coniunctim quàm diuisim. Responsio habetur ex cautela Bartholomei Veronē. 70. sæpissime in instrumentis in prin. scilicet quòd ea verba ponantur ad effectum ne propter copulam, quæ ponitur inter loca, intelligatur esse facta diuisio iuxta l. 2. §. si quis ita. ff. de eo quod cer. loco. ex qua cautela comprobantur etiam aliæ clausulæ, quas præcedenti particulæ putaui esse addendas, prout apparebit ex nouella forma inferius describenda.

### QVAESTIONIS SECVNDAE

*Summarium.*

1 *An vna via intentata ad executionem obligationis Cameralis, dimitti possit, & alia sumi.*
2 *Coram eodem, vel diuersis iudicibus plures executiua via simul competentes, simul, & successiue intentari possunt.*
3 *Effectus duarum clausularum in hac tertia parte positarum.*
4 *An post iudicium ordinarium intentatum, possit extraordinarium intendi.*
5 *Distinctio Romani ad præcedentem proximam quæstionem.*
6 *Vix fieri potest, vt sine consensu actoris appareat ceptum fuisse iudicium ordinarium.*
7 *Debitore existēte contumace in iudicio ordinario capto creditor potest aliā rōnem iudicij inire, vel iudicē alium adire.*

Secun-

1 SECVNDO quæritur, An vna ex hic positis vijs intentata, illa dimissa, possit alia via procedi? Et si forte sit cœptum procedi via ordinaria, an peti possit vt procedatur executiue? Considerandum est, si contingat hanc mutationem fieri coram vno & eodem Iudice, an coram diuersis: & si mutetur de una uia executiua in alterã executiuam:
2 An vero de ordinaria in executiuam. † Nam coram eodem Iudice plures vias executiuas simul cõpetentes simul vel successiue intentari posse, etiam si iam vno modo facta sit executio, habetur pro indubitato, per doctri. Bar. in l. consentaneum, in pen. q. C. quomodo & quando iud. & ita est in vsu. Idem quoque dicendum est, si contingat diuersas huiusmodi vias executiuas intentari coram diuersis iudicibus, tum de iure communi, per ea, quæ allegat Ias. in l. nulli prorsus. col. fin. ver. sexto & vltimo. C. de iudic. tum præcipue vigore pacti in hac particula positi per illa verba.
3 † Ita tamen quòd executio vnius Curiæ, executionem alterius Curiæ non impediat nec retardet, iure dicente, quòd vbi iudicium cœptum est, ibi finem accipere debet, & qualibet alia iuris & facti exceptione in contrarium faciente non obstantibus, & per alia verba superiora, ibi; vno & eodem tempore vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporum interualla, vsque ad integram solutionem, &c. propter quas clausulas, Cardin. Parisius Cons. 103. lib. 3. ver. secundo. voluit quòd non obstante l. 2. C. de pignori. Creditor uigore huius obligationis arbitrio suo possit eligere viam quam velit, & agere tam ad bona specialiter obligata, quàm ad bona hypothecata generaliter, ita vt vna electa non præiudicetur alteri.

Quod tamen dictum, quia apud me non est vsquequaque probabile, cum subscripta verba (meo quidem sensu) id non videantur significare; idcirco in noua forma putaui addenda esse verba per quæ difficultas
4 huiusmodi tollatur. † Maior autem difficultas remanet in eo, an post intentatum iudicium ordinarium, liceat aggredi viam executiuam; in qua non opitulãtur

verba

verba suprascripta, quę non loquûtur nisi de executione vnius Curiæ nō impedienda ꝑ executionem alterius Curiæ, &c. sicque inspicienda est sola iuris dispositio: secundum quam uidetur quòd actor, qui elegit prius ordinariè procedere, renunciauerit viæ executiuæ, tanquam electione vnius ex contrarijs facta. c. vt qui duas. de elec. lib. 6. cap. 1. de postul. prælat. eo. lib. accedente etiam dispositione authen. qui semel. C. quomodo & quādo iud. per quam videtur pars compelli posse in ea actione, quā intentauit, vsque ad finem litis persistere. Idem quoq; videtur si forsan reo prouocante actor non contradixerit, sed consenserit processui ordinario, iuxta not. in glo. an tēpen. suprà ver. partibus. in clem. sæpe. de ver. sig. Attamen Ludouicus Ro. in Cons. 133. in præsupposito casu,
5 distinguit, † quòd si iudex sine cōsensu partis expresso incępit procedere ordinariè, poterit pars contradicens facere quòd mutetur modus procedēdi, & procedatur extraordinariè; secus vbi appareret de partiū expresso cōsensu fuisse processum ordinariè īchoatū, & ad d. authē. qui semel. respondet ꝙ intelligenda est de actione posequenda; sed quòd nihilominus recedi possit à modo agēdi, dūmodò in lite persistatur. Et cū Ludouico fac. Bald. in l neq; natales. prope fin. vbi quòd etiam si merus executor citauerit partem, non tenetur expectare terminū citationis: quia licet assumpserit partes Iudicis incitando, potest recedere ab ea via, & assumere partes executoris. Quæ Ludouici distinctio quia non potest suffragari, nisi in terminis primi membri suæ distinctionis, &
6 illud etiam non caret difficultate, saltim in facto, † cum videatur admodum difficile, quòd dici possit vigore instrumenti intentatum iudicium ordinarium, & quòd appareat id factū esse de consensu ipsius actoris: idcirco in nouella forma putauit addenda esse verba, quæ hanc
7 etiam difficultatem tollant. † Nolo tamen omittere quòd etiam de iure communi, posito quòd creditor vigore instrumenti hàc obligatione roborati, intentauisset expresse viam ordinarij iudicij, citato debitore; sed debitor fuisset in eo iudicio contumax, ipso creditore

postea

postea iudicium mutando, executiuam viam intentante non posset debitor allegare pendentiam litis ordinariæ: ita limitat Abba. dispositionem l. vbi cæptum. ff. de iud. in c. ex tenore, de rescrip. & sequitur Felin. ibi in 9. col. ver. lex vbi cęptum, & Corsetus in repet. ver. Iudicium, & idem Feli. in c. cum M. col. 13. versi. extra gl. de consti tution. qui ex auctoritate Abbatis in c. dilecti. col. pe. de fo. comp. dicit, ꝙ data negligentia iudicis, vel contumacia rei, actor potest impune adire alium iudicem, non obstante dispositione dictę l. vbi cæptum. Et hinc sumi fortasse potest ratio quamobrem in tex. in d. clementin. sępe positū fuit vocabulum, Partibus, numero plurali.

## QVAESTIONIS TERTIAE.

### *Summarium.*

1 *Quomodo verba, per quæ debitor non recusat posse moneri, aggrauari &c. sint intelligenda.*

2 *An per tale pactū possit prorogari iurisdictio alieni iudicis.*

3 *Extra Ro. Curiam via excommunicationis & censurarum procedi non potest nisi per proprium Episcopum obligati, aut per alium de ipsius Episcopi consensu.*

4 *Pactum non valet, quòd quis sine monitione precedente excommunicari possit.*

5 *Quæ ratio illius vsus sit, vt in curia absentes non moniti excommunicentur.*

6 *Non potest pactum esse immediata causa excōmunicationis.*

7 *Cur obligatione facta cum susceptione censurarum, sine monitione quis in curia excommunicari soleat.*

8 *Vsus suscipiendi ab initio censuras, vnde acceptus fuerit.*

9 *Quid sibi optime cauere volenti in obligationibus sit seruandum.*

10 *Qui semel consensit in alterius præiudiciū dissentire nō pōt.*

11 *Pro futuris culpis non debet fieri excommunicatio.*

12 *Susceptio censurarum ab initio, non valet facta coram Notario solo.*

13 *Excommunicatio à non competenti iudice lata, non valet.*

1 ERTIO quæritur,† quomodo intelligenda sint verba, per quæ debitor paciscitur, & vult posse moneri, & excommunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium seculare deponi. Pro quorum intelligentia, suppositis pro notis ijs, quæ habentur in c. P. & G. de officio delegati. & in c. sacro. de senten. excomm. & in c. cordis oculus. 1. q. 7. & in eisdem locis no. glo. & Doct. ex illis in summam
2 facio hanc conclusionem.† Quòd si quis dubitet, An per tale pactum prorogari possit iurisdictio alieni iudicis, vt talis iudex hæc facere possit, & de clerico res est clara, quod non potest id facere sine consensu sui Episcopi. Similiter potest & laicus cum consensu sui Episcopi. Sed an idem facere laicus possit sine tali consensu? quã- uis Ant. Butr. voluerit facere certam distinctionẽ, tamẽ
3 communis Doct. sententia est, quod non possit. † Vnde sequitur, quod vigore huius obligationis, via excommunicationis, & censurarum non poterit extra Ro. Curiã procedi, nisi per proprium obligati (siue clerici, siue laici) Episcopum, aut eius Vicarium, aut alienum, in quem de consensu proprij Epi facta sit prorogatio, & in ipsa Curia per Auditorẽ Cameræ, cui hoc genus causarũ est
4 (iuxta superius dicta) præcipue delegatum.† Si autẽ dubitetur, An valeat pactum quod à iudice competenti possit obligatus excommunicari non præcedente monitione, seu citatione, & contumacia? & in hoc quoq; dubio cõmunis est omnium sententia, quod pactum non valet: & ideo prudenter positum fuit in hac formula verbũ, mo-
5 neri, ante verbum excommunicari.† Quæ cum ita se habeant, operæ prætium est videre, qua ratione cõstet vsus Rom. Curiæ, secundum quẽ ita obligati, si absint ab ipsa Curia, excommunicantur, aliter non moniti, nec citati. Vt reddatur vnicuiq; suus honor, hoc bene declarat glo. pragmaticæ sanctionis, tit. de pignorantibus cultum diuinum. ver. abolentes. vbi in summa ex dictis Docto. in
6 d. c. P. & G. colligit esse verum, † quod nemo potest obligare se ad pœnam excommunicationis per viam pacti, ita quod pactum sit causa immediata excommunicationis. Sed bene

bene poteſt ſe obligare, faciendo non ꝙ pactum ſit cauſa immediata excommunicationis, ſed contumacia vera, vel præſumpta, & ſubſequitur (exemplificãdo ad vnguem, ſicut hic in Curia vtimur) videlicet quia debitor confitetur debitũ coram Iudice, & Iudex ex tunc condemnat eum ad ſoluendum creditori, & cõſentiente debitore fert excommunicationem ſub conditione, niſi ſatisfaciat in termino: tunc.n. elapſo termino, erit excommunicatus ſine alia monitione: & hoc caſu non ipſum pactum, ſed ipſa contumacia vera vel præſumpta in nõ ſoluẽdo tempore debito, eſt cauſa excommunicationis, illaq; comminatio, niſi infra terminum ſoluãt, hẽt vim
7 monitionis. † Sed quo pacto defendemus alterã practicã, quæ eſt in vſu, vbi obligatio facta eſt ab initio cũ ſuſceptione cenſurarum, cuiuſmodi ẽt erant in effectu ſuperius poſitæ ex antiquis Cameræ libris, & ex Speculatore deſcriptæ formę? tũc.n. ſi de obligatione rogatus ſit aliquis ex notarijs Curiæ dicti Auditoris, niſi fiat ex vrbanitate, de communi vſu nõ eſt neceſſaria citatio, & ſi inſtrm aliũde deferatur, non citatur debitor, vt conſtituatur in contumacia, neq; ad videndum ſe excommunicari, ſed citatur ſolummodo pro recognitione inſtrumẽti, & extractione cẽſurarum. Vr primo aſpectu dura practica, ſed intentius conſiderata, inuenitur habere eandẽ rõnem cum præcedenti: nec differunt in alio, niſi ꝙ in præcedenti fertur excommunicatio pręcedente confeſſione, & ſub illa conditione poſtquam venit dies faciendæ ſolutionis, aut alius implementi: in hac vero ſimul oĩa fiunt tẽpore contractæ obligationis, tunc n. facta per debitorem confeſſione, Iudex eo conſentiente, ex tunc profert in eum ſnĩam excõicationis, & alias cenſuras, niſi tpe conuento ſatisfecerit. Itaque hæc eſt per omnia ſimilis antecedenti, excepto ꝙ hic ſententia ſub illa conditione profertur ab initio, ibi poſt lapſum diem præſtitutum faciendę ſolutioni. Sed hæc differentia non eſt
8 ſubſtantialis in propoſito. † Et tam ſuperior, quàm hæc practica ſuſcipiẽdi ab initio cẽſuras, accepta fuit ex cautela, quam ex verbis Innocentij ſumptã docuit Hoſtien.

in dicto cap. P. & G. in secunda columna, vbi inquit: Ex
9 præmissis colligi potest, † quòd si quis in hac materia caute sibi vult prouidere, debet sibi cauere, vt non solũ fiat iurisdictionis prorogatio, sed statim per Iudicẽ consentiente, & instanter petente debitore, feratur in eum excommunicationis sententia, nisi infra terminum plene satisfecerit: tunc enim nulla alia monitio necessaria est, quia dies pro homine interpellat, infra de locato. capitu. primo, in fine. Nec valebit appellatio, si appellet
10 interim: † quia ex quo in hoc semel consensit, in alterius prẹiudicium dissentire non potest. argumen. infra de probation. per tuas. §. fin. ad finem, cum suis concordan. & de re iudica. cum causa, quæ inter vos. §. 1. versi. & eidem iudici. non enim grauatur, nisi à se ipso. Vnde nec potest de iudice conqueri. arg. infra de appell. cũ spirituali. §. porro. secus si expresse non consensisset, sed cõtra inuitũ esset lata sñia, & sic loquitur, & tollitur cõtrariũ, infra de appell. præterea. Hæc sunt verba Host. cum quo transeunt omnes in d. cap. P. & G. vbi etiam Anto. de Butr. colum. 4. versic. ex præmissis concludit, Hostiẽ: affirmat, quòd in practica sic seruatur secundum Ioann. And. & re vera id dicit Ioan. And. qui ibidem in 2. col. refert suprascripta verba Hostien. Et licet Abba. in fi. 3. col. subiungat, quòd de præmissis posset hodie dubitari, per cap. Romana. de senten. excommu. lib. 6. vbi dici-
11 tur, † ꝙ pro futuris culpis non debet fieri excommunicatio, etiam sub conditione, nisi causa præcesserit: tamen addit posse dici caussa prẹcessisse, ex quo debitor sponte in se suscepit sententiam; quod dicit esse notandum.
12 † Illud nolo hic prætermittere, in quo vidi multos etiã doctos viros errare, quòd (sicuti ex prædictis colligitur) huiusmodi ab initio facta censurarum susceptio, non valet, facta coram solo notario, sed facienda est corã ipso competenti Iudice (qualem diximus esse extra Curiam proprium Episcopum, & in Curia Auditorem Camerę, & alios Iudices ordinarios, in negotijs, quorum contractus per eorum notarios recipi possunt), qui iudex quisquis ex prædictis fuerit, etiam ex tunc proferat, fulmi-

netq;

netque actu excommunicationem, & censuras prædi-
13 ctas: † cum nisi à competenti Iudice prolata excommunicatio non valeat, secundum ea quæ ponunt Docto. in locis superius relatis. Non ignoro, quòd nonnulli ad euitandum hoc absurdum, vtuntur talibus cautelis, videlicet, quòd si de obligatione & censurarum susceptione rogatus sit ipse actuarius, antequàm extrahat, & consignet parti instrumentum censurarum, idem notarius curet habere, vel in calce ipsius obligationis, vel in manuali actorum, Iudicis manu scripta verba huiusmodi. Nisi infra tempus debitum, dentur litteræ de consensu. Sed si censuræ susceptæ sint coram alio notario, producto prius instrumento, & citata parte aduersá ad dicendum contra illud, videndumque iurare testes super illius recognitione, ac fulminari censuras, seu mandari illas relaxari, in termino citationis Iudex recognito instrumento in calce illius scribit ea verba, Censuræ, nisi infra tempus conuentum, dentur litteræ de consensu. Quæ tamen cautelæ neutro in casu videntur supplere defectum sententiæ excommunicationis, nisi accederet nouus partis consensus, cum antecedens censurarum, susceptio coram solo notario facta, re propterea ab initio nulla, non possit per subsequentem Iudicis approbationem validari, de election. capitu. auditis. & capitu. dudum. Et faciunt ea, quæ ponit Barto. Brixien. in quæstionibus venerialibus. 41. & 43. & Ioann. Andre. in capitu. ratum, & in capitu. non firmatur, de regulis iuris, in mercurialibus, in quæstionibus, quas ibi proponit.

## QVÆSTIONIS QVARTÆ

### *Summarium.*

1 *Declaratio verborum, per quę debitor vult posse cogi, compelli, &c.*

2 *Propria creditoris auctoritate, vt possit quis compelli, aut capi, non potest pacto conueniri.*

3 *Partes facere non possunt earum pacto, vt ordo iudicialis nō seruetur.*

4 *Quatenus partes conuenire possint, vt Iudex procedat sine ordine iudiciario.*

5 *Valet pactum inter partes, vt Iudex ab executione incipiat.*

1 VARTO† quæritur consequenter de intellectu illorum verborum, per quæ debitor consentit, & vult se, & suos prædictos posse cogi, compelli, constringi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri. Hæc quoque videtur biceps esse quæstio, videlicet, si vigore huius pacti, personæ captura, & alia prędicta fieri possint sine ministerio Iudicis, propria creditoris auctoritate? Et solu-
2 tio est expedita, † quòd fieri non possint, & quòd pactum, si diceretur ea fieri posse propria creditoris auctoritate, non valeret. Ita Ange. in authen. vt non fiant pignor. in fin. idem Ange. in l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. Dyn. Bartol. Imol. Ang. & Ludo. & Alexand. in l. alia. §. eleganter ff. solu. matrimon. Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. Fel. in cap. ex rescripto. col. 5. versi. similiter non valet. & in 4. col. versi. ista faciunt. Quod procedit, etiam si pactum sit iuramento firmatum, vt Alex. in d. § eleganter. Bal in authen. sacramenta puberum. Crotus in rep. l. nemo potest. num. 9. de leg. 1. vbi ponit aliquas limitationes. Immo nec desunt, qui dicant etiā iu-
3 dicis auctoritate talia fieri non posse, † quia partes non possunt earum pacto facere, ꝙ non obseruetur ordo iudicialis. glo. in clem. sæpe. versi. & necessario. de verbor. sig. & ca. fi. de re iudic. in 6. & in c. de causis. de offi. deleg. Bar. in auth. offeratur C. de libel. obla. Ioann. And. & Abb. in ca. eo. ti. de lib. obla. Ad arrestum autem, capturam, & carcerationem personæ, & similia deueniri non potest, nisi præcedat libellus, & litis contestatio, cum ab executione non sit inchoandum. l. consentaneum. & ibi Bar. C. quomodo & quando iudex. & in l. cum ex eo. ff. ad legem Iuliam pecul. quamquam etiam Ange. & Are. quos citat Crotus vbi supra, teneant contrarium, ea potissimum

tissimum ratione, quia illud potest fieri per legem, ergo & per pactum. Quod an sit verum, non videtur esse hic disputandi locus: satisfit enim nostræ quæstioni, per no. doctrinam Abbatis in d. cap. de causis. de offic. delegat. col 2. versicu. in glo. in verbo, partium. quem posteriores communiter sunt secuti, & comprobatur diuturno
4 vsu: † dicit enim quòd partes possunt conuenire, vt Iudex procedat sine omni ordine iudiciario. Sed tūc illius Iudicis verbum non habebit vim sententiæ, sed cuiusdā pacti. Nam sicut post factum partes possunt approbare sententiam nullam, & habebit vim pacti, vt legitur, & not. in l. 2 C. comm. vtri. iudi & no. in c. significasti. de foro. compe. ita à principio possunt conuenire, vt Iudex procedat sine ordine iudiciario: sed si vellent partes, quod verbum iudicis haberet vim sententiæ, non possent remittere ordinem substantialem à iure inductum, vt de lit. cont. c. vni. l. properandum. C. de iudic. & clem. sæpe. de verb. sig. & quod ibi no. in fi. hęc sunt verba Abbatis.
5 † Ex quibus, & alijs superius citatis, colligendo in summam propositę quęstionis solutionem, dicere possumus prudenter compositam fuisse hanc nostram formulam, valereque dictum pactum, & posse illius vigore, cum ministerio tamen Iudicis, inchoari ab huiusmodi executione.

## QVAESTIONIS QVINTAE.

### *Summarium.*

1 *Cur in formula obligationis Cameræ non insit pactum super executione bonorum temporalium ipsius obligati.*
2 *Pactorum bona obligati afficientium adscriptio.*
3 *A quibus eiusmodi pacta auctor sūpserit; et à quib. distīguātur.*

1 VINTO, † cum ex clausulis superius interpretatis viderimus per pacta prædicta bene prouisum esse pro habenda ab ipso initio executione, tam in animam & famam via excommunicationis & censurarum, illarūq; infamis publicatio-

 catio-

cationis, quàm in personā via arrestationis, detentionis, carcerationis, &c. † Quamobrem omiserunt prudentes
2 adponere pactū, per quod haberi posset similis executio etiam super temporalibus, quę fortunæ bona appellantur, ad quę (vt tunc se habet forma) non datur executio, nisi in subsidium & postremo loco, dum non proficientibus censuris, & illarum infami publicatione ad brachij secularis inuocationem deuenitur? causa (nisi me fallit opinio) colligi potest ex antedictis. Nam si forma inuenta fuit pro debitis cameralibus, potissimum ex annatis beneficiorum in longinquis regionibus, & sub extraneis regnis, & iurisdictionibus consistentium, consequenter non erat facile habere executionem in temporalibus obligatorum bonis, neque contra successores illorum, & propterea prudentes, qui formulam composuerunt, neglexerunt ea pacta, & clausulas, quæ nihil, aut raro poterant proficere † Nunc au-
3 tem, quando eadem forma, etiam in priuatorum contractibus passim vsurpatur haud inutile fore existimaui, si adderentur pacta, quę afficiant bona non solum viuo debitore, & eo mortuo contra eius vniuersales hæredes, sed etiam contra quoscunque particulares successores, veluti quòd licet creditori ingredi possessionem bonorum obligatorum propria auctoritate, quæ debitor ex nunc constituit se eius nomine possidere, & concedat etiam in solutum, promittendo non facere de illis alium contractum huic obligationi præiudicialem, &c. prout latius apparebit in noua forma inferius descripta: quæ singula pacta habent paratam executionem contra quoscunque etiam tertios possessores à debitore ipso causam habentes: & ea sumpsi ex ijs, quę ponunt Bar & Doct. ac potissimum Salic in l. creditores. C. de pign. vbi qui volet, videre poterit Quorū etiam dicta si quis sub compendio collecta videre voluerit, legat Negusantium in tractatu de pigno in 4. parte principali, nu. 8. cum pluribus sequentibus, vbi eleganter & breuiter omnia reducit ad quindecim conclusiones: ex quibus congruētèr relatis iustificātur singulæ partes additionis nostræ prę

dictæ.

dictæ. Et de modo secundum quem procedendum sit ad talium pactorum executionem, dicemus loco suo in tertia parte huius tractatus.

## QVÆSTIONIS SEXTAE.

### *Summarium.*

1 *Quomodo pactū de capiēda, et detinēda persona iure valeat.*
2 *Quot, & quibus rationibus pactum de carcerando, alienum sit à iure.*


1 SEXTO † quæritur de pacto adposito, quòd persona possit carcerari & detineri, an iure valeat? Federicus Senen. in cōsilio 60. Quod pactum, &c. tenet valere, & ita vbique seruari dixit Paul. Castren. in l. Titio centum. §. Titio cētum, ff de condit. & demonſ. intelligendo tamen quòd captura & carceratio fiat ministerio Iudicis, non propria creditoris auctoritate, tractatur eadē quæstio per Alex. in l. alia. §. elegāter. ff. solu matri. & per omnes in l. nemo potest de leg primo. 2 † Est autem hoc pactū à iuris dispositione alienum, nō solum propterea quia conuenitur, vt peruerso ordine iudicij ab executione incipiantur: sed etiam quia ipsius executionis debitus ordo peruertitur, non enim semper carcerari potest qui non soluit, sed prius requiritur mobilium, immobiliumque bonorum excussio, iuxta not. per glo. l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tut. & Bar. in l. 1. ff. de cessi. bon. & Alex. in d. §. elegāter. col. 3. ver. ex prædictis.

## QVAESTIONIS SEPTIMAE.

### *Summarium.*

1 *An pactum in obligatione Camerali positum, quòd clericus incurrat pœnam priuationis beneficiorum, valeat.*
2 *Et quatenus valeat.*
3 *Mentio duarum clausarum quæ in noua formula obligationis ab auctore excogitata, addita non sunt, & quare.*

SEPTI-

1 EPTIMO quæritur, † An ad magis conuincendum clericos, qui innata perfidia omnibus pactis, & data fide spretis, creditores supplantare satagunt, valeret si adderetur pactum, quòd etiam incurrerent pœnam priuationis beneficiorum? Hæc quæstio ponitur per glo. & Doct. in c.
2 P. & G. de offic. deleg. & concludunt valere pactum, sed declarandum est id dictum procedere ita demum, si accedat auctoritas ordinarij, vel alterius superioris habentis iurisdictionem admittendi resignationem, vt dicit
3 ibi Feli. col. 2. ver. in glo. vbi, &c. † & propterea in noua forma addi potuissent duæ clausulæ, vna in hac tertia particula, per quam debitor pacisceretur velle incurrere priuationem: altera in quinta particula, vt inter alia daretur procuratoribus hæc facultas, vt possent etiam post incursum priuationis ipsa beneficia in manibus ordinarij vel Papæ aut alius ad id potestatem habentis resignare. Sed eas non posui, propterea quod visa fuerit res esse indecora, & mali exempli, si hoc modo beneficia fierent quasi venalia.

## QVAESTIONES AD IV. PARTIculam, vel clausulam obligationis Cameralis.

## QVAESTIONIS PRIMAE.

### *Summarium.*

1 *Quæ exceptiones opponi possint cōtra obligationē Cameralē.*
2 *Contra instrumentum executionem paratam habens, tres tantum exceptiones opponi possunt falsitatis, quietationis & solutionis.*
3 *Oportet tamen vt coram iudice competenti productum sit. Itē quod actoris persona legitime possit cōsistere in iudicio.*
4 *Exceptio excommunicationis nunquam censetur exclusa.*
5 *Excommunicatus, etiam reo volente, ad id iudicium admittendus non est.*
6 *Nullitas instrumēti obligationis cameralis semp̄ opponi pōt.*

7 *Exce-*

7 *Exceptio, quòd actor ex sui parte promissa non praestitit, opponi potest contra obligationem* Cameralem.
8 *Exceptiones ex ipso instrumento obligationis cameralis apparentes, quęque illi insunt, opponi possunt.*
9 *Non oppugnat instrumentum qui nititur instrumento.*
10 *Quę insunt ex rei natura, & tacite colliguntur, opponi possunt contra obligationem Cameralem.*
11 *Non est necesse exceptionem illam proponere, quę ex rei natura oritur.*
12 *Defectus causa quam ob rem obligatio Cameralis inita est opponi potest*
13 *Cur instrumentum guarentigia sine causa factum, valeat.*
14 *Opposita exceptio contra obligationem* Cameralem, *quòd sine causa contracta sit, quatenus admittenda.*
15 *Quando exceptio opposita non admittatur, nec opponēs eam probaturus audiatur.*
16 *Quando admissa exceptio vlteriorem processum impediat.*
17 *Quando admissa exceptio processum non retardet.*
18 *Prudens, & rationabilis Cu Romana stylus.*
19 *Termini qui obseruētur in exequēda obligatione Camerali.*
20 *Terminus trium dierum censetur sufficiens ad probandum ea quā incontinenti probanda sunt.*

1 PRIMO Quęritur, † An sit absolute verum id quod vulgo dicitur, cōtra huiusmodi obligationē non posse opponi alias exceptiones, præterquā falsitatis, quietationis, & solutionis? & si non sit absolute verum, quæ nam sint illa alia, quę opponi possunt? Puto veram esse conclusionem, quòd contra petentem executionem huius obligationis non possit opponi alia exceptio, quàm falsitatis, quietationis, & solutionis. Quam tamen conclusionem ita intelligendam esse duco, vt executio non petatur, nisi coràm iudice competēti, & data habilitate personæ ipsius actoris, adimpletisque pro eius parte promissis & aliàs obligatione existente valida, & ab initio liquida & pura, aut postea liquidata, & purificata, eiusq; causa, propter quā cōtracta extitit perdurāte. Hanc autem expositionē his rationibus ductus feci, quia & si vera, & in ore omnium

2 omnium sit ipsa conclusio,† quod contra instrumentum habens executionem paratam non possint opponi, nisi dictæ tres exceptiones, videlicet falsitatis, pacti de non petendo, seu quietationis,& solutionis, vt dixit Bar. in l.1. §. & parui refert. ff. quod ui aut clam. & specialiter de hac obligatione loquens, ait G. Cassad. tit. de mutuis pe
3 tit. decis. vnic. tamen intelligendum est ante oĩa,† quòd instr͂m sit coram competenti Iudice productum, iuxta gl. vltimam clem. 1. de sequestr. poss. & tenet Alex. post alios, quos citat in d. §. & parui. in apostilla magna, circa princ. intelligendum est præterea, quòd actor habeat legitimam personam standi in iudicio, alioqui semper opponi possunt exceptiones facientes ad eum repellendum, veluti, vt dicit Bar. in d. § & parui. si sit minor, bannitus, excommunicatus, aut aliud tale, quod non repellat instrumentum, sed personam actoris, & ponit Canarius q. 15. & de exceptione excommunicationis habe-
4 tur in c. sicut. 2. q. 1. & ibi Gemin. † est enim exceptio, quæ nunquam censetur exclusa, quin opponi possit etiã coram mero executore. arg. glo. in d. clem. 1. de seq. poss. & fruct. Butr. in c. licet. de elect. Bal. in l. si quis filios. §. si
5 quis. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. adeo† quod etiam reo volente non debet iudex admittere excommunicatum. ca. exceptionem. de excep. vbi Docto. & potest opponi etiã coram Iudice laico. glo. in l. 1. C. de iur. & fac. ignoran. quam ad hoc citat Bal. in cap. cum contingit. de dolo, & contum. & in c. intelleximus. de iud. & facit tex. c. fin. de excep. lib. 6. & in c. postulasti. de homic. tradit Iaso. in l. 1. nume. 9. C. de iur. & fact. ignoran. & in l. placet. in fi.
6 in lectura pad. C. de sacrosanct. Ecclesi. † Opponitur etiam nullitas instrumenti, per ea quæ dicta sunt in 3. q.
7 primæ partis. † Opponitur etiam quòd ipse actor non seruauit pro sui parte promissa: Non enim tenetur quis ad obseruantiam contractus, quando per alteram partem sibi non obseruatur; licetque eo casu fidem fallere, etiam si interuenit iuramentum l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empti. l. cum. proponas, la seconda. C. de pact. & quę ibi cumulat Ias. in 3. & 4. not. sicque oppon

poni potest de pretio per actorem non soluto, vel re non tradita. Corneus late cons. 297. per totum, & 291. col. fi. l. 3. Canarius q. 27. Dec. con. 219. in principio.

8 † Itẽ opponi possunt omnia illa, quæ patent ex ipso Instrumento, cum illi insint, & ex illius inspectione colligantur, per ea quæ in simili dicta sunt superius, de nullitatibus in 3. q. primę partis. Et ponit eleganter Canarius q. 16 qui omnino super hoc videndus est, quoniam

9 docte loquitur: ratio potissima est, † quia non potest dici impugnare instrumentum, qui nititur, instrumento: ponit etiam Fel. in c. ex parte. secundo de offi. deleg. in 19 limit. & ibi Deci. etiam 19 limit. Itaque opponi potest, non venisse diem, non esse purificatã conditionem, sub qua contractum est debitum. & his similia. Bart. in l. si filius. ff. quod cum eo. Bal. in l. si causam circa fi. & in l. etiam col. 1. & in l. 2. C. de excep. rei iudic. Imola in l. fin. col. 10. ff. qui, & à quibus opp. non lic. Alex. con. 20.

10 num. 2 lib. 6. † Item opponi possunt ea, quæ & si ex ipsius instrumẽti littera non legantur, in sunt tamen ex rei natura, & tacite colligi possunt; vt si fideiussor conuentus opponat exceptionem cedendarum sibi per creditorem actionum: item si emptor conuentus ad pretium opponat exceptionem rei non traditæ, vel non libere traditæ & contra venditor conuentus ad eum tradendam opponat de pretio non soluto, & his similia. Alex. d. cõ. 20. nu. 2. & 3. post antiquiores, quos citat Feli. & Deci. in d. c. ex parte 2. de offi. deleg. fall. 10. idem Deci. consi.

11 507. nu. 6. Canarius q. 27. † habent autem hoc genus exceptiones id proprium, quia non est necessarium ꝙ exceptio quæ negotio inest, proponatur, si quidem producto instrumento statim patebit. Cardin. post Innoc. in c. pastoralis. de excep. refert Feli. in rub. eiusdem tit. col. 2. ver. & dicit Inn. & late Guid. Cassad. in tit. de rescriptis, deci. 16. & posuit Fel. in c. ex parte. secundo. ver. decimo fallit. de offi. deleg.

12 † Item opponi potest de defectu causæ, propter quam contracta est obligandi, quoniã ea deficiente deficit etiã obligatio, exempli gratia: si res conducta auferatur, vel

non

non præſtetur. l. ex conducto.in prin. cum concord.ff. locati. & ſi vniuerſitas villę promiſit ſuperiori decem annua, vt eam protegat, deſtructa villa, non debentur amplius illa decem. Roman. conſ. 417. in conſultatione, & plura exempla ponit Brunus, in tract. de interitu & peɾempt. concluſionibus 11. & 16. & Alex. & alij in l.ſi cum dote m.§. ſi maritus,num. 6. ff.ſol. mat. Sed ſi contractus fuiſſet ab initio ſine cauſa initus, puta rem eſſe diſtinguendum. Nam ſi obligatio ſit cum ſuſceptione cenſurarum: eo caſu, quoniam (vt ſuperius dictum eſt) confeſſio fit coram Iudice, procedit id quod in ſimili dixit Bal. in l. ſicut. quam ad hoc ponderat C.
13 de repud. hæred. † quòd inſtrumentum guarentigiæ ſine cauſa factum tenet, quia continet illud præceptum carthularij factum in confeſſum, quod videtur factum eſſe in iudicio: refert & ſequitur Alex. in vltima apoſtil.ad Bar. in l.toties.ff.de inter. action.& Feli in c.ſi cautio. de fid. inſtrum. in 10. limit. licet remittat ad ea quæ ſuperius dixerat in 6. limit. vbi licet ponat valere confeſſionem factam in iudicio ſine cauſa,allegando multos idem tenentes, tamen poſtremo citat Io. Andre. & Goffredum contrariam partem aſſerentes, cum quibus & ipſe videtur reſidere: prior tamen eſt communis. Sed ſi obligatio noſtra ſit ſimplex, adhuc puto eſſe
14 conſiderandum, † quòd ſi talis oppoſitio fiat poſt factā debiti confeſſionem, non ſit admittenda, propter eandem rationem:Sed ſi opponeretur antequam fieret confeſſio debiti, tunc puto quòd recurrendum eſſet ad diſpoſitionem iuris communis,quę ponitur per Cyn. in l. generaliter.C de non num.pecu.& per Bar.in l.2.§.circa.ff.de doli excep.vbi etiam Alex. ponit multas remiſſiones de diuerſis actibus ſine cauſa factis, videlicet de actu (vt ipſe loquitur) promiſſiuo, de confeſſiuo, de actu adhibitiuo alterius perſonæ, & de pacto nudo, & per Fel. in d cap. ſi cautio. Et pro is quæ dicta ſunt de exceptione,falſitatis,quietationis, & ſolutionis,necnon de nullitate,inhabilitate perſonæ agentis,& alijs prędi-
15 ctis melius intelligendis, cōſiderare oportet, † tres eſſe termi-

terminos inter se differẽtes, videlicet primo, exceptionẽ oppositã non admitti, & super ea probanda opponentẽ nõ audiri, & locum habet in omnibus alijs, præterquam
26 in supra expressis. † Secundo exceptionem admitti, & per eam admissam impediri processum ad vlteriora, quod accidit, vbi alicuius ex suprascriptis admissibilibus veritas apparet ex lectura instrumenti, & ex rei natura, vel aliàs est notoria, seu iuris præsumptione probata
27 † Tertio exceptionẽ admitti, sed propterea non retardari processum: quod contingit, vbicunque proposita exceptio probanda est per extrinseca, & aliunde quàm ex ipso instrumento, vel ex notorio, aut iuris præsumptione. Neque hoc tertium relinquit cuiquam querelæ causam, si quis forte dicere vellet, iniquum esse, quòd non admittãtur etiam ad retardandum processum eiusmodi exceptiones, vbi opponens offert se incontinenti probaturum iuxta dicta Bar. in extrauag. ad reprimẽdũ. super ver. summarie. & in l. is à quo. ff. vt in poss. legat. & glo. & scriben. in clem. sępe. de verbo. sign. & Guid. Papę decis. 132. & Ias. in l nam & postea. quam legit cum l. ait prætor, la seconda. ff. de iureiu. & aliorum in
28 alijs plerisque locis. † Nam prudenter (vt in plerisque omnibus habet se stylus Romauæ Curię) prouisum est, simul, ne fatigentur partes inanibus disputationibus, quæ desuper fieri solent, & habentur apud Doctores in locis præscriptis: tum in iure, an exceptio incontinenti probabilis sit admittenda, & quatenus intelligendum sit incontinenti probabile quicquam esse: tum in facto, an proposita exceptio sit eiusmodi; simul, ne iustam habens exceptionem iniuste executionem patia-
29 tur: † Nam (vt dicetur in tertia parte) citatur debitor ad confitendum debitum., in cuius citationis termino potest, si habet, proponere exceptionẽ, vel euidentem; vel incontinenti probabilem; quod si non fiat, proceditur quidem ad confessionem debiti, & excõmunicationem, non tamen simpliciter, sed sub illa conditione, nisi infra tres dies satisfecerit, aut probauerit quamobrẽ nõ
30 teneatur amplius satisfacere. † Quẽ terminũ trium die-

rum

rum arbitrati sunt prudentes sufficere ad probandum quæ in continenti probari debent, ducti (vt puto) exemplo l.fin.C.de errore aduo. vbi triduum ponitur pro termino ex continenti. Ac præterito etiam triduo, citatur iterum reus ad videndum tradi litteras publicatorias excommunicationis antea fulminatæ, quibus (cum simili conditione, videlicet. Nisi per totam primam diem iuri dicam satisfactum aut probatum fuerit) traditis & publicatis, expectatur adhuc alijs decem diebus, antequam procedatur vlterius: itaque ante relaxationem realis executionis intercedunt (vbi minimum) dies quindecim; quem terminum nemo (vt puto) negabit esse conuenientem ad probandum, etiam ea quæ altiorem requirunt indaginem, ne dum ea, quæ sunt incontinenti probabilia.

## QVAESTIONIS SECVNDAE.

### *Summarium.*

1 *An quatuor istę exceptiones simulationis, compensationis, retentionis, & reconuentionis, & quatenus opponantur contra obligationem Cameralem.*

2 *Exceptio firmat regulam.*

3 *Cum exceptiones omnes præter certas excluduntur, exceptæ tantum possunt opponi.*

4 *Renuncians quis exceptioni simulationis, nullo pacto illam potest opponere.*

5 *Simulatio vel iuris præsumptione probata, vel ex instrumento patens opponi potest, non obstante renunciatione huiusmodi exceptionis.*

6 *Compensationis exceptio opponi contra obligationem Cameralem non potest.*

7 *Aequitatis ratione interdum liquidi debiti compensatio admittenda est.*

8 *Per iniquum est quod debeas nolle persoluere, & quod tibi debeatur acriter persequi.*

9 *Debiti post contractam obligationem facti compensatio facilius admitti debet.*

10 *Cautio qua creditor possit euitare exceptionē cōpensationis.*

*11 Recon-*

11 *Reconuentio non solet retardare executionem obligationis forma Cameræ.*
12 *Retentionis ius obiectum remoratur obligationis Cameralis executionem*
13 *Ampliatio, etiam quantitate retinenda nõdum liquidata.*
14 *Si non constet ius retentionis solo verbo oppositum, nihil prohibet executionem obligationis Cameralis fieri.*
15 *Exceptio retentionis ad particulares etiã successores trãsit.*

1 ECVNDO quæritur, † Quid dicendum sit de exceptione simulationis, compensationis, retentionis, & mutuæ petitionis, seu reconuentionis? Et si vulgare sit ab omnibus
2 confessum, † quòd exceptio facta de genere, seu de vniuersitate firmat dispositionem in reliquis. l. nam quod liquide §. fin. primo responso. ff. de penu. leg. & l. quæsitũ. §. deniq;. ff. de fund. inst. & Inst. l. cum simul. & propterea cum dixerimus vsu esse receptum, non admitti alias exceptiones prętet supra designatas, superfluum videatur nunc reuocare in dubium quid dicendum sit de simulatione, & alijs in hac quæstione propositis, maxime cum dictam regulam particulariter in his termi-
3 nis exemplificatã habeamus, videlicet, ꝙ † exclusis exceptionibus pręter certas, nullæ aliæ possunt opponi, vt Bal. & Sal. in l. ita nobis pudor. C. ad leg. Iul. de adulter. Bar. in d. l. 1. §. & parui. ff quod vi aut clam. Canonist. in c. ex parte. de offi. deleg. & notant Imol in l. fi. ff. à quib. app. non licet. Tamen quia quatuor in hac q propofita non carent difficultate, visæq; sunt speciali nota dignæ, idcirco de illis quæstionem proposui. Simulationis ergo exceptionem admittendam non esse censuerũt prudentes, qui vsum hunc introduxerunt, quia ei est in obligatione nõ solum generaliter per illa verba, omnibusq; alijs exceptionibus, &c. sed etiam nominatim renunciatum per illa alia verba, præsentis contractus non sic, vt præmittitur facti, &c. quibus renuntiationibus sic se habentibus addito etiam iuramento videtur æquior, & cõ-
4 munior esse Doct. sententia, † quòd renunciatio teneat, & exceptio non possit opponi; quam tenuit Bar. in d §.

E & parui-

huius obligationis executionem regulariter non admittatur compensationis exceptio; quod vidimus placuisse etiam consilio Neapolitano, vt testantur Afflictus dec. 381. quædam Hyppolyta. & Capicius decis. 167. in causa Manfredini Dixi regulariter,

7 † quia hoc quoque plerunque vsitatur, vt aliqua æquitatis ratione concurrente, debiti liquidi admittatur compensatio; quod pariter ipsis quoque Neapolitanis videmus placuisse, secundũ dicta eiusdem Afflicti decis. 136. Die 7. Octobris, &c. vbi iudicatum fuit secundum opin. Bar. attento quòd debitor erat pauper, & ponitur exẽplum etiã si esset grauatus onere filiorũ. In summa dicere possumus id esse in arbitrio Iudicis, vt consideratis circunstantijs compensationem admittat, vel reijciat: nec puto iuste reprehen-

8 di posse Iudicem, qui subsistẽte æquitate id faciat, † cum è contrario non videatur honeste agere creditor volens exigere sibi debitũ, nec soluere quod debet: quod faciũt plerunque iniqui homines, volentes quod sibi debetur huius obligationis prætextu executiue exigere, & vicissim ipsi non eodem modo obligati per moras trium instantiarum ordinariæ litis antequam soluant ijs à quib. exegerunt, creditores suos distrahere, quod ego, si essem Iudex, nunquam permitterem, habens præsertim pro hac parte Bartolũ æquitatis fontẽ, & alios egregios Doctores, qui eum sunt imitati; atque hoc maxime facerẽ,

9 † vbi debitum, cuius opponeretur compensatio, contractum esset post tempus factæ huiusmodi obligationis, cum qua distinctione approbauerunt opin. Bartoli etiã Tyndarus & Soci. in locis superius citatis, & Capicius in dicta decis. 167, ver. mihi visum est, & Afflictus dicta

10 decis. 381. ver. & ad hoc bene facit. † Si quis vellet euitare hanc difficultatem, posset in obligatione addere expressam renuntiationem huius exceptionis, cum promissione de non opponendo eam cuiuscunq; naturæ & modi fuerit debitum compensabile: sed quia (vt dixi) nimis iniquum reputo id absolute statuere, vt omnis compensatio reijciatur, propterea nolui quicquam hac de re addere in nouella inferius descripta forma, cum

melius videatur id relinquere arbitrio Iudicis, prout
11 nunc habet vsus.† Mutuę vero petitionis, & reconuen tionis concursus, tanto minorem habet efficaciam ad retardandum hanc executionem, quanto præsupponere potest regulariter quantitatem non liquidam, debitũq; dubium esse, & propterea vsus habet, ꝙ non faciat executioni impedimentum, quod testatur G. Cassad. in superius citata decis. de mutuis petitionibus, & ita etiam de iure esse probat Marianus in tract. de mutuis petit. in
12 6. principali articulo. in decima fallentia. † Diuersa ratio, quæ est pro habēte ius retentionis, facit, vt tale ius habenti liceat retinere rem, quam vigore huius obligationis tradere tenetur, & eo medio executionem retardare. Barto. & Alexan. in fundo. in fine. ff. de rei vendica. Iaso. in l. si in area. ff. de condictio. indeb. Paul. Castren. consi. 17. & consi. 134. veteris impressionis.
13 † In tantum ꝙ etiam si quantitas, pro qua fit retentio, non sit liquida (puta propter melioramenta in re facta nondum æstimata) & offeratur per eum, qui petit executionem, cautio de soluendo melioramenta, cum fuerint liquidata, nihilominus subsistat retētio, & impediat executionem, per ea quę ponit Capicius Neapoli. decis. 17. Rom. consi. 84. col. fi. lib. primo, non obstantibus ijs, quę partem contrariam tenens adduxit Negusanctius in tractat. pignorum. parte quinta. membro 4. nu. 10. & sic vidi in auditorio Rotę in causa magni momēti, post multas informationes determinari, ꝙ ille qui fuerat ꝑ tres sententias condemnatus ad dimittendum rei de qua agebatur possessionem, & opponebat ius retinendi, & insistendi rei propter melioramenta in ea facta, haberet dilationem ad illa liquidandũ, & interim in facienda executione dictæ rei iudicatę supersederetur, nō obstante, ꝙ petens executionē offerebat cautionem banchariam de soluendo illa, cum primum essent liquidata; & non obstante etiam ꝙ actor opponeret de facienda compensatione fructuum, in quibus reus erat cōdēnatus; immo dictum fuit, ꝙ quantitas fructuum condemnatorum diminuenda erat, ita ꝙ illorum pars relinqueretur ipsi reo
pro

pro rata melioramentorũ, vt decisum est etiam apud Af
14 flictum decis. 87. † Ne tamen erres, aduerte, ꝙ in dicto casu probatum erat inesse melioramenta, & restabat solummodo illorum valorem probare, seu liquidare: nam si neque esse melioramenta constaret, sola verbalis illorum allegatio non esset sufficiens ad retardãdum execu-
15 tionem. † Atque hoc ius retinendi, & exceptio faciendæ retentionis huiusmodi, ne dum competit illi, qui fecit meliorationes, aut cui constituta fuit hypotheca, aut aliud simile, propter quod ius tale competere possit, sed etiam transit ad successores, etiam particulares ab illo causam habentes, per ea quę allegat Aymo consi. 248. Nobilis Antonia. in prin. vbi etiam citat plures auctoritates ad probandum id quod dixi, ius retinendi habere vim etiam contra executionem.

## QVAESTIONIS TERTIAE.

### *Summarium.*

1 *An exceptiones solum limitantes ipsam Cameralem obligationem retardent ipsius executionem*

2 *An excõmunicationis sententia contra pauperem, & impotentem lata valeat.*

3 *Sequestri exceptio remoratur executionẽ obligationis Cam.*

4 *Iusta impedimenti causa excusat à periurio.*

5 *Petitio reductionis laudi ad arbitrium boni viri impedit executionem obligationis Cameralis.*

6 *Reductio ad arbitrium boni viri in certis casibus nulla cautione impediri potest.*

7 *In compromissi obligatione inest tacita conditio, vt pareatur arbitri sententię, nisi reductio petatur.*

8 *Paria sunt dolum re ipsa interuenisse, quo fieret enormis læsio, & ex proposito intercessisse.*

9 *Petens reductionem, in primis relaxationem à iuramento petere debet.*

10 *Pręscriptio temporis quando opponatur contra obligationem Cameralem.*

11 *Statutũ praescribens creditori tẽpus petendi creditũ, nõ valet.*
12 *Statutum vrbis vigens, quo praescribitur certum petendi tempus creditori.*
13 *Statuta vrbis oĩa per Papã ex certa scientia sunt cõfirmata.*
14 *Exceptionum capita, quae contra promissionem iuratam opponi possunt.*
15 *Quomodo interdum de obligatiomibus Cameralibus vsu veniat vt in rota agitentur.*



1 TERTIO quaeritur, † An huiusmodi executio retardetur propter nonnulla superueniẽtia, quae non opponuntur contra ipsum instrumentum, & in eo contentam obligationem, sed solummodo ad executionem aliquo modo limitandam, seu impediendam. Canarius in q. 28. hoc dubium ponit exemplificatque in exceptione competẽti marito in restitutione dotis, nec conueniatur vltra quàm facere possit: & in exceptione inuentarij, Ne hęc res teneatur ultra vires haereditatis, & in beneficio cessionis bonorum, si conuentus velit bonis cedere. & tenet quòd per ea impediatur executio, quia talia non impugnant instrumentum, sed mutant vel restringunt executionem, & allegat iura, quae ibi uideri possunt, cuius dictis nos per easdem rationes addere possumus beneficiã competentia clericis ex dispositione c. Odoardus, de solut. & c. peruenit. de fideiuss. & si qua sunt alia pauperibus, & impotentibus, ac iusta causa impeditis à iure
2 concessa. †Et quantum attinet ad paupertatem, & impotentiam, an ea non obstante ualeat sententia excommunicationis. Canonistae post Innocen. & Hosti. in c. P. & G. de offic. deleg. faciunt multi membrem distinctionem, quam clarius, quàm alij videtur mihi explicauisse Decius ibi col. secunda, ver. 5. uenio ad secundum, per duas col. sequ. cuius dictis accedo additis ijs quae dicentur inferius in 3. parte in quaestionibus proces
3 sus, nu. 44. †De genere huius q. videtur esse impedimentum sequestri: accidit enim plerunque quòd Iudex competens ad instãtiam alterius, qui sit creditor creditoris,

sequestrat

sequestrata apud debitorem pecunias debitas, & contingit dubitari, an ipse debitor tali sequestro impeditus, si non soluit in termino conuento, sit excusandus, & per consequens debeat executio huius obligationis impediri, donec creditor faciat impedimentum remoueri? Vsus Romanæ Curiæ habet quòd retardetur executio, & est de iure per tex. l. fin. & ibi nor. Doct. ff. de lege commiss. for. & faciunt alia quæ allegat ad idem propositum Io.
4 Franciscus Curtius iu tract. sequestrorum. q. 16. † Estque omnium huiusmodi impedimentorum vniuersalis illa ratio, quòd iusta causa impeditus non incurrit periurium. l. vlt. ff. qui satisd. cog. Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab.
5 † Eiusdem generis videtur esse, vbi cõpromisso, cum pacto de parendo laudo, sub hac obligatione facto, & laudo promulgato, per alteram partium aduersus illud petitur reductio ad arbitrium boni viri
6 † (cuius petitionem in certis casibus nullo pacto, nullaque cautela impediri posse defendũt egregie solémnes Doct. Io. Baptista pronepos Bartoli in tracta. Arbitrorum, libro 7. cap. 15. 16. & 17. & Lanfrancus in simili suo tract. in 14. q. vltimæ partis, & latissime Vitalis in clausulis sub rubrica, An reductioni ad arbitrium boni viri possit renunciari) debitum fuit, an pendente iudicio reductionis retardanda esset executio laudi, & me pro vna partium interueniente, determinatum fuit, executionem retardari ad euentum & finem dicti iudicij reductionis, ea potissimum ratione,
7 † quia in compromisso & obligatione desuper adiecta, inesse videtur tacita conditio, quòd laudo pereatur, nisi interueniat reductio ad arbitrium boni viri; quod etiam voluit Lanfran. in dicta vltima parte sui tract. q. 30. & late disputat & confirmat post alios quos allegat Deci Cons. 180. Visa renunciatione.
8 † vbi etiam sustinet par esse si dolus interueniat re ipsa ad faciendum læsionem enormem, ac si ex proposito interueniet, & habetur apud Cassad. de emp. & vendi. decis. vnica.
9 † illo tamen hoc casu animaduerso, quòd volens petere reductioné huiusmodi, debet ante omnia obtinere relaxatione à iuraméto. c. si vero. de iureiu.

 10 † Nec

80 † Nec diuersi generis videtur esse præscriptio temporis siue à iure communi, siue à statuto municipali determinati. Et si contractus non esset iuratus, fortasse præscriptio indifferenter allegari posset, & procederet, vt visus est voluisse Canarius q. 12. Sed si adsit iuramentum, communis omnium sententia est, quòd præscriptio nõ procedat, vt dixit Bauerius de virtute iuramenti, conclus. 29. & latius Hip. Marsilius singulari 141. Audisti
81 forte, &c † Et quantum attinet ad præscriptionem statutariam. licet cõmunis sententia Doct. pariter sit, quòd statutum disponens quòd qui non petierit creditum infra certum tempus, non possit illud amplius petere, tanquam nutritiuũ peccati, nõ valeat: vt nouissime scripsit Thomas Ferrat. cautela 38. explorati iuris, &c. & posuit Alex. in multis consilijs, & alij plerique etiam per dictũ Thomam non citati, attamen hic in vrbe tanquam vali-
82 dum seruatur statutum, † per quod disponitur, quòd si creditor fuerit negligens in petendo debitum ex causa cuiuscunq; contractus per sexdecim annos, non audiatur vlterius, sed sibi obstet efficaciter præscriptio temporis prædicti, ex qua extinctam & sublatam esse actionẽ statuitur, & præsumptionem solutionis induci, quæ præsumptio iuris esse intelligatur, cui stetur, nisi cõtrarium probetur ꝑ creditorem: cuius obseruantię, quantũ ego accepi, duo sunt argumẽta: vnũ ex ipsius statuti verbis, non in debitorẽ, sed in creditorẽ neglıgentẽ directis, per ea q̃ posuit dictus Thomas vbi supra ver. tertia cautela:
83 alterũ ex confirmatione Papæ, † q̃m statuta Vrbis oĩa sunt per Papam ex certa scientia confirmata: ꝑ quæ duo videntur tolli oĩa argumenta adducta per Doct. tenentes, ꝙ similia statuta non valeant, & sic vidi in adiutorio Rotæ contra obligationem in forma Cameræ admitti exceptionem præscriptionis sexdecim annorum vigore dicti statuti oppositam. Omnes autem superuenientes huiusmodi causę, quæ aduersus iuratã promissionem op
84 poni possunt, † reduxit Bal. ad certa capita ꝑ eũ posita post gl. ibi in lectura l. fi. C. de non num. pec. vbi videri possunt, & sunt hæc, si tu mihi fidẽ seruaueris; si Iudex

non

non præcipiat contra; si nō fuerit absolutus, si arbiter æque iudicauerit; si causa ob quā facta est promissio, duret si personę qualitas maneat; si res in eodem statu psi-
15 stat, & sequitur Sal. † Ne autem quisquam admiretur, quòd dicā vidisse in adiutorio Rotæ agitari causas huiusmodi obligationum, cū superius dixerim in curia solum Auditorem Cameræ esse harum obligationū cōpetentem executionem; is debet scire, quòd in Rota non audiuntur causæ, nisi per Papam singulatim delegatæ: accidit autem plerunq;, vt de vniuersitate similium causarum Auditori Cameræ delegatarū aliqua ratione speciali suadente, idē Papa excipiat aliquas, & eas Auditoribus Rotæ, vel alijs cōmittat cognoscendas & terminādas. Idcirco id quod dictū est de Auditore Camerę, intelligendum est vniuersaliter, & regulariter, excepta videlicet auctoritate Papę, & suarū specialiū commissionum. De vltima clausula huius quarti membri nostræ obligationis, per quam renunciatur generaliter omnibus alijs exceptionibus, &c. & specialiter iuri dicēti generalem renunciationē non valere, &c. non habeo quid dicam: quoniam est bene formata, & de illius efficacia scribunt late Doct. in l. sed & si quis. §. quæsitum, vbi potissimum Ias. in primo not. ff. si quis cautionib. ad quorum dicta me refero.

## QVÆSTIONIS QVARTÆ

### *Summarium.*

1 *An non admittendæ exceptiones, admissa tamē aliquid operentur.*
2 *Iuratus allegans exceptionem non numeratæ pecunię, non est audiendus, & quandoque tamen auditur*
3 *Detecto periurio non repellitur quis à probando, qui aliàs poterat non admitti*
4 *Prudētis procuratoris officiū ne obligationi suę fiudiciū fiat.*
5 *Exceptio non excluditur nisi replicatione, sicut nec actio, nisi exception e opposita.*
6 *An exceptio ne non admittenda à Iudice admissa, valeat processus.*

7 Roma-

7 *Romana curia vsus circa admissas exceptiones, qua admittenda non erant.*
8 *Protestatio de exceptionibus non admittendis facienda.*
9 *Procuratoris lapsũ fataliũ ꝑmittẽtis ignauia vulgo notatur.*
10 *Non admittendas exceptiones admittere summę est inscitia vel ignauia.*
11 *Quid, si competentem quis exceptionem non opponens vlterius procedi patiatur?*
12 *In iudicijs taciturnitas pro consensu habetur.*



IDIMVS quæ possint, quæque non possint ad impediendũ, retardãdum ve huius nostræ obligationis executionem opponi Nunc op-
1 portune vr̃ quæri oportere. † Quid sit agendum vbi contingat opponi aliquid ex ijs, quæ diximus non esse recipienda, & an recepta, admissaq; aliquẽ pariant effectũ? Et quidem si fuerint cõueniente, ac tacẽtę actore admissa, proculdubio faciunt præiudiciũ, non secus, ac si fuissent iure admittenda: tenuit Lapus allegatione 25. an minor certificatus. ver. ad quartum, & est argumento id quod voluerunt Bal. in l. fi. ad finẽ. C. de nõ.
4 num. pec. & ibidem Sal. in prima q. tenentes, † ꝙ licet is qui iurauit uere pecuniam numeratam esse, non sit audiendus, allegans exceptionem non numeratæ pecunię, quia non potest id allegando detegere suum periurium, tamen si est admissus ad probãdum negatiuam, & probauit eam, tunc quia periurium est iam detectum, potest allegare illud, iuxta id quod legitur in l. alias. ff. de iureiuran. & Alex. in l. nemo potest. col. 4. ver. quorum dicta. ff. de leg. primo. fretus præscripta Bal. & Sal. aucto
5 ritate, dicit, † ꝙ licet vbi iuratum est contenta in instrumento esse vera, non audiatur is qui iurauit, allegando simulationem: tamen si desuper eius fuerint probationes receptæ, tũc quia per eas probationes detectum est periurium, licitum est insistere allegatæ simulationi, eandom Bald. & Sal. doctrinam refert, & sequitur idẽ Alex. consi. 89. viso puncto & instrumẽtis. col. fi. lib. 2. & Bar. Soc. consi. 264. visis instrumẽto. col. 6. lib. 2. & Fel. in c. sciscitatus. col. 5 vers. limita. 4. de rescr. & in c. inter mona-

na-

nasteriũ. col. 14. in 8. limi. de re iudic. vbi recitat multos alios casus, in quibus præiudicatur illi, qui patitur fieri probationes, seu disputationes, quæ aliàs ipso cõtradicẽte non fuissent admissibiles, & alios ponit Ripa in com mẽtario. §. nihil cõmune. l. naturaliter. ff. de acq. posses. nu. 72. post Ias. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui,
4 vel alie. iur. † Cauti igitur procuratoris pro executione instantis officiũ est, intentum habere aĩum, ne fiat suę obligationi præiudiciũ admittendi exceptiones, & sup illis probationes nõ admissibiles. sed quo pacto is gerere se debeat aliqua tali exceptione proposita, operæ pre
5 tiũ erit si doceamus. † Ante oĩa non dẽt tacere, nam tacendo videretur consentire, & valeret processus, vt no. Bar. in l. si duo patroni. §. idẽ Iulianus, in ultim. col. ff. de iureiur. & in l. si quis ad se fundũ. col. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. & pri. ratio est illa generalis, quòd in iudicijs taciturnitas hr̃ pro consensu l. cũ ostendimus. §. fin. ff. de fideiuss. tut. c. 2. & ibi glo. & Gemi. de accus. lib. 6. specialis vero ratio est, quam ponit Bar. in d. l. si quis ad se fundũ, quia ita se habet replicatio ad exceptionem, sicut exceptio ad actionem l. 2. o. ff. de excep.
6 † Sed actio non excluditur, nisi exceptio proponatur: ergo neque debet excludi exceptio, non proposita replicatione Itaque oportet cõtradicere, & protestari ne omnino exceptiones non recipiendæ & super illis probatio
7 nes recipiantur. † Sed si iudex nihilominus procedendo exceptionem recipiat, valeat ne talis processus an non? licet Bal. in l. certi cõdictio. §. quoniam, in fi. ff. si certum peta. dixerit, quòd si pars protestatur ne fiat probatio, quando statutum illam fieri prohibet, non valebit processus contra protestationem factus, quod Baldi dictũ refert Alexan. ibi in trin primæ colũ. versi. Et iuxta hæc tangit Bald. adducens Imolam, & Butri. in simili idem tenentes, subiungensque id esse menti tenendum, vt sis cautus, & protesteris, quòd non admittantur, & sequitur etiam Felin. in c. cum contingat. col. 3. versi. noto ad hæc, de offic. delega. Romanæ tamen Curiæ vsus, in hoc
8 de quo agimus, & similibus alijs casibus, habet quòd si

no

non attenta præcedenti contraria protestatione de non recipiẽdis exceptionibus, & probationibus incompetẽtibus, Iudex illas recipiat, ea receptio valeat, nisi eadem pars, quæ ante protestata fuerat, post factum grauamen etiam appellet. Ratio est, quia Iudex post habita protestatione procedẽs videtur tacite illam reijcere, & illi rejectioni actor nõ appellans vr̃ tacite acquiescere. Huius sententiæ fuit Ludo. Roman consil. 384. in casu propositæ. versicul. quo ad tertium, vbi tenet, quòd exceptio, quæ admitti non debuerat, admissa operatur, si ab admissione non fuit appellatum; prout similiter valet sententia lata vigore rescripti nulli, si ab ea non fuit appellatum. Eandem opinionem, non habita tamen Ludouici mentione secutus est Franciscus Areti. in l. naturaliter. §. nihil commune. in quinta colum. versic. sed ipse non declarat. ff. de acquiren. possession. vbi loquendo de exceptione dominij obiecta illi qui agit iudicio possessorio recuperandæ, & citando Ioann. Mo. & Io. And. in c. primo, de confess. lib. 6. cum quibus tenet etiam Gemin. ibi in fin. concludit valere processum, & quòd id sibi ipsi imputare debet pars, quæ non appellauit, & ipsum Aretinum ad verbum refert Felin. in d. c. inter monasterium, de re iudic. in 16. col. in primo temperamen-
9 to. 8. limitationis. Ergo in casu nostrę obligationis, † vbi cõtingat opponi impertinentẽ exceptionem illico protestandũ erit ne admittatur, & si Iudex illam, & multo magis si super ea probationes recipiat, erit ab ipsa rece-
10 ptione appellandũ: † Et semper Procuratores sint memores, quòd sicut iuxta illud antiquorum Romanæ Curiæ practicorum dicterium, nihil magis detegit summam procuratoris ignauiam & socordiam, quàm pati tacito fatalium lapsu appellationem interpositam dese-
11 ri, ita † nihil magis detegit ignorantiã, aut incuriã eius, quàm pati hoc de quo loquimur parti suæ fieri p̃iudiciũ admittendi probationes de iure, si contradicatur, non
12 admittendas. † In casu autem opposito, quid responderi oporteat, vbi is, cui competebat aliqua exceptio, passus est illa nõ opposita procedi ad confessionem debiti,

biti, & alios actus citra effectualem obligationis executionem? vidi per bonos Iudices ita obseruari, vt si processum sit contra reum ad id citatum, sit locus doctrinæ communi, quam ponunt Doc. potissimum Paulus Castren.& Ias.in l.1.C.de iur.& fact.ignoran. si vero processum sit contra absentem aliter ad hoc non citatum, is quandocunque compareat, integrum sit, sibi suas exceptiones proponere, cum tali non possit adscribi, quod neglexerit, aut tacite consenserit. Huic autem, quam pr๖ manibus nunc habemus, quartæ oblig. particulæ, quando ita vt dixi, est vsu recepta, nihil addēdum esse putaui.

## QVAESTIONES AD V. PARTICVlam obligationis Cameralis.

## QVAESTIONIS PRIMAE.

### *Summarium.*

1 *Superfluū esse quandam decisionem Aegidij.*
2 *Ibi dominus esse censetur vbi procurator inuenitur.*
3 *Qua ratione sustineatur constitutio procuratorum incertorum in obligatione Cameræ.*
4 *Procurator debet constitui certus.*
5 *Certum etiam dicitur ob relationem factam ad aliquē certum.*
6 *Incertitudinis mandatum vitiantis exempla.*
7 *Ratio formæ cuiusdam nouæ mandati.*
8 *Constitutio procuratoris, quem Titius puta elegerit, valet.*
9 *Vt prothocollum differat, vel minus contineat, quàm instrumentum ipsius, inueniens est.*

1 EQVITVR quinta particula † in qua continetur constitutio procuratorum ad confitendum debitum, &c. quæ particula constitutionis, cum esset in vsu dudum antequam Aegidius Bellamera scriberet suas decisiones, non possum non admirari, quamobrē idem

Aegid.

2 Aegid.in sua decis superius citata 305. dubitauerit† si is qui existens extra curiam subiecit se iurisdictioni Cameræ, & promisit soluere in curia: posset extra curiam citari, vt ibi respondeat, nec ne? Nam vt (de simili obligatione loquens) dixit Bald. in consi. 167. verba dicunt. lib. 3. vbi inuenit procur. ad hanc causam, & ad hunc locum constitutus, ibi iuris fictione dicitur inueniri dominus, & potest ibi citari & conueniri. Quod autem tunc esset (quemadmodum dixi) in vsu hęc particula, patet ex casu dubii 43. inter decisiones Thomæ Fastoli, vbi recitatur, quòd procurator sic constitutus coram Auditore Cameræ recognouerat debitum, & condemnationem subierat, recepto termino ad soluendum, qui Thomas scripsit eas decisiones sub Benedicto xij. Papa, & sic multis annis antequam Aegidius, qui scripsit suas sub Gregorio xj. Nisi quis excusando Aegidium diceret, quòd poterat esse in vsu vtraque forma, & quòd ipse locutus fuerit de antiqua illa, in qua procuratores non cõstituebantur: Quamquam Aegidius nimio, vt apparet impulsus liuore semper aduersus Audinorem Cameræ, & illius iurisdictionem inuehitur, & plerunque solo ipsius liuoris impetu nulla ratione ductus, vt in decis. 210. in causa D. Simonis. & 508. conclusio quòd Auditor. & in alijs locis. Circa hanc particulam, quia (vt antea sum testatus) de his partibus non sum disputaturus, nisi quatenus in hac obligatione sunt collocatę, alia quæ dicenda esse videantur non occurrunt, nisi vt declaremus, † quo iure sustineri possit hęc constitutio, pro
3 quanto dicitur, quòd constituit suos veros certos, &c. procuratores, &c. N. & N. omnesq; alios & singulos procuratores & notarios, qui tunc sunt, & pro tempore futuro erunt in Roman. Curia, quorum nomina & cognomina habere voluit pro expressis: illa enim clausula generalis, omnesq; alios, &c. videtur esse contraria, tam superius positæ dictioni, certos, quàm dispositioni iuris cõ
4 munis † secundũ quam procurator constitui debet certus, & incerti constitutio non valet. ff. de procu. l. 2. Sed
5 cessat contrarietas, & sustinetur mandatum, † ex eo quia de

de iure certum dicitur esse non solum quod est per se ipsum certum, sed etiam illud, quod certificatur facta relatione ad alium certum,l.certum.ff.si cer.pe.l. vbi autem §.illud.de verb.obl,l.asse toto. de hęred. instit.l.institutio talis. de condit. instit.dicta igitur constitutio p illa verba, Omnesque alios,&c. redditur certa per relationem resultantem ex verbis sequentibus,qui nunc sūt
6 in Ro.Curia procuratores,& notarios,&c.†Incertitudinis autem vitiantis mandatum exempla ponunt in d,l; 2.Ange.& Albericus post Marti.Sil.& Guil.Cun.si constituatur,qui primus ascenderit Capitolium: nam talis posset ascendere,qui nollet,vel non posset esse procurator, & si plures sint Titij, constituaturq; procurator Titius,nō aliter designato aliquo ex illis pluribus.Et quāquam sit extra nostrū propositum,quia tamen est affinis
7 materia,non erit fortasse absurdū, si videamus † quam rationem habere possit alia mandati forma, quæ frequēter exercetur: veniunt enim sæpe ad Romanam Curiam ex longinquis partibus, veluti ex Germania, Polonia, Scotia, ac sępius ex Galliā Instrumenta mandatorum, potissimum ad resignandum Ecclesiastica beneficia, in quibus, vno aut pluribus nominatim descriptis procuratoribus,iuxta relinquitur album spatium;in quo aliorum nomina describi possint: quod ideo excogitatum fuit, vt si forte nominati pcuratores essent mortui, aut absentes à Curia, aut nollent onus mandati suscipere,is ad cuius manus instrumenta peruenerint, possit in albo spatio aliorum nomina addere, quorum ministerio negotium expediatur, quod plerunque id fieri contingit.Hoc & si prima fronte videatur absurdissimum, sua tamen ratione non caret: nam in effectu id perindè esse videtur,ac si ita constituens diceret,constituo N.&N. & quoscunque alios per talem amicum meum Romæ commorantem hic in albo spatio describēdos, ita enim agi tacite videtur, habetque antiquissima consuetudo, vt ille cui instrumenta diriguntur,id facere possit:quemadmodum antedicti Albericus,& Angelus in d.l.secunda,affirmant,& tenet Bar.in l.institutio talis.ff.de condit:

8 dit instit. † Valet mandatum, si constituo procuratorem quem Titius elegerit, seu nominauerit arg. l. huiusmodi, de verb. obl g. & l vnũ ex familia. §. 1. & §. de falcidia ff. de leg 2. & aliarũ legum citarũ per Albert. in l. 1. ff. eo. ti. de procu. Sicut etiã de iure canonico in c. 1. §. 1. de procur. lib 6. approbatur facultas à domino cõstituente substituẽdi aliũ, etiam certa: õ expressa persona, procu
9 ratori constituto concessa. † Vnum tantummodo remanere videtur absurdum, quòd facta (sic vt præfertur) in albo relicto aliorum nominum descriptione, reperietur notarij prothocollum in ea parte differẽs, & defectiuũ: sed id parui momenti esse videtur, quando fraus omnis abest, & totum de ipsius constituentis voluntate procedit, & hâc partem defendit, & comprobat late Boherius quæstio. 274. an valeat procuratoriũ, improbato Cassaneo, qui contrarium senserat in comment. Constit. Burgundiæ rub. 4. §. 5. nume. 8. fol. 144.

## QVAESTIONIS SECVNDAE.
### *Summarium.*

1 *An mandatum in obligatione Camerali reuocari possit, & quando.*
2 *Per debitorem nullo pacto reuocari potest mandatum obligationi Camerali adiectum.*
3 *Iure communi probari potest mandatum obligationis Cameralis, morte non extingui.*
4 *Mandatum à mera voluntate mandantis non dependens morte non finitur.*
5 *Quamuis mandatum morte non finiatur reuocari tamen per heredem potest.*
6 *Interdum tacite censetur mandatũ reuocatũ ab hæredibus.*
7 *Cur mandatum obligationis Cameralis neque per constituentem, neque per hæredem reuocari posse videatur.*
8 *Quomodo intelligendum sit illud stipulationem sequi naturam contractus super quo interponitur*
9 *De pacto adiecto obligationi Camerali, de non reuocandis procuratoribus.*
10 *Hæres ad omnia pacta defuncti obligatur.*

QVAERI


VAERI etiam hic non immerito potest,
1 † An hoc mandatum per constituentem reuocari possit. Et si non possit reuocari per eũ viuentem an finiatur morte ipsius constituentis? Et si non finitur morte, an per hæredem reuocari possit? Pro quarum quæstionũ insimul facienda resolutione repetẽda sunt memorię ea quæ diximus in prima huius secũdæ partis quæstione, vbi declarauimus quatenus vis huius obligationis transeat contra hęredes debitoris.
2 † Et quamquam sit vsu receptum, quòd per ipsum quidẽ debitorem nullo pacto reuocari possit hoc in obligatione insertum mandatum, sed eo mortuo censeatur finitũ, & contra hæredes nequaquam detur via executiua, sed procedi consueuerit via iudicij ordinarij: tamen au-
3 deo affirmare, † quòd (seposito vsu prædicto) de iure communi quemadmodum cętera pacta in hæredes transitoria durant, sicut in dicta prima. q. est explicatum, ita hoc ipsum mandatum morte minime extinctum perduret, possitque quilibet ex procuratoribus debitum confiteri, & subire executionem realem contra bona defun-
4 cti, cum termino consueto, quia regula iuris est, † quòd vbi mandatum non pendet à mera voluntate mãdantis, sed est super eo, ad quod faciendum mandans præcise compelli posset, tunc mandatum eius morte non finitur. l. fundi venditor. §. item si amicus. ff. de acqui. poss. vbi Paul. Castrẽ. dicit tex. esse sing. de iure ciuili, & quòd de iure Can. est tex in c. super gratia. de rescr. lib. 6. & sequitur ibi Alex. & Rom. in l. 2. §. sed si quis. ff. de donat. & idem Ro. in cõs. 202. ver. quod primo probo. & Bal. cõs. 57. pũctus quæstionis. nu. 7. lib. 5. idem Bal. & Paul. Castren. in l. si quis cum procuratorio. in prin. ff. de proc. idem Pau. in l. fi. ff. de solut. Alex. cons. 170. circa primũ dubium. col. 2. ver. nec posset excusari. lib. 2. Ias. in l. eius
5 qui. super ver. placebat. in 8. limi. ff. si cert. pet. † Et quãuis dici soleat quòd & si tale mandatum morte (vt prædictum est) nõ finiatur, attemen per hæredem potest reuocari, vt in d. l. fundi venditor. & ibi per Alex. in vlti. not. & in alijs locis superius citatis per eosdem ferè oẽs

6 Doct. ponitur. † Immo, & si non expresse, interdũ etiam tacite reuocatum censetur ex persona hæredum, quãdo contingit hæredes esse status differentis à statu defuncti, puta, si hæres sit pupillus, Ecclesia, vel furiosus, quoniã etiam per talem status mutationẽ reuocatur mandatũ, vt subtiliter probauit Soci. conf. 112. multum abunde. col. 6. ver. tertiũ est. in primo lib. refert & sequitur De-
7 cius in l. rogasti. § si fugitiuus. in 2. not. ff. si cer. pet. † Tamen in casu huius obligationis, neque per ipsum constituentem, neque per eius hæredes mandatum hoc reuocari potest: ex quo illud quod in mandato continetur, deductum est in conuentionem, & pactum stipulatione vallatum, vnde etiam est alteri parti ius quæsitũ. l. aliud. ff. de solut. & l. vero procuratori. §. sed si quis. & ibi not. Paul. Cast. eo. tit. Immo alia ratione dici põt, quòd hoc non sit mandatũ, sed assumat naturam alterius contractus per not. in l. 1. C. mand. in l. salarium. ff. eo. & §. fin. instit. eo. tit. super quo alio contractu interposita stipulatio efficitur irreuocabilis. l. sicut. C. de acti. & oblig. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. Ruin. conf. 115. co
8 lu. vlt. lib. pri † & quamuis aliàs dicatur, quòd stipulatio sequatur naturam contractus, super quo interponitur l. si stipulatus. ff. de vsur. cum simil. id procedit solummodo quo ad effectum, vt quis non obligetur in pluri, quàm si stipulatio non fuisset interposita; sed quo ad effectum, vt obligetur efficacius, & ita quod reuocari non possit, & quòd ab eo per vnum solum ex contrahentibus recedi nequeat, in hoc stipulatio non sequitur naturam illius contractus, vt probatur in l. miles. §. decem. ff. de re iudic. & ibi not. Imol. & alij posteriores, & est de mente Bart. in l. penul. C. de condit. ob cau. & ita concludit Alex. in l. 1. ff. de pact. & in l. sciendum, & in l. stipulationes non diuiduntur. de verb. obl.
9 † Accedit tertio, quia in sequenti huius obligationis particula ponitur pactum expressum firmatum etiam iuramento, de non reuelando hoc mandatum: quo pacto stante, pro certo habetur etiam de vsu per Curiam ab antiquissimo tempore (vt prædictum est) seruato quòd

ipse

ipse constituens non potest tale mandatum reuocare, iuxta celeberrimam doctri. Alberici in l. si procuratorem, colum. pen. versi. quid si in litteris. ff. de procurat. qui dicit ita in facto obtinuisse, qui etiam idem tenet in l. item ad litem. ver. sed nunquid, potest. eod. tit de procur. etiam si non sit iuratum, allegat potissimum d. l. sicut. C. de acti. & oblig. & ita eum refert Fely. in c. ex parte decani. colum. 6. in fin. ver. & stantibus prædictis. de rescript. Quòd si non potest per ipsum constituentem,
10 multo minus reuocari poterit per hæredem, †qui tenetur stare omnibus pactis defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendic. sicque poterit nihilominus per quemlibet ex procuratoribus fieri debiti confessio, & suscipi executio realis contra bona defuncti, nisi soluatur in termino consueto infra tres dies, & subinde dari mandatum executiuum, sicq; durabit via executiua, nec calumniosi hæredes potientur optato, vt quasi reuocatis procuratoribus, & extincta etiam obligationē, distrahere possint creditores per moras ordinarij iudicij trium instantiarum, & deinde etiam negotij executiui.

## QVAESTIONIS TERTIAE.

### *Summarium.*

1 *Ex stipulatione notarij sine mandato quæritur vtilis actio sine cessione tertio ratum habenti.*
2 *Promissor pro absente, etiam ante absentis acceptationem nō pōt promissionē, & mandatū in forma Cameræ reuocare.*
3 *Verba addita in noua formula actoris circa procuratorum constitutionem.*
4 *Cur mandatum aliàs irreuocabile, defuncto aliquo sine hære de deficiat.*
5 *Raro vel nunquam quis sine harede decedit.*
6 *Nunquam fiscus vltra vires hereditatis tenetur.*
7 *Conditio si sine hærede decesserit, intellecta de harede successionis nunquam existit.*
8 *Quomodo; & quando quis intelligatur sine harede decessisse.*

9 *Quæ dicatur iacens hereditas.*
10 *Cur per heredem debitoris reuocari non possit mandatum obligationi Camerali appositum.*

1 QVAERI † autẽ hic opportune posse videtur, suppositis pro communi & vera conclusione illa, quòd Notarij possint valide sine mãdato pro alijs absentibus stipulari, & quòd ex tali stipulatione quæratur illi, pro quo stipulatio facta est, vtilis actio sine cessione, secuta tamen illorum ratificatione, seu acceptione, ita quòd si illi, pro quibus stipulatum est, non ratificent, euanescat stipulatio; glo. in l. Pomponius. §. si ita scriptũ ff. do procur. & ibi not. Bal. ꝙ idem Bal. in l. si absentis. col. 1. ver. modo reuoco in dubium. C. si cer. pet. His inquam suppositis prout late probantur per virum bene doctum Andr. Tiraq. in tractatu constituti. parte tertia.
2 limit. 30. præsertim nu. 23. & seq. † quæro an is qui promisit notario stipulanti pro absente possit promissionẽ, & cum ea mandatum in hac obligatione factum reuocare, eumque facti pœnitere? saltim antequam per illum absentem facta sit acceptatio, & sic an dicta notarij stipulatio ante acceptationem prædictam pariat aliquem effectum? respondeo, quòd hac in re nihil habet obligatio nostra speciale, sed generaliter verum est, quòd promissor non possit vllo modo etiã ante acceptationem illius, cui absenti mediante notario promissum est, reuocare, nec pœnitere, vt Bal. in l. cum à socero. colum. 2. verf. caue tibi. C. de iur. doti & alij multi Docto. quos citat & sequitur idem Tiraqu. in d. 30. limit. num. 49. ex quorum consensu dubitari non potest, quin dici possit eam communem esse sententiam. Immo ibi etiam nu. 79. sustinet ꝙ acceptatio talis promissionis fieri possit etiam per hęredem illius, cui absenti promissum fuerat, si res sit integra, idest si viuat adhuc is qui promisit.
3 † Et quamuis (iudicio meo) forma secundum prædicta sit per se sufficiens, vt mandatum sit etiam per hæredẽ irreuocabile, tamen pro abundantiori cautela, in nouella

la forma addidi verba, per quæ mandatum ipſum conferatur ad tempus etiam poſt mortem teſtatoris futurũ: ſub qua forma factum etiam ſimplex mandatum durat, & non finitur morte.l.mortis cauſa.§. Titia.ff.de dona. cau.mor.l.ſi vero non remunerandi.§.fin. cùm l.ſequ.ff. mand.not.Bar.in l.fin.ff.de ſolut.& in l. mandatum. C. mand.& ibi Bal.& Sal.Angelus in diſpu.Aſtenſis miles, in prin. Rom.conſi.202.Cornel. conſi.86.circa princ.in vlt.col.lib.4.Soc.conſi.60.in pręſenti cõſultatione. nu. 10.& 11.lib.1.& conſi.87. in præſenti conſultatione, in prin.eo.lib.1 ponit Feli.in c.relatum,in 4. fallen.de offic.delega.& ibi Deci.in prin. & idem Dec.in l.eius qui in prouincia.§. placebat.in 6. fallen.& ibidem Iaſ.in 8. fallen.ff.ſi certum petatur, & licet hoc duobus modis ꝑ Docto.declaretur,videlicet primo ꝙ intelligatur dummodo ſic conſtituens decedat cum hærede, aliàs ſecus,
4 ratio affertur,† quia procurator repræſentat dominum, & ſi defuncto domino conſtituente non eſt hæres,ſequitur ꝙ nullus eſt dominus principalis, & ſic ille nullius erit procurator,ita Angelus in prællegata diſpu.Rom. in d.§.Titia.& in d.conſi.202.idem Rom.& Alex.in d. l.fundi venditor.§.item,de acquiren.poſſeſſ.& ſecundo niſi per hæredem reuocetur, prout reuocari poteſt,glo. l.ſed interim.§. ſi vxor primo.ff.de dona.inter virum & vxor.Rom.in d.§.Titia.& conſi.202.Socin.conſi.49.viſo inſtrumento.in prin.lib.4.Alexan. in d.l.fundi.in vltimo not.Deci.in d. c.relatum,in 3 fallen.Eæ tamen declarationes noſtri huius procuratoris officium nequa-
5 quam impedient.† Nam primum ꝙ quis decedat ſine hęrede,ſi ſuperſint bona, ſuper quibus facienda ſit executio,vix & raro continget non eſſe hæredem. Nam vt dixit Iaſo.in l.non omnis,col.3.ver.iſtud dictũ.ff.ſi cer. peta. nemo dicitur vnquam decedere ſine hærede, quia ſaltim vltimo loco habet fiſcum hęredẽ.l.ex facto.§.fin.
6 ff.ad Treb.† nec veriſimile eſt fiſcum eſſe repudiaturũ, cum nunquam teneri poſſit vltra vires hæreditatis.Bal. in l.fi.in prin.in 4 q. C.de iure delibe.& ibi Caſt.& Iaſ.
7 & Bar. in l. 1.§. an bona.ff. de iure fiſ.†& hinc pruden-

ter ait Bald. in l. final. in septima oppositi on. C. de hęred. instituen. quòd conditio, si sine hærede decesserit, vbi intelligitur de hærede successionis, & non sanguinis, est conditio nunquam exitura, & eam quodammodo impossibilem esse dicit Deci. in ca. in pręsentia, colum 14. ver. 2. conclusio. de probat prout etiam dixerat ante eum Abbas ibidem columnn. 8. versicu in tertia parte gl.
8 † Et ne quis forte æquiuocet, adhuc puto esse aduertendum, ꝙ decessisse aliquem sine hærede, non intelligitur, eo ipso quod nemo adijt hæreditatem adhuc iacentem, sed ita demum, quando apparet neminem velle esse hæredem, veluti si facta diligenti inquisitione, & citatis ijs, quos tangit proxima successionis causa, iuxta doct. Barto. post glo. in l. sancimus. §. quos autem. C. ad Trebellia. nemo se offert, qui velit hæres esse, quo facto incipiunt esse bona vacantia ad neminem pertinentia, antequam occupentur. d. l. 1. §. an bona ff de iure fisci.
9 † aliàs & ante, quàm hoc appareat, diceretur, & esset hæreditas iacens, quæ repræsentaret personam defuncti. l. hæreditas. ff. de acquiren. rerum domin. l. cum hęreditas C. de poss. vbi Bart. & propter illam repræsentationem duraret mandatum post mortem. Hæc sunt verba Decij in d c. relatum. colum. 1. versicu. sed tamen aduertendũ, ex quibus ostenditur id quod dixi, ex dicta prima Doctorum declaratione, huius nostri procuratoris officium nunquam, aut perquam rarissime impediri posse.
10 † prout neque per hæredem reuocari potest mandatum in hac obligatione insertum, & post mortis tempus collatum, factum videlicet non ad commodum ipsius constituentis, aut sui hæredis, sed ad commodum tertij, cum quo initus est contractus. Bald. in l. id quod pauperibus, in 24. q. C. de episc. & cler. refert & sequitur Rui. consi. 7. colum. 3. in fi. lib. 2.


QVAE-

# QVAESTIONES AD VI. PARTIculam obligationis Cameralis.

## QVAESTIONIS PRIMAE.

### *Summarium.*

1 *An pactum iuratum de non reuocando procuratorem, seruandum sit necessario.*
2 *Cur facultati reuocandi procuratorem renunciari nō possit.*
3 *In omnibus resignationibus, donec per superiorem receptæ nō sunt, reuocari potest mandatum.*
4 *Cur non obstante periurio reuocari possit procurator.*
5 *Constitutio procuratoris iurata reuoca ri non potest in captionem tertij.*
6 *Clausula, contenta in instrumento esse vera, quæ in noua auctoris forma adscripta est, quam vim habeat.*
7 *Qua ratione ĩpediatur impetratio relaxationis à iuramẽto.*



SEQVITVR sexta, eademque vltima obligationis particula habens promissionem de adimplendo, seruandoq; conuenta, & nō reuocando procuratores, addito etiam iur̃o: Iuxta quam pro clariori adhuc antedictorum demõstra
1 tione, reuoco in quæstionem. † An hoc pactum promittentis non reuocare procuratores, addito ẽt iur̃o, valeat ita vt promittens teneatur illud inuiolabiliter obseruare? Cui quæsito statim occurrit gl. c fi. in verb. reuocatus, de procu. li. 6 & doctri. Bart in l. cum precario ff. de
2 precar. per quas habetur, † ꝙ facultati reuocandi procuratorem non potest renunciari, quia id est contra naturam mandati, ut sit irreuocabile, itaq; non firmatur ẽt addito iuramento, & sic poterit eo non obstante mandatum reuocari, licet constituens inde remaneat periurus, quod late probant Ang. cons. 225. Pũctus est talis. Martinus, &c. & in l. & in ꝑpetuũ, ff. de proc. & Ro. in l alia. §. eleganter. ff. sol. mat. & Pau. Cast. in cõsi. 57 Venerabilis vir. col. 2. ver. nũc ergo quæritur tertio, & Imo. in c. cũ

cōtingat, col. 24. & nu. 35. de iureiur. ponit late Fely. in supra allegato c. ex parte decani. & in c. si diligēti. in 9. limi. de foro comp. qui in vtroq; loco citat illam decis. 8. de proc. in anti. quę est secūdū nu. 104. quæ decisio habet, ꝙ constituens procuratorē ad resignandum beneficiū ex causa permutationis cū pacto iurato de illū non reuocando, non possit valide reuocare. Quod similiter ēt refert, & sequitur Stef. Aufrerij in addi. ad 260. decis. Tholosa. sed dicta decisio Rotæ, quemadmodum ipsi Felyno de iure fuit suspecta, ita ēt non est in usu. † Sed in-
3 differenter practicatur, ꝙ in quibuscunq; resignationibus, siue ex causa ꝑmutationis, siue aliàs quacunq; rōne correspectiuis locus sit pœnitentiæ, donec resignatio ꝑ superiorē fuerit recepta & admissa, nec darenť ꝑ Cācellariā lr̄æ ad cogēdū via iuris partē retinentē, vt seruaret contenta, vt testať ēt Hier. Pau. in lib. cui titulus est, Practica Cancel. fol. 51. ver. Duo tractauerunt, & meo tp̄e in plurib. causis Rota iudicauit: quib. argumētis, & rōnibus, non est hic dicēdi locus. Sed quantū ad propositā à nobis hoc loco qōnē attinet, vsus hēt iuxta superius citatas Alberici doctrinas, ꝙ hoc mandatū reuocari nō possit, quod ēt voluit Bal. in rub. extra de procur. col. 4.
4 ver. periuriū. dicens. † Periuriū nō impedit, quin ꝓcurator possit à domino reuocari, vt in c. vlt. de procu. li. 6. in gl ordin. & ratio est, quia ex tali iuramento nulla insurgit obligatio, secus si esset promissum aduersario de nō reuocādo, quia ex tali pacto licito, & honesto, ne aduersario illudatur, bene oritur obligatio. C. de transa. l si quis maior. Itaq; summa est, ꝙ mandatū simplex ēt cū iurō de non reuocādo illud, nihilominus reuocari pōt,
5 licet reuocans remaneat periurus. † Sed vbi iuramentū ꝑstitū est alteri habenti interesse de nō reuocando talē procuratorē, illud fit irreuocabile, secundū Albe. & Bal. & secundū Rom. Curiæ vsum, ratio (quantū ab antiquioribus audiui) ꝑꝑ quam est hic vsus introductus, est illa notissima, quia iurm̄ hoc seruari pōt sine peccato, & sine interitu salutis æternæ, quā ponit ēt Ias. idē sentiens, in l. si non sortē. §. si centum, col. 3. versi. dubito de hac
decisi.

decis. ff. de condic. ind. vbi etiam citat dictam doctr. Bal. licet in alio loco, quod etiam Iasonem simpliciter imitatus Doct. Hispanus in repet. rubricæ, de don. inter vir. & vxo. in sexta limit. quę in lib. meo est fol. 52. colum.
6 1. ver. nec obstat gl. in c. fin. † Huic vltimæ particulæ, in noua forma addita est clausula, per quam partes iurant contenta in instrumento esse vera, quæ inter alia valet, ne possit aliqua partium contra sic iuratam assertionem venire, simulationem, aut rem aliter gestam esse dicens vt late Imol. post Anton. de Butri. in ca. cum contingat. in 6. membro, de iureiuran & ibi Abb. in versi. decimus casus, & in disputatione. Statuto Ciuitatis Senarum, ver decimus casus. Bal. & Salic. in l. fina. C. de non numera. pecun. Imola. & Alexan. in l. Seius, & Augerius, colum. vltim. ff ad leg. Falcid. Alexand. in consi. 36. viso themate. colum. 2. lib. secundo, & consi. 132. viso instrumento.
7 eod. lib. & in l nemo potest. ff. de lega. 1. † Valet insuper ea clausula, ne ad effectum impugnandi instrumentum, iuramenti relaxatio possit impetrari, vt post Fran. Aret. dicit Ias. in d. l. nemo potest, col. 8 de leg. 1 nam eo ipso quòd quis peteret se à iuramenti nexu absolui, opus esset, vt diceret id quod iurauit esse falsum, & consequenter poneret se esse periurum, & sic tanquã periurus turpitudinem suam detegens esset omnino repellendus, vt late per Bar. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiur.

## QVAESTIONIS SECVNDAE.

### *Summarium.*

1 *An iuramẽti relaxatio sit cõcedẽdę obligato in forma Cam.*
2 *Ex iusta cã obligatus in forma Cam. relaxatur à iuramẽto.*
3 *An in con cessione relaxationis à iuramento sit pars citanda.*
4 *Ratio vsus, quo non datur relaxatio à iuramẽto ad effectum excipiendi.*
5 *Frustra petitur solutio vinculi non adstringentis.*
6 *Absolutio à iuramẽto ad effectũ excipiẽdi passim conceditur.*
7 *Qua ratione defendatur iustã esse cõcessionẽ relaxationis à iuramento*

*ramento ad effectum agendi.*

8 *Quomodo Staphilei, & Cassadori dictum intelligatur de absolutione à iuramento non permissa contra obligationes Camerales.*

9 *Auditoris Cameræ priuilegium circa executionem obligationum Cameralium.*

10 *Tactus scripturæ in iuramento quando requiratur.*

11 *Corporale iuramentum plus adstringit, quàm verbale.*

1 ED † hîc sumpta occasione, quæro an ei qui est sub hac forma obligatus iuramenti sit relaxatio concedenda, necne? Ioannes Staphileus (si liber ille sub litterarum gratiæ, & iustitiæ titulo inscriptus, est suus) absolute dicit stylũ signaturę esse, ꝙ in similibus obligationibus non detur absolutio à iuro ad effectum agendi, nisi forte obligatio talis adiecta sit simoniacæ transactioni, contra quam obligatus absolutionem huiusmodi petens agere velit, per iura & rationes ibi descriptas. Sed quo pacto stylus ille se haberet suo tempore ipse viderit, modernus vsus aliter habet, ideo puto esse considerandum, petatur ne absolutio simpliciter à vinculo iuramenti, an uero duntaxat ad effectum agendi, seu excipiendi tantum, & in singulis articulis, quid ex iuris cõmunis dispositione, quid secundum Romanæ Curiæ stylum sit obseruandum, tam super facienda, vel non facienda omnino absolutione, quàm super eo, si vbi fieri potest, citanda sit pars altera, cuius interest, an non. Et quantum attinet ad ius cõmune, materia satis tractata est per Doctores in c. 1. & ca. debitores, de iureiur. & in alijs vulgatis locis, elucidata
2 clarissime per Felinum more suo in d. c. 1. † Quorum in summa ea videtur esse conclusio, ꝙ indifferenter concedi possit, allegando causas conuenientes. Sed controuer-
3 sia super illo est, an sit pars altera citanda, an nô? † in quo communis opinio videtur esse, ꝙ si per absolutionẽ tollitur obligatio ex toto, vt si iuramentum esset contractus validatorium, ita ꝙ sine iuramento non ualuisset, cuiusmodi contractuum multa exempla posuimus supra in 3. q. primæ partis, & tunc necessario si pars citanda,

tanda, atq; audienda: secus si tantummodo ageretur de habilitanda persona, quæ iurauit, vt iuramento non obstante possit contra instrumentum dicere, dolumq;, & fraudem, quibus deceptus fuit, aut aliud tale detegere; quoniam (inquiunt) hoc secundo modo nõ infertur parti graue prçiudicium, sed remanet illi saluum ius suum, & in hanc summam est decisio Tholosana. 62. cum sua additione. Romanæ vero Curiæ stylus, simplicissima, ea demque æquissima via in hanc summam concluditur, dico in relaxatione iuramenti super hac, de qua tractamus, forma adiecti. nam in alijs per omnia locus est di-
4 spositioni iuris communis: † est inquam stylus primum, quòd ad effectum excipiendi nullo pacto detur iuramenti relaxatio, quod fertur habuisse originem à quadam formula per Conciliũ Lateranense sub Papa Leone decimo celebratum sacræ Pœnitentiariæ officiarijs prçscripta, & habet eam rationem, quia vel talis absolutio non est necessaria, vel est iniusta: nam si petatur ad effectum opponendi aliquam ex exceptionibus, quæ (iuxta superius dicta) per se iuramento non obstante opponi
5 possunt, † frustra petitur absolutio uinculi non adstringentis: si vero exceptio sit ex illis, quæ stãte iuramento per se opponi nequeunt, iniusta est, & calumniæ suspecta petitio, tendens ad retardandum paratam obligationis executionem, estque merito locus vulgato illi remedio, solue, & repete. d. c. debitores. de iureiuran. Similiter nunquam conceditur etiam agere volenti absolutio
6 simplex apta ex toto tollere obligationem. † Ad effectũ vero agendi duntaxat conceditur absolutio, seu absoluendi commissaria facultas passim & indifferenter, hoc tantum adhibito moderamine, quòd si iam sit super obseruanda obligatione lis cçpta: tunc absoluendi (nisi par
7 te citata) non detur facultas. † Sed hæc quoque ad effectum agendi commissa, aut etiam concessa iuramenti relaxatio non est iniqua, sed iusta. Nam illam petenti, si denegaretur, fieri posset iniuria, si vere contractus esset inualidus, aut alias illicitus, ille vero contra quẽ conceditur, conqueri iuste non potest, quoniam porpterea

non

non retardatur sibi suæ obligationis executio, iuxta ea quæ superius dicta sunt, vbi de mutuis petitionibus locuti sumus, cum etiam reconueniens agat: sed quamuis debitore ad effectum agendi absoluto, atque agente, nihilominus ad obligationis executionem proceditur;
8 †itaque dum Staphileus loco superius citato, & Cassad. in sua decis. de mutu. petit. dicunt, non dari absolutionem ad effectum agendi contra obligationem in forma Cameræ, vel subaudiendum est non dari scilicet ad effectũ retardandi executionem, vel eorum dictum est hoc
9 tempore falsum; † Immo habet Auditor Cameræ inter alia multa Leonis decimi antedicti Pont. priuilegium; quo conceditur vt ipse Auditor, suusque locum tenens in causis coram eis vigore talium obligationum introductis, absolutionibus à iuramento, & alijs ibi expressis impedimentis nequaquam obstantibus tam contra bona obligatorum vsque ad effectualem solutionem in omnibus & per omnia, perinde ac si prædicta non emanassent, procedere valeant. Illud nolo prætermittere, quòd vbi in fine obligationis ponitur iuramentum per illa verba, ac, ad & super sancta Dei Euangelia (scripturis sacrosanctis per eum corporaliter sponte tactis iura
10 uit) † clausula (scripturis tactis, &c.) non est necessaria; corporalis enim ille tactus in actu iurandi non requiritur necessario, nisi in casibus quibus iuramentum defertur à iure, ut in iuramento testium, iuramento calumniæ, &c. vel vbi defertur a Iudice, vel à parte ex necessitate: in cęteris sufficit verbalis iuratio, vt not. glo. Clem. prima. in §. porro. ver. tacta. de hæreti. & in c. vt circa. ver. corporali. de hæreti. lib. 6. & de forma iuramenti
11 verbalis habetur in glo. 22. quæst. 1. in summa. † Sed postquam vsus eam clausulam recepit, potest ita dimitti, maxime cum videatur plus obligare iuramentum corporale quàm solum verbale. l. si alterius. C. si min. se maio. dix. & not. d. gl. ver. tacta. & Imola in c. cum contingat, numero 58. de iureiuran. ita vt hoc sit abundare in cautela.

TRA-

# TRACTATVS PARS III.

## PRAEFATIO.

DEVENIENDVM nunc est ad tertiam principalem huius tract.tus partem, quæ concernit processum causæ, & dist nguitur in tres minores particulas, quarum prima continet pręambula ipsius processus. Secunda processum ipsum. Tertia declarat consequentia quędam & accessoria ipsi processui.

PRIMA vero particula subdiuiditur in quinque considerationes, quas habere debent Aduocati & Procuratores in initio processus. Prima consideratio est de concernentibus ipsius instrumenti exequendi corpus. Secunda de eiusdem instrumēti virtute, & efficacia. Tertia de persona petentis executionem. Quarta de ipso iudice coram quo executio petitur. Quinta de persona illius contra quem petitur.

## DE PRAEAMBVLIS IPSIVS processus.

### De instrumento.

### QVAESTIONIS PRIMAE.

*Summarium.*

1 *Quale debeat esse instrumentum exequendum.*
2 *Abolitio in instrument parte non substantiali non vitiat.*
3 *Probata parte substantiali corrupta, vel corrosa instrumenti producti per testes, datur executio instrumenti, secus vero non producti.*
4 *Originali nota tantū producta, instrumēti executio nō datur.*

1 QVAERENTI † quale debeat esse instrumentū exequēdū; statim occurrit qđ dēt habere oīa publici instrumenti requisita enumerata p gl in l. gñali. C. de tabular. li. 10. & Specul. in tit. de instru. edit in prin & Bart. in l. si quis ex argentarijs. § initium. ff. de edēdo. declarata per Abb. in c. 1. col. 1. &

1.& seq. de fid. instrum. explicata latius per Afflictum in cõstitutione Regni, quæ incipit: Baiulos omnes. col. 5 & seq. Quibus in proposito addẽdum & illud est, quòd instrumentum cuius executio petitur, non sit abolitum neque cancellatum, neque in aliqua sui parte suspectum, aut diminutum. ita dixit Bal. in l. 2. C. vt in poss. leg eat. per tex. l. fin. C. de edict. diu. Adri. toll. refert & sequitur Paul. Castren. in d. l. fin. & in l. nostras. C. de testam. & voluit Bar. in l. 1. §. fi. in fin. ff. de his quæ in

2 test. delen. † Quod tamen intelligendum est, si talis abolitio aut alia suspicio esset in loco substantiali, aliàs secus dicendum, secundum eundem Castren. in d l. fi. Sed Bal. in l fi. C. de fideicom. & in l. sed & si. §. si cum de hæreditate. ff. de iureiu. tertio voluit quòd si producatur instrumentum publicum corrosum vel ruptum in aliqua parte substantiali, quæ tamen pars probetur per testes, detur nihilominus talis instrumenti executio; si autem non producatur instrumentum, quòd dicatur esse deperditum, sed eius tenor probetur per testes, non est danda executio, sicut si productum esset instrumentũ. Bart. in l. 1. ff. de his quæ in testa. delen. col. 1. in fi & facit qđ tenet idem Bar. C. de pign. l. 3. col. pen. ver. prædicta in-

4 telligo. † Immo etiam si producatur originalis nota (quę vulgo imbreuiatura appellatur) nõ redacta in mundum cũ subscriptione notarij, & alijs publici instrumẽti substantialibus, non est danda executio, per dicta Io. And. in add. Specu. tit. de instru. edit. §. videndum. ver. & nota quòd tabellio. & Cyn. in l. contractus in vlti. q. C. de fide instr. & Ant. Butr. in c. cum. P. tabellio. de fide instr. & Canarius in tract. execut. q. 38. & Tyndarus de insinuat. q. 24. quod videtur esse declarandum secundum Paul. Castren. in d. l. contractus, col. 1. in fin. nisi liber prothocolli haberet solemnem subscriptionem cum signo notarij, in prin vel in fi. Et quamuis prædicta apud præallegatos Doct. ita se habeant: in specie tamen nostrę obligationis, aliter puto esse decernendum.

## QVAESTIONIS SECVNDAE.

### *Summarium.*

*tantum partes.*

23 *Protestatio de redimendo instrumentum sumptibus debitoris, tunc solum necessaria est, antequam reus fuerit in mora constitutus.*



RO euidentiori tamen dicendorum perspicuitate, videtur opportunum esse vt determinemus, an pro huius obligationis habendæ executione de necessitate debeat produci pu-
1 blicum Instrumentum an nõ? Qua † in re non est multis agendum, quia vsus habet pro comperto, quòd in ipso contractu non requiratur instrumentum publicum, sed bene requiratur in processu, vt ipsius obligationis vigore procedi possit ad executionem. De instrumento publico in ipso contractu non requisito non est quamobrē dubitari possit, cum nullo id iure caueatur, & quotidie in vsu habeamus, quòd datur executio uirtute priuatarum scripturarum, in quibus debitores dicunt se obligare in forma Cameræ: quod qua ratione sustineatur,
2 dicemus inferius. De scriptura † vero videri posset idem esse dicēdum, cum inter casus, in quibus requiritur scriptura, qui enumerantur per glo. in c. 1 in ver in scriptis de censib. lib. 6. & ibi doct. & in alijs locis ibi notatis, non est aliquis casus, qui comprehendat nostram hanc obligationem: & licet Io. And. & quidam alij dubitauerint de mandato procuratorio, quòd non possit probari per testes, sed requirat scripturam, vt sic videri possit, quod saltim mandatum in nostra obligatione insertum
3 debeat † per scripturam probari: communis tamen opi. est in contrarium, quòd neque ipsa constitutio procuratoris, neque illius probatio de necessitate requirat scripturam, vt late probat Abb. post glo. in c. 1 de procur. & post Bart. quem sequuntur Imo. & Alex. in l. 1. C. eo. & Angelus cons. 296. visis omnibus. Sed quia non tractamus hic tantummodo de validitate obligationis contractæ, sed an illius virtute procedi possit executiue per
4 † viam confessionis debiti, &c. nisi ea possit per scripturam probari, talem effectum non posset habere: ratio, quia siue ab initio sine scriptura coram testibus contra-

cta obligatione, siue postea scriptura ipsa deperdita testes vel super ipso contractu, vel super tenore perditi instrumenti examinandi essent, tale examen lite non contestata fieri non posset. ca. quoniam frequenter. extra vt lite non conte. vbi autem litis contestatio faciēda est, iudicium esse nō potest executiuum, prout in simili casu notant omnes Doct. qui scripserunt post An. in l. fin. C. de edic. diui Adri. supra gl. ver. depositionibus. in fin. in quantum reprobando, seu verius declarando dictū Angeli volūt, quòd si instrumenta ex forma statuti habent executionem paratam, & cōtractus factus sit coram testibus sine notario, quamuis eisdem testibus examinatis, eorum examen in publicam instrumenti formam redactum fuerit, non tamen dabitur eiusdem instrumenti executio, nisi in casibus in quibus testes possunt exami-
6 nari ante litem contestatam: † secundum quam distinctionem nostræ etiam obligationis executionem dicamus regulariter non dari pro eo quod per testes probetur ꝙ quis obligauerit se in forma Cameræ: dari aūt, si obligatio probetur esse contracta super aliquo ex ijs, quorum occasione in iudicio litis contestatio nō est necessaria, vt in negotijs decimalibus, vsurarijs, matrimonialibus, & alijs notatis in d.c. quoniam frequenter. qua de re late tractat, & in hanc nostram sententiam cōcludit Fel. in c. cum super. ver. prima declaratio. de re iudi.
7 † alius casus per eādem rationem posset proponi, si contingeret testes examinandos esse valetudinarios, senes, absfuturos, aut aliàs tales, qui etiam lite non contestata ad futuram rei memoriam, iuxta dispositionem d. capit.
8 quoniā. examinari possent. † Hęc (vt verisimile est) ignorans quidam in agendis causis bene vestitus, passus est me obtinere executionem in casu, qui fuit talis. Cum Sēpronius deberet Caio mille, vegereturque ad soluendū, & conuenisset, quòd differretur solutio ad certum tempus, si Titius accederet, & constitueret se æque principaliter debitorem, & correum, Męuius accessit ad Titium, & coram testibus eum rogauit, dicendo, accedas illi obligationi, & obliga te sicut Caius uoluerit, & ego

ex nunc promitto te indemnem releuare, & me tibi obligo omnibus illis modis, formis, & obligationibus, quibus tu te obligaueris: Sub fiducia horum verborum Titius accessit, & obligauit se Caio in forma Cameræ consueta: & cũ adueniente die coactus fuisset soluere, & Mæuius de releuatione requisitus tergiuersaretur, ergo consultus à Titio experiri volens fortunam pro celeriori amici mei liberatione iussi, vt simul produceretur instrumentum obligationis factę per Titium, simul etiam producerentur articuli continentes suprascripta Mæuij verba obligatoria, & super illis inducerentur testes prædicti, prout inducti, & successiue examinati fuerunt, & subinde perfecto examine obtinui mandati extendi obligationem Mæuij secundum dicta testium, & obligationem Titij, ad cuius instar probabatur se obligauisse, & subinde virtute dictæ extensæ obligationis processum fuit ad confessionem debiti, & realem executionem, nihil nisi meras nugas opponente, neque aduertente illo suorum annulorum spectatore, qui etiam à dicto mandato extẽdendi dictam obligationem potuisset licite ap
9 pellare, quod minime fecit: † volui autem hoc recensuisse, memor Ismeniæ Tibicinis, qui discipulis suis non minus ostendebat male canentes, quàm scite canentes, dicens: ad hunc modum canere oportet, ad hunc nequaquam. Concludamus ergo in summam, quòd (exceptis casibus suprascriptis) obligatio est per scripturam, siue publicam, siue priuatam probanda, hoc dico vbi priuata scriptura haberet qualitates requisitas de iure cõmu
10 ni, † vt plene probaret, quod contingit tribus casibus, quos recenset post antiquiores Iason in rep.l. admonendi. ff. de iureiurando. nume. 88. videlicet si is, qui scripsit, confitetur eam scriptam esse manu sua. l. publia. ff. deposi. & si habet superscriptionem partium & testium, & est à testibus approbata. l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. & si approbatur per testes qui subscripserunt, & uiderunt eam scribi, & per comparationem litterarum. au then. & si contra ctus. C. de fide inst. vel (præter ius cõe)
11 † vbi sit consuetudo, ꝙ priuata apocha etiam sola debitoris

toris manu subscripta,&per cōparationem litterarū,vel per quoscunq; duos testes pro tali approbata plene probet,sicut est hic in Vrbe, & in Romana Curia, estque de iure valida, per ea quæ ponit idem Iason vbi supra nu.
12 95.ver.octauus casus.†Et vltra dictam consuetudinem, inter Ciues Romanos,& alios Vrbis Romæ statutis subditos,viget laudabile statutum lib. primo c.76. cuius tenor est. Quòd apochę scriptę,vel subscriptæ manu cuiuscunque priuatæ personę,contra ipsum scribentē, vel subscribentem executioni mandentur, sicut publica instrumenta;non obstante ꝙ in eis non sit locus, tempus, causa,& partis præsentia; dixi laudabile esse hoc statutum, quia magis est consentaneum rationi, quàm sint nonnullę leges ciuiles & canonicæ, quæ uolunt ex defectu causæ,loci, vel temporis, huiusmodi apochas reddi inualidas,vt l.cū de indebito.§.fi.ff. de prob.& c.si cautio.extra de fide instr.vbi disponitur,ꝙ si nō habeat ex-
13 pressam causam cautio,†ne dū p priuatā,sed ēt publicā scripturam exposita non valeat,sed(vt dicunt Doct.)prę sumatur per errorem facta, nisi creditor probet causam: id.n.nihil aliud est quam calumnijs viā aperire, & est contra ipsa iuris ēt naturalis principia,cū nemo,qui
14 aliàs sit sanæ mentis,&†legitimæ ætatis, præsumatur in facto proprio errare: & propterea ipse tenetur probare, ꝙ errauerit l.1.vbi Bal C.de fal.ca.adiec.l. si post diuisionē.C. de iur. & fac. ignor. sed hæc latius apparebunt ex libris, qui scripti sunt de principijs legū; interim ijs quas habemus legibus est viuendū.Vrbis aūt statutū, & Ro. Cu. cōsutudo prædicta nobis sunt pro lege, & quidē laudabili,& iusta. Et(quemadmodum superius dictū est) etiam de iure communi valeret huiusmodi obligatio, sine expressione causæ, si super ea esset debito modo facta susceptio censurarum, per ea quæ in simili ponit Felin.ex auctoritate Bald.in dict.capitul.si cautio.in
15 decima fallentia †Vnum tamen est aduertendum,ꝙ licet ex pacto contrahentium detur, ꝙ ex priuata scriptura extēdi possit publicum nostræ huius obligationis instru.tamen in concursu cum alijs creditoribus ea obli-

cari instrumentum obligationis iuxta illius formam: Al
teram, quia in extensione procul omni dubio poterit no
tarius adponere etiam iuramentum, propter illa verba,
prout ex nunc iuro per Deũ, &c. sine quibus verbis non
careret difficultate, nam & si uidi multos existimantes,
ꝗ sufficiat dixisse simpliciter; obligo me in forma Ca-
meræ, & super illis verbis viderim obligationem cũ for
mali iuramento extendi, quasi cum in forma Cameræ
contineatur tale iuramentum, per relationem ad eam,
videatur scribens eo modo iurauisse: tamen non desunt
qui dicant id non sufficere, quin immo, nec sufficere et
si post uerba in forma Cameræ adderetur, cum iuramen
to, & alijs clausulis consuetis, videtur enim, quòd dice-
re, promitto cum iuramento, non sit iurare, cum de sub
20 stantia iuramenti sit, ꝗ dispositiue† adsumatur Deus in
testem, & sic non sufficiat enunciatiue, ac transitorie lo-
qui, ac fortius, ꝗ neque etiam sufficiat, si dicat dispositi
ue, & ita iuro, si non addatur per Deum, vel per Euange
lia, aut aliquid tale: cum ex forma iuramenti sit, vt sacræ
rei attestatione firmetur. Ad has igitur difficultates vi-
tandũ putaui opportunum esse ponere verba suprascri-
pta; prout ex nunc iuro per Deum, &c. ac non esset for-
tasse absurdum si pro abundantiori cautela, licet (quem
admodum supra dictum est) non necessaria, adderentur
21 verba, tactis scripturis, &c. † Alius est casus, in quo pro
ceditur ad executionem uigore simplicis exempli etiam
per neutram partium scripti; cauti enim litigatores ple
runq; antequam moueant litem, vt possint recuperare
sumptum faciendum in recolligendo instrumentum pu
blicum, faciunt citari debitorem ad soluendum, seu fa-
ciendum id quod debet, aliàs videndum fieri protesta-
tionem de reluendo illud sumptibus suis, iuxta doctrin.
Bal. in l. non ignorat. C. de fruct. & litis expen. quem re-
fert, & sequitur And. Barb. consi. 7. col. pen. lib. secundo
22 † & si citatus dicat velle stare simplici exemplo, ne fiat
sumptus instrumenti publici, tunc proculdubio tale exẽ
plum probat, ut tenet Bar. C. de edend. in auth. si quis in
aliquo. ver. quæro vtrũ instrumentum. per l. optimam

C.de contrah & commi stip.quem sequuntur ibi Alex. in 4.fall.& alij, & consequenter illius vigore potest ad executionem procedi. Sed hoc interest, ꝙ tale exemplum non probat, nisi contra illum, qui in idipsum consensit, non autem contra alios, secundum ea quæ superius dicta sunt de priuata scriptura, per l.scripturas.C. qui pot.in pig hab.
13 †Illud vero non videtur esse sine animaduersione prætereundũ, quòd dicta præambula protestatio de reluendo instrumentum, licet à multis indifferenter fiat; non tñ est necessaria, nisi contra reum non dum in mora constitutum: nam si per lapsum temporis, aut aliàs fuerit in mora constitutus, tenebitur ad talem sumptum etiam ea protestatione non facta, vt colligitur ex eodem Bal. in d.l.non ignorat. & Abb.in c. licet heli. col.2.ver.& inquantum de simon.& ibi Fel.col. 3. ver. in glo.ver. inscriptio.

## QVAESTIONIS TERTIAE.

### *Summarium.*

1 *An creditor cogere possit debitorem ad faciendum sibi instrumentum obligationis in forma Cameræ de debito.*
2 *Guarentigia non in plus obligat, sed efficacius.*
3 *Ratio, cur obligatus possit cogi ad obligandum se creditori per instrumentum de debito.*
4 *Recusans obligari per instrumentum paratam habens executionem, turpitudinem suam detegit.*

1 POTEST† hic non inepte quęri, supposito quòd creditor possit cogere debitorem ad faciendum sibi instrumentum obligationis debiti, secundũ Bart.& communiter Doct.in l. si pupillus.in prin.ff.de nouat.& no.per gl.& Doct.potiss.Fel.in vlt.col.in c.significauerunt. de testi. An similiter cogi possit, vt faciat tale instrumentum cũ hac obligatione? Ang.& Imo.in d.l.si pupillus.loquentes de forma guarentigiæ tenent ꝙ non, ea ratione, quia grauare-

tur

tur in eo quo non esset obligatus: quoniam scilicet per formam guarentigiæ posset contra eum incipi ab executione. Benedictus de Barzis, in tractatu guarentigiæ, in quinta quæstione primę partis, firmat partem contrariã motus ea ratione, quia præsupposita consuetudine faciẽdi similes obligationes, subinfert, ꝙ debent poni omnes clausulæ consuetæ, iuxta doctr. Bar. in l. fi. in prin. in l. si fraudator. ff. de his quæ in fraud. credito. & ad rationem

2 Ang. & Imolæ respondet, ꝙ† per guarentigiam non dicitur debitor in plus obligari, sed efficacius, vt dixit Ro. consi. 121. circa primum. col. 1. & Bal. in l. is qui accessionis. in 1. q. ff. de fideiuss. vbi propterea tenuit, ꝙ licet regulariter fideiussor non possit in plus obligari. Instit. de fideiuss. §. præterea. l. græce §. 1. ff. de fideiuss. tamẽ potest obligari instrumento guarẽtigiato, quamuis principalis illo non sit obligatus. Ego non vidi quæstionem hanc de facto in iudicio agitari, sed si occurreret, appro

3 barem partem affirmatiuam † cum Benedicto (salua Angeli, & Imolæ reuerentia) addendo vltra dicta per Benedictum, ꝙ illa ratio, per quam moti fuerunt Doct. ad cõmuniter tenendum, ꝙ debitor per instrumentum non obligatus cogi possit facere instrumentalem obligationem, videlicet quia si debitor denegaret id facere velle, non posset in alio fundare denegationem, nisi dicendo, ꝙ per instrumentum facilius probabitur contra eum debitum, quàm sine instrumento: in quo secundum Doct. non esset audiendus, quia diceret turpitudinem suam. l. transactione finita. C. de transac. Bald. in l. instrumenta. C. de fideicom. Bar. in l. si quis accepto. ff. de condict. ob causam. illa inquam ratio non minus procedit hoc casu,

4 † quia si debitor dicat nolle facere instrumentum, per quod habiturus sit contra se paratam executionem, diceret turpitudinem suam, significando quòd licet sit debitor, tamen vult posse distrahere creditorem per moras, & cauillationes trium instantiarum: quid enim aliud est dicere, ꝙ non vult habere contra se instrumentum, cuius parata sit executio?

## QVÆSTIONIS QVARTÆ.

### *Summarium.*

1 *An obligatus in forma Cameræ, ad se obligandum de certa summa soluenda, possit cogi vigore huiusmodi obligationis soluere, an vero tantum se ad soluendum obligare.*
2 *Statutum loquens de vendente locum non habet in volente vendere.*
3 *Aliud est agere aliud velle agere:*
4 *Dotis promissio eandem vim habet, quam eius constitutio.*
5 *Circuitus effectum aliquem pari ens non euitatur.*
6 *Promittens se obligaturum, quando cogendus sit id præstare, ad quod se obligaturum promiserat.*
7 *Exemplum, quādo circuitus aliquem effectum vtilem parit.*

1 VAERI etiam potest, † si producatur Instrumentum, per quod aliquis promiserit alteri obligaturum se illi ad soluendū certam summam, vel aliquid faciendum, adiecta camerali hac obligatione, poterit ne contra illum peti dictę obligationis executio, vt cogatur ad soluendū summā, vel faciendū rem promissam? Et prima frōte videretur posse negatiue respōderi, quia verba contractuum sunt stricte in terminis expressis intelligenda. l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obl. & ad sensum patet diuersam esse promissionē faciendæ obligationis de soluendo, ab ipsa immediata promissione fa-
2 ciendæ solutionis, sicut in simili habemus, † ꝙ statutum loquens de vendente, non habet locum in promittente vendere, secundum Iac. But. in l. 1. C. de pac. pig. facit l. in bonæ fidei. cum ibi no. ff. de eo quod cer. loc. Ale. cōs.
3 168. stantibus veris. in fi. lib. 6. & aliud est agere, † aliud velle agere. l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. Contraria tamen est sententia Ioan. And. post Alb. Galeoli, quē citat in addi. Specu. de oblig. & solu. in rub. col. 1. quem referunt & sequuntur Alex. in l. cum fundus. in primo no. ff. si cer. pet. & Ias. in l. dominus testamento. in 4. no. ff. de cond. ind. moti ratione vitandi circuitus, de qua in

d.l.dominus & in cle.auditor. de rescrip. licet ipsi Alex. & Ias.fateantur, quòd multi contrarium dicerent, prout Hip.sing. 469.incip.dixit profecto. asserit id sibi non placere per rationes superius à me relatas. Consilium tamen Neapolitanũ (vt testatur Afflict.decis. 61.) per dictã
4 doctrinam Io.And.decreuit, † ꝙ promissio dotis haberet eundem effectum, ac si fuisset constituta. Ego nunquam hanc speciem vidi in iudicio agitari, tamen si occurreret putarem esse distinguendum ex mente Cardi.
5 in d.cle. auditor. in 14.q. qui magistraliter docet, † ꝙ circuitus tunc debet vitari, quando non est cum aliquo effectu: aliàs intercedẽte aliquo effectu, de circuitu nõ cu-
6 ratur, de ordi. cog. c. tuam. qui filij sint legi. c. lator. † Sic in proposito, si circuitus cogendi eum qui promisit se obligare prius ad se obligandum, deinde iuxta secundo loco factam obligationem ad soluendum, vel faciendũ, non esset futurus cum aliquo effectu ipsi obligato proficuo: dicerem eum cogendum esse immediate ad soluẽdum, vel faciendum, nec posset is hoc casu, nisi cum sua turpitudine insistere pro faciendo circuitu: secus autem si demonstraret inde sibi proficuum effectum esse prouenturum. huic distinctioni nõ obstant suprascripta per Hyppolitum adducta, quia fateor ita esse, ꝙ sunt diuersa promittere se facturum, & facere. Sed dico ꝙ æquitate suadente euitandus est circuitus, per no. in d.l. dominus testamento. secus autem vbi non concurrit æquitas, & multo minus vbi concurret iniquitas, auferreturque obligato honestum commodum ex circuitu sibi
7 prouenturum, † vt si quis promisisset facere pactum de retrouendendo, dicerem eum non posse cogi immediate ad vendendum, cum multum intersit inter vtrunq; contractum, ex pacto enim de retrouendendo datur solummodo actio personalis, nec cogitur præcise, sed liberatur promissor præstando interesse, cum ex ipsa venditione competat ius ad rem, quod est fortius, vt late probat, & decidit Cagnolus in L.2. q. 65. C. de pactis inter empt. & vendit.

QVAE-

## QVAESTIONIS QVINTAE.

### *Summarium.*

1 *An narratio instrumenti in obligatione Camerali facta satis sit absque eo, quòd instrumentum ipsum producatur.*
2 *Quando intelligatur locum habere authen. si quis in aliquo documento. C.de eden.*

1 AMPLIVS, † nota est dispositio Iuris. C. de eden. quòd si quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti, illi non creditur, nisi aliud documentum (cuius memoria in secundo facta est) proferatur, aut alio probationis genere veritas demonstretur. Ponamus ꝙ in instrumento obligationis, cuius petenda sit executio, narretur alterius instrumenti tenor ex quo nascitur, seu fundamentum habet actio, & obligatio originalis; verbi gratia, petitur executio contra fideiussorem vigore instrumenti obligationis per eum factæ, in quo narratur tenor instrumenti principalis, cuius causa fideiussor accessit, an oporteat exhibere ipsum principale instrumentum; an vero sufficiat illius narratiua? Communis est omnium Docto. sententia in l. sciendum. ff. de uerborum obligation. vbi potissimum Alex colum. secunda, qui citat antiquiores, & Iason. & alij, ꝙ si narratiua est clara, sufficiat sine exhibitione principalis, per glo. d. l. sciendum. & dicunt non obstare d. auth. si quis in ali-
2 quo. † quia illa procedit inter alias diuersas personas. Sed inter ipsos contrahentes narrata in instrumento probant. l. optimam. C. de contrah. & commit. stipu. Et tenenda est dicta conclusio, dummodo ex narratiua clare habeatur sensus instrumenti narrati, & quoad præiudicium contrahentium tantum, secus quoad præiudicium aliorum; quod etiam late comprobat in casu suo Soc. consi. 266. in prin.

# SVMM. DE VI INSTRVMENTI obligationis Cameralis.

1 *Pro vsurario debito non datur executio.*
2 *Instrumenti executio ante euentum, vel tacitę conditionis, non datur.*
3 *Pro quantitate expressa in instrumento, quamuis ad calculi meliorem rationem reseruata datur executio.*
4 *An instrumentum promissionem incerti continens, non liquidato incerto, mandetur executioni.*
5 *Qui ex testamẽto agit nõ dicitur agere ex instrumẽto liq̃do*
6 *Paria sunt instrumentũ esse liquidũ, vel breui liquidandũ.*
7 *In executione instrumẽti Cam. cũ necessaria ẽ liq̃datio, oẽs legitima exceptiones cõtra ipsã liq̃dationẽ opponi possũt.*
8 *An pro ijs, quę tantum ex sententia colligi possunt, obligationis Cameralis executio peti possit.*
9 *Regula, quod de vno affirmatur, de alio negatur, & quod de vno negatur, de alio affirmatur, quãdo locũ habeant.*
10 *Instrumẽti factũ continẽtis executio peti nõ põt ꝑ interesse.*
11 *Instrumentum continens simpliciter promissionem ipsius interesse, mandandum est executioni.*
12 *Cum petitur executio pro non expressis in instrumẽto, quando concedenda.*
13 *An etiam pro ijs, qua non ex littera instrumenti, sed ex intellectu percipiuntur, detur executio.*
14 *Pro illatis contingenter, vel persuasiue ex instrumẽto, an executio detur.*
15 *Via executiua non potest competere, nisi pro expressis in instrumento obligationis Cameralis.*
16 *Actionis, & exceptionis diuersa est ratio.*
17 *Ante diẽ certũ in instrumẽto adpositũ non põt peti executio.*
18 *An contra conductorẽ obligatũ in forma Camera pro pensionibus, postea tacita recõductionis possit uia executiua ꝓcedi*
19 *An post ꝓrogationẽ termini ad soluẽdũ factã à creditore debitori obligato ĩ for. Cam. debitor eodẽ mõ remaneat obligatus*
20 *Prorogatio termini ita uidetur cum eisdem qualitatibus facta, vt etiam vinculum iuramenti duret.*
21 *Iussus Titius sub pęna excommunicationis soluere post certum terminum, nec soluẽs incidit in excommunicationẽ.*
22 *Ob temporis prorogationem nihil de prioris obligationis qualitate immutatur.*

13 *Fideiussor ad certum tempus obligatus liberatur, facta sine eo tpis p rorogatione, secus si simpliciter obligatus sit.*
14 *Qualis debeat esse temporis prorogatio, ne quid priorem obligationem mutet.*
15 *An lite pendente super absolutione iuramenti, ad eiusmodi iuramenti executionem procedi possit.*
16 *Inhibitio à iudice nullitatis oblig. Cameralis facta iudici ordinario executori non impedit quin exequatur ipsam obligationem.*



ECVNDA consideratio versatur potissimum circa ea, de quibus antea in expositione quartæ particulę obligationis locuti sumus: possent ne contra productum instrumentum opponi, an non; ideo ibi dicta non est opus hic repetere, sed tantummodo addam alia quędam ibi non
1 dicta. Veluti est illud, † quòd pro vsurario debito non datur executio, vt tenet Barzius in d. tract. guarentigiæ quæst. 38. Laurus Rodulfus in tract. vsurar. q. 135. in fin. ver. vnum tamen volo. & Deci. in c. ex parte secunda.
2 col. fin. in 28. fallen. de offic. deleg. † Et illud, quòd quamuis executio instrumenti non detur, nisi prius appareat euenisse conditionem, sub qua fuit contractus initus, etiam si sit conditio tacita, vt in promissione dotis, cui tacita inest conditio, si matrimonium consequatur. Et in instrumento confessionis dotis receptæ, si eius vigore mulier soluto matrimonio do tem repetat, cui inest conditio, si solutum est matrimonium, vel venit dies restituendę dotis. Bal. in l. cum in testamento. C. de testamanum. per text. in l. ille. ff. de ver. oblig. vbi Ias. in 9. not. adducit l. 2. & quæ ibi not. Bart. C. de sent. quæ si. cer. quanti. facit l. ita stipulatus. §. quod si ab inuito. ibi, nisi demonstratum sit. de verb. obligat. idem Bal. in l. si causam. col. fin. ver. or. modo quæro. C. de exe. rei iudi. Alex. consi. 119. colum. 1. lib. 1. Roma. consi. 211. allegationes Doctoris. in fin. Soci. consi. 51. Præstantissime Doctor. col. 3. ver. 3. confirmo. & colum. 4. versi. 7. confirmo. lib. primo. & Areti. consi. 132. diligenter
3 consideratis. in primo dub. † Tamen si in instrumento

fuit

fuit promissa certa quantitas, cum hoc, quòd si facto calculo de minori quantitate appareat, illa tantum debeatur, vel nõ ex calculo rationis aliter appareret, nihilominus ante factum calculum pro illa quantitate expressa instrumentum habebit executionem paratam. Deci. post Soc. in l. pecuniam quam. col. 2. in 4. not. ff. si cer. pet. & in l. quibus diebus. §. quidam Titio. in fin. ff. de condit. & demonstr. per glo. in l. 2. ff. de in diem adiect. refert & sequitur Tho. Grammaticus decis. 58.
4 num. 10. & 11. Et illud, † si obligatio contineat incertum aliquid præstandum, an peti possit executio, non liquidata prius illa incertitudine. In quo articulo, duplicem animaduerti esse factam distinctionem. Prima est, an incertum illud præstandum sit ius vniuersale, an particulare: si sit in vniuersale, veluti hæreditas, & similia, tunc intrepide peti possit executio. ita concludit Roma. consi. superius citato 211. per rationes ibi adductas. Si autem obligatio continet ius incertum particulare. tunc secundum Imol. in l. prima. de leg. secundo. si id quod petitur, potest de facili declarari, potest ab initio peti executio, & simul in eo processu fieri liquidatio, quemadmodum tenuerat Bart. in fin. Sed si non posset breui liquidari, ante factam liquidationem non petatur executio, quod ibi tenuerat Bald. refert & sequitur Ange. Areti. Insti. quib. mod. re. contra obli. in fin. princip. sed in casu nostræ obligationis (vt patebit ex dicendis in sequenti particula) nihil refert cuiusmodi sit, breui vel serius facienda liquidatio, dummodo fiat per legitimas probationes, & illa facta illico proceditur ad executionem. Et secundũ ante dicta facta est decisio consilij Neapolitani relata per Capi-
5 cium. numero 48. † vbi voluerunt, quòd licet agens ex testamento non dicatur agere ex instrumento liquido, ex quo pro illius effectu habendo probari debent aliqua, vt mors testatoris, additio hæreditatis, &c. quæ probanda reddunt instrumentum illiquidum, tamen ibi decisum fuit non esse locum petitioni compromissi vigore pragmaticę constitutionis inter coniunctos su-

6 per rebus non liquidis faciendi,† licet mulier actrix peteret legatum vigore testamenti materni, ratio fuit eius decisionis faciendę, quia paria sunt esse, instrumentum liquidum, vel breui liquidandum, per l. fin. cum ibi not. C. de compensat. Alexan. in l. quidam. col. 3. ff si cert. pet. & prǽalleg. doctri. Bal. in d. l. cum testamento. C. de testa. manu. prout contra in casu liquidationis non ita breui faciendæ, locum esse petitioni compromissi, non quidem super instrumento, & illius executione, sed super ipsa liquidatione tenuit Soci. in d. consi. 51. præstantissime doctor. col. 2. versi. 3. principaliter. lib. 1.

7 † Qua ratione attendendum ultra ea quę dicta sunt in prima quæstio. 4. particulæ secundæ principalis si instrumentum non contineat debitum liquidum, quo casu ante omnia facienda erit illius liquidatio, secundum quod dicetur inferius in principio secundę sequentis particulæ, dum ea liquidatio fiet, opponi poterunt omnes legitimæ exceptiones de iure communi competentes, modo tendant non contra instrumentum, sed contra ipsam liquidationem, ea est doctri. Bald. in d. l. 2. col. fin. versi. Or modo quęro. C. de execut. rei iudi. refert & sequitur Socin. in d consi. 51. præstantissime doctor. colum. 2. ver. tertio confirmo. lib. 1. & Canarius

8 quæstio 14.† Peti autem possit nec ne huius obligationis executio, etiam pro ijs, quæ, in instrumento, non quidem expressa, vt ex littera legi possint, sed ex ipsius Instrumenti sententia dumtaxat colligi queant: quæstio est multum à Doctoribus agitata, superius in prima quæst. quartæ particulę secundæ principalis, versi. item opponi possunt. locuti sumus hac de re, quantum attinebat ad reum conuentum volentem tali exceptione impedire executioné, hic autem dicturi sumus id quod attinet ad ipsum actorem volentem dari sibi executioné etiam pro his, quę expressis uerbis nō sunt exarata. Ant. Butr. in c. translato. de constit. in quarto not. licet notet,

9 quòd regulæ, † Id quod de vno affirmatur, de alio negatur, & id quod de uno negatur, de alio affirmatur, per not. in cap. non ne. de præsumption. & in l. maritus

C. de

C. de procurator. non habent locum, vbi tacitum sit per uiam rationis & naturæ connexum cum expresso, vel se habeat consecutiue ad expressum, tamen postea subiungit hæc verba; aduerte quia non propterea, dicitur comprehendi expresse, sed intellectiue, quod nota, si statutum velit, quòd positioni respondeatur, verbis expressis, &c. & subiungit, similiter, si statutum habet, quòd instrumentum guarentigiæ in contentis in eo habeat executionem paratam, si instrumentum continet aliquid, per quod necessario concludatur aliud illud sequi, in consecutiuo non habebit executionem
10 paratam, & sic facit, †quòd si in instrumento comprehendatur factum, executio non potest peti pro interesse, Idest (vt explicat ibi Imola) licet peti possit executio, vt ipsum factum promissum fiat, tamen peti non potest fieri executionem pro interesse in instrumento expresse non conuento, licet illud ex iuris dispositione subintelligatur; qui quidem Imola residet in sententia Butrij: & cum Butrio & Imola sentit Ias. in l. 1. ff. de edendo, & Deci. in d. cap. translato. & in l. certi condictio in prin. ff. si cer. pet. Cõtrarium asseruit Lud. Rom. in d. l. certi condictio. & hanc Alexan. in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. dicit esse communem opin. & Fely. in dict. cap. translato. dicit sententiam Butrii esse male substentabilem. Sed quia (vt inferius dicam) ea quæstio non pertinet ad huius nostræ obligationis tractatum, omissa amplitudine disputationis, puto consideratis omnibus dictis Doctorum super ea sum
11 mi posse has conclusiones. † Prima sit, quòd si instrumentum habeat rei mentionem, incertam tamen, veluti si est promissum simpliciter interesse non expressa summa, de quo dictum est supra ver. prox. vel sit promissa pœna certæ summæ, vbi similes pœnę conuentionales non consueuerunt in condemnationibus poni, nisi quatenus cõcurrant cũ intetheresse, prout habet vsus Rotę, & aliorum Ro. Cu. Iudicum, & dicitur esse etiam vsus Consilii Neapolitani, qđ testatur Grãmat. decis. 58 num. 7. cautumq; est expresse statuto Vrbis in nouis reformat.

format.c.26.hoc casu nemo est qui non dicat id instrumentum etiã pro tali interesse mereri executionem (licet in eo sit discrepantia) de qua nos aptiore loco tractabimus infra in sequenti particula (An liquidatio debeat omnino præcedere, & super ea debeat Iudex pronunciare, an nõ?) vt habetur per Bar. & omnes post glo. ibi in d.l.1.ff. de eden. & in d.l. certi cõdictio. & in alijs
12 locis ibi citatis. Secunda conclusio, † quòd vbi petitur executio pro aliquo non expresso in instrumento, sed quod colligitur ex consequentia expressorum, si statutum dicat ꝙ detur executio secũdum tenorem instrumenti, vel pro omnibus expressis seu cõtentis in instrumento, aut per alia similia verba restringentia se ad uerba scripta instrumenti, tunc ualeat opinio tenentium contra Butrium, & sequaces, ꝙ executio non detur, nisi pro ijs, quę legũtur, proueniuntq; immediate ex ipso instrumento. Tertia conclusio, ꝙ ubi statutum nihil aliud dicit nisi prout habet statutum Vrbis lib. 1. c.75. quòd publica instrumenta mandentur executioni reiectis om
13 nibus exceptionibus, præterquam solutionis, &c. tũc † detur executio etiam pro ijs, quæ nõ leguntur ex littera sed colliguntur intellectu ex uirtute, & consequentia eorum quæ scripta sunt, siue talis consequentia veniat ex rei natura, siue ex iuris dispositione, dummodo ea sit consequẽtia necessaria, idest quę de omni, & semper ve
14 rificetur. † Quarta conclusio, quòd pro ijs, quæ non inferuntur necessario, sed contingenter, vel (vt dixit Feli.) persuasiue, non detur executio. Sed (quemadmodum supra dixi) ea quæstio non habet locum in nostra obligatione: Nam hic non quærimus simpliciter, an obligatus teneatur etiam ad ea, quæ licet expressis verbis non sint exarata, veniunt tamen in eorum quæ scripta sunt necessariã consequentiam; quod quidem ego intrepide affirmarem, sed non propterea sequitur quòd pro illis procedi possit vigore obligationis Cameralis instrumẽto adiectæ executiue per viam confessionis debiti, &c.
15 † talis.n. via executiua non potest competere, nisi pro expresse scriptis in instrumento quia uerba obligationis

nis ita sonant:& in principio ibi, Pro quibus omnibus, & singulis tenendis,&c.& in mandato inserto,vbi constituitur procurator solummodo ad confitendũ debitũ suprascriptum,& nemo ignorat, quàm stricte intelligenda de iure sint verba mandatorũ·itaq; habet vsus, ꝙ talis via confessionis debiti non pateat, nisi pro expressis
16 in textu instrumenti. † Nec quemquã turbare habet id quod superius dixi contra petentẽ executionem excipi posse etiam de ijs quæ tacite insunt instrumento.diuersa est.n. in tali specie ratio exceptionis ab actione.l.Pau
17 lus respondit.ff.de do.excep. & quę ibi not. † Ante diẽ quoq; certum in instrumento adpositum non potest peti executio.l.1.in prin.ff.quando di.lega.vel fideic. ced. not. Imo.cons.136. in causa quæ vertitur. ad fin. refert
18 Dec.consi.39. visis his quæ. nu.3. † si conductor in instrumento locationis, & conductionis factę ad certum tempus obligauit se, secundum hanc formulam, & deinde tempore illo finito, perseueret per modum tacitæ conductionis, dę qua in l.item quæritur.§. qui impleto. ff loca.an possit contra eum pro pensionibus tacitæ reconductionis huiusmodi executiue,tamquam contra sic obligatũ procedi? Ias.de nostra hac obligatione loquẽs, in cons.49.videretur.col.fi.ver.secundo dicitur.lib.3,tenet non posse executiue procedi,allegat not. per Bal.in l.legem.C.loc.Idem per eadem verba ante Iasonem tenuerat Canarius.q.44.& ita vidi iudicari, & tenuit Affl.
19 decis. 365. per instrumentum.prope fi. † Si autem post contractam sub hac formula obligationem, pro summa ad certum diem soluenda,creditor proroget tempus faciendæ solutionis, an remaneat eadem obligatio, ita vt post tempus prorogatum illo non soluente procedi posse executiue? si attenderetur doctri.in simili specie Cardin.in clem.1.§.nos itaq;.in 5.q.de iureiu.qui tenet per talem prorogationem remissum esse iuramentum, videretur in casu nostro dici posse, ꝙ sit remissus etiã rigor executionis: sed tamen veritas eius articuli, secundum
20 communem opin.est in contraria parte, † ꝙ prorogatio videatur facta cum eisdẽ qualitatibus, & consequenter

H ter

ter, quòd etiam in termino prorogato duret vinculum iuramenti, nec dicatur remissum Barto. in l. 1 §. & post operis. ff. de oper. nou. nuncia. Bald. in cap. venerabilem. de elect. & in l. acceptam. q. 7. C. de vsur. Fel. in capit. 1. de iureiuran. facit glo. 2. in c. hi qui. de prębend. libro 6. & facit glo. prima. c. fina. de precar. quę dicit, quòd temporis prorogatio non mutat causam possessionis, & ꝙ dicunt Innoc. Host. & alij in c. pręterea. de appellation.
21 † quod si praeceptum est Titio sub pœna excommunicationis, vt soluat Sempronio centum infra dies decem, si in termino prorogato non soluat Titius, incidat in excommunicationem: ponit etiam Fel. vbi supra, & in ca.
22 ad aures. versi. quid autem si ante. de simon. † per quę & his similia seruatur, quòd per simplicem prorogationem temporis, nihil censeatur immutatum de priori obligatione; Quod melius, quàm alibi (quantum ego viderim) declaratur in decisi. Tholosan. 181. vbi firmatur eadem conclusio quo ad omnia etiam accessoria prioris obligationis; quae dependent à voluntate partium, vt iuramentum, pignora, &c. secus quo ad extrinseca, & extranea, vt sunt fideiussores, & similia, & ibi etiam est
23 additio satis not. quae quo ad fideiussores dicit, † quòd fideiussor obligatus, vsque ad certum tempus liberatur, si facta sit eo non interueniente prorogatio temporis, simpliciter vero obligatus fideiussor non liberatur per prorogationem etiam eo non ignorante factam, quia etiam nulla prorogatione facta post tempus teneretur.
24 † Cuiusmodi autem esse debeat prorogatio, vt non possit dici mutauisse primam obligationem, sed idem de ipsa prorogatione, quod de prima obligatione sit iudicandum, videtur mihi bene colligi posse ex ijs, quę posuit Parisius cons. 43. prorogationes. libro primo. vbi in summa videtur cōcludere, quòd prorogatio debeat esse simplex, non habens verba, & de nouo, &c. neque habens vllam nouam qualitatem admixtam, & in summa, quae nihil aliud contineat praeter nudam temporis proroga-
25 tionem. † Si sit introducta litis pendentia super absolutione à iuramento, an interim procedi possit ad execu-

tionem

tionem huius instrumenti? Consilium Neapolitanum (vt attestatur Afflict. deci. 30.) tenuit procedi posse ad executionē per rationes per eum adductas, sed in casu nostræ obligationis, put est vsu recepta, quæstio nõ habet difficultatem, quia vt ex antedictis colligi potest, ad effectum excipiendi non datur absolutio, & vt quis agat, absolutio petita non potest executionem impedire cum vna causa ab altera sit diuersa, & obligatio nostra etiam sine iuramento subsistere, atq; executionem habere pos-
26 sit. † Immo & si obligatus introducat litem super nullitate obligationis, obtineatq; per illum iudicem inhiberi ordinario futuro executori huius obligationis, non propterea impedietur executor, quin licite possit ad executionem procedere non obseruata eiusmodi inhibitione, per easdem proxime dictas rationes, & ita tenuit Canarius q. 52. vbi citat Innoc. in c. cum in iure. super ver. de mandato. de offi. deleg. sunt enim diuersæ causæ, & inhibito non impedit executionem, prout nec ipsa executio impedit processum causæ nullitatis, & si agens super nullitate obtinebit, pariter obtinebit etiam reuocationem executionis, & ea fuit decisio Rotæ in nouis, 280. licet per viam. refert & sequitur Philip. Francus in cap. dilecto. colum. 11. ver. circa tertium. de appel. quibus in locis etiam habetur quid iuris sit, vbi nullitas proponitur coram eodem executore per viam exceptionis, qua de re satis videor mihi dixisse superius in 3. quæst. primæ partis.

## SVMM. DE PERSONA PETENTE executionem.

1 *Executio conceditur solum eam petenti creditori, nõ tertio.*
2 *Cessionarius proprie dicitur creditor.*
3 *Exceptio excõicationis cedẽti obstans nõ obstat cessionario.*
4 *Successor, cum eo, cui successit, idem reputatur.*
5 *Fideiussor in forma Cameræ obligatus nõ potest, antequam soluat agere contra principalem, vt releuetur.*
6 *Iura non patiuntur, vt alicuius promissio, vel gratificatio sit inutilis.*

7 *Ad petendam executionem requiritur speciale mandatum*
8 *Ad appellandũ ab executione requiritur mandatũ speciale.*
9 *Mandatum generale ad omnes lites, satis est ad petendam executionem.*
10 *Procurator, alieno nomine qui contraxit, quando executionem instrumenti guarentigiati petere possit.*
11 *Habentes generalem administrationem petere possunt executionem instrumentorum.*

## De persona petente executionem.

1 ERTIA † succedit consideratio personæ petentis executionem, in qua videndum, si petat suo, an alieno nomine: si suo. Bal. in l. si pro te. la seconda. C. de dotis promiss. per illum tex. dixit, ꝙ confessionata instrumenta mandantur executioni solummodo ad petitionē creditoris, non tertij, etiam si illius tertij intersit: sed intelligendum est vocabulum creditoris, secundum ea quæ dicta sunt in prima, & secunda q. secundę partis, vt comprehendat hærTedes, & cessionarios creditoris, ac nominatos ab eo. facit Roma. consi. 142. quòd cessionarius. vbi concludit,
2 † quòd cessionarius vere dicitur esse creditor, etiam secundum strictum vocabuli creditoris significatum, & tanto magis cessionarius poterit huiusmodi executionem petere, si in instrumento cessionis posita sit clausula, ꝙ cedens constituit eum procuratorem in rem suam, ponitque eum in locum suum, &c. nam exinde reducitur per omnia ad instar cedentis, vt Bar. in l. prouinciali. ff. de nou. oper. nuncia. Absolute autem, an & quando possit quis agere vigore instrumenti inter alios celebrati pro suo interesse, habetur in l. si cui legetur. §. fin. ff. de
3 leg. primo. † Sed hic videtur opportune quæri posse, si principalis creditor cum esset excommunicatus, cessit alijs suam actionem, vtrum cessionarius possit agere, antequam cedens absoluatur, quod est dicere, an exceptio excommunicationis, aut alia similis, quę obstabat cedēti, obstet cessionario? Bart. Brixien. posuit hanc q. inter

Vene-

Veneriales 16. Dubitandi rationes erant, quia prout habetur in l. omnibus officijs. ff. de regulis iuris. Non debet quis esse melioris conditionis, quam auctor suus, à
4 quo ius in eum transit, † & successor cum eo, cui successit pro eodem reputatur. extra de immunita. Eccles. aduersus consules & de offi iud. ord. c. pastoralis. & nemo plus commodi ad alium transferre potest, quàm ipse habeat. ff. de regul. iuris. l. nemo plus. Sed contrarium deciditur. Ratio decisionis est: Quia cum sola excommunicatio causa esset, quamobrem creditor non poterat agere, quod vitium personæ inhæret, & non rei, sequitur, quòd ius cessum sine vitio personali ad successorem transiuit. ff. de diuers. & tempo. præscript. l. an vitium. primo responso. & not. in l. vitia possessionum. C.
5 de acquiren. possess. † Quæsitum est aliàs non sine causa, An fideiussor hoc modo etiam, vt principalis insolidum obligatus, antequam soluat, agere possit cõtra principalem, vt releuetur, sicut agere potest quando est condemnatus, & in certis alijs casibus positis in text. & per Doctor. in l. si pro ea. C. manda. & cap. si. extra de fideiussor. & alijs cumulatis per Hippol. in repetitio. rubri. de fideiussor. quæstio. 31. Cynus in l. certum. C. fami. erciscun. respondit affirmatiue, loquens de fideiussore obligato per instrumentum guarentigiatum, ea motus ratione, quia sic obligatus propter confessionem, & præceptum iudicis, quæ (vt declarat idem Cyn. in l. vnic. q. 2. C. de confessis. & nos supradiximus) insunt guarentigiæ, habet contra se paratam executionem, & sic est perinde, ac si esset condemnatus, maxime si (vt dixi) obligatus sit vt principalis, ita quòd possit incipi ab eo nõ facta excussione principalis. Cynum secuti sunt Bal. ibidem Bartol. in l. fideiussor pro venditore ff. de fideiussor. & Petrus Vbaldus in tracta. duorum fratrum, parte octaua. quęst. 12. & Canarius q 45. & Hippo. vbi supra, sed ego semper vidi contrarium iudicari, per doctri. Angeli in d. l. fideiussor. quem sequitur ibidem Paulus Castren. & Barzius in 6. q. secundæ partis tractatus guarentigiæ, quorũ sententiæ, tanquã naturæ magis cõ-


sentanea, propter eaque magis æqua semper mihi quoque potior visa est. Asserit enim Angel. contrarium, quia tempore factæ obligationis certus fuit fideiussor, quòd poterat contra eum ab executione incipi, & fideiubendo promisit soluere, idque fecit ad principalis debitoris commodum.l.indebitum.ff.de condiction. in debit.l.tribus.ff.de vsufruct.earum rerum,quæ vsu consum. quòd si statim antequam soluat,detur ei regressus contra principalem, vt eximatur ab obligatione,primũ non seruabit promissum de soluendo, deinde inutilis
6 reddetur sua promissio.l.qui sic.ff.de solution.quod iura habent pro absurdo,† & ideo volunt,quòd ille qui commodat, vel mutuat non possit statim repetere, sed cum congrua temporis intercapedine,vt per glo. & Doctor. in l.secunda.ff.commod.& in l. si pœnam.de verborum obligation.aliàs enim deciperetur amicus amici beneficio,rationem Cyn.de paritate sententiæ, & instrumenti guarentigiati refutat Barzius, eo quia non sit in hac specie paritas: nam inter sententiam & promissionem communiter intercedit magna temporis intercapedo, quod non occurrit in casu instrumenti guarentigiati; præterea sententia nouat præcedentem obligationem, pro qua fideiussor intercesserat.l.primę.& ibi not.C. de iudic.sed in casu propositæ quæstion.fideiussoria obligatio non reperitur esse nouata. Hæc autem eo magis locum habent in nostra obligatione, quę (secundum superius dicta) nisi facta sit ab initio cum susceptione censurarum,& mandati executiui, non habet paratam executionem, nisi postquam illius vigore facta fuerit confessio in iudicio.
7 † Si autem petat quis executionem huius obligationis nomine alieno,non solũ opus est mandato, sed ẽt requiritur speciale, prout vniuersale est, quòd ad petendum executionem requiratur mandatum speciale. vt not. in l. si procurator meus. versicul. nec ad eandem rem factus.& in l. Pomponius.ff.de procurator. & in l. hoc iu-
8 re.ff.de solution.vbi Barto.† Quemadmodum (diuersa tamen ratione) ad appellandum ab executione requiri-

tur mandatum speciale. Angelus in l. ab executore.ff. de appellation. Socin. consi. 231. aliàs cum in præsenti. colum. tertia. Felyn. in capitu. quod ad consultationem. colum. 2. versicu. nota insuper de re iudica. & in capitu. primo. colum. sexta. versicu. similiter. vt lite non contestat. Dicit tamen Bartol. in d. l. si procurator. & latius in
9 d. l. hoc iure. † quòd ad petendum executionem sufficit mandatum generale ad omnes lites, & ita vidi obserua-
10 ri. Addit Paulus Castren. in d. l. si procurator. † quòd procurator qui alieno nomine contraxit per instrumentum guarentigię, non potest petere illius executionem, licet ex eo sit sibi quæsita actio directa, quia non ad suā vtilitatem, sed si debitor sibi sponte solueret, ipse posset virtute directæ accipere, & soluens liberaretur. l. si vnus. post princi. ff. de pact. l. si seruus. de solution.
11 † De tutore autem, & similibus habentibus à lege administrationem generalem non solum ad lites (vt sunt Prælati Ecclesiarum, Hospitalarij, & similes) de quibus habetur per rotam in nouissim. decisio. 466. Confessio Prælati, post glo. in capitu. is cui. de electio. lib. 6. & Innocen. in cap. ex tuę. de cleri. non residen. prope fin. glo. suæ, verbi remoueat, & Specu. titu. de actore ab vniuer. versic. item quod excedit. pro indubitato habetur, quòd possint etiam huiusmodi instrumentorum executionem petere, vt tenet Bartol. in d. l. hoc iure. versi. contra hoc oppo.

## DE IVDICE EXEQVENTE.



VARTA Consideratio de competentia Iudicis, à quo petitur hæc executio, satis videtur expleri posse ex ijs, quæ dicta sunt in secunda particula, secundæ partis principalis, & in duabus vltimis notis secundæ considerationis huius particulæ.



VINTÆ etiam considerationis effectus videtur colligi posse ex ijs, quæ dicta sunt in prima & secunda q. primę particulæ, & 2. q. secundæ particulæ, secundæ partis principalis. & in tertia q. primæ partis. Quibus addo, quòd vbicunq; mutatur persona, siue ex partę creditoris, siue ex parte obligati, non potest ad executionem procedi, nisi prius legitima intercedente citatione eiusmodi personę qualitas antea verificetur, vt si ex parte creditoris agere velit eius cessionarius, seu eo defuncto eius hæres, & ex parte debitoris, si eo defuncto agendum sit contra illius hæredem, loca sunt (ne transcribendo aliena dicta librũ augeamus) citata per Boherium decis. 10. cessionarius contra possessorem. & decis. 52. insuper in audientia. in prima parte. quibus in locis etiam comprobat, ꝙ hæres debitoris (exceptis quibusdam casibus) non potest conueniri intra tempus conficiendi inuẽtarij, licet bene cogatur reassumere, vel repudiare processum incohatum contra defunctum: ipse tamen post finitum tempus deliberationis, etiam nondum lapso tempore ad inuentariũ conficiendum statuto, potest hæreditarios debitores conuenire, & si præterea aliquid deest, videtur posse ex infradicendis suppleri.

## SVMM. DE PROCESSV IPSO.

1 *In primis instrumentum publicum diligenter à patrono inspiciendum est.*

2 *Si instrumentum obligationem Cameralem extensam non habet, qua nam citatio præmittenda sit.*

3 *Quam ob rem extensio forma obligationis Cameralis facienda sit.*

4 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione, & procurator de suo mandato.*

5 *Translatio pensionis per executorem facta non intimatis ei literis translationis, non valet.*

6 *Qui ignorant clausulas, qualitates & tenorem rei, rem ipsam ignorare potius videntur, quàm cognoscere.*

7 Quę

7 *Quędam sciri possunt ab aliquo, ut à quolibet homine, et vt à iudice, & à procuratore, vel vt à alia hmōi persona.*
8 *Et cameralis obligatio in prothocollo, vel apocha, non extensa extendi debet in processu, vel executione.*
9 *Notarius actuarius iudicis, coram quo petitur executio obligationis Cameralis, potest ex suo officio sine iudicis decreto illam explicare, & extendere.*
10 *Ante executionē si quid liquidatione indiget, liquidādū est.*
11 *Qualiter fiat personarum liquidatio.*
12 *Liquidatio rerum quæ intelligatur.*



AGGREDIENDO secundam huius tertiæ principalis partis particulam, in qua quæ ipsum processum concernūt, describere polliciti sumus, 1 † Dico ante omnia ad causæ futuri patroni officium spectare, vt inspiciat scripturam ad se delatam, cuius petenda sit executio. Nam si sit instrumentum publicum habens extensam obligationis formulam, poterit illico eo producto processus 4 incohari. † Si vero esset publicum quidem instrumentum, non tamen habens obligationem extensam, sed duntaxat (quòd sæpe faciunt notarij) habeat quòd partes obligauerunt se in forma Cameræ, &c. tunc præmittenda est citatio ad dicendum contra instrumentū productum, videndumque iurare testes super illius recognitione, ac etiam videndum per iudicem mandari extendi obligationem in forma Camerę in ipso instrumento contentam, & postquam recognito instrumento iudicis mandato fuerit extensa obligatio, tamen deinde petitur 3 executio. † Quęrat fortasse hic aliquis, quamobrem facienda sit ea extensio, cum videatur is esse labor superfluus, quando manifesta, atq; adeo notoria est ea forma, vt nedum iudicibus, sed rusticis etiam & mulieribus sit cognita? Hæc quæstio & si videri potest à curiositate procedere, cum indifferenter seruetur, tamquam necessaria dicta extensio in Romana Curia, nec vnquam, cur id fiat, requisitum esse audiuerim: tamen quia potest occurrere, casus etiam extra ipsam Curiam, vbi vsus idem non

non ita inualuerit, & omnino delectat causas rerum co gnoscere, nolui quid sentiam reticere. Puto autem vsus prædicti rationem ab initio fuisse, quia non facta eiusmodi obligationis extensione, non possent iudex de sua iurisdictione, & procurator per quem facienda est confessio debiti, de suo mandato certi esse, † quę certitudo in vtroque requiritur, aliàs non possent eorum officium exercere, vt habetur per Ioan. And. in clem. prima. in ver receptis. de procurator. ponit eleganter Soc. in l. multum interest. col. 3. ff. de condit. & demonstrat. & quoad iudicem executorem sunt elegantissimæ, doctissimæque decisiones Rotæ 458. circa tertium. in nouis. & altera 242. si vnus ex tribus. quod etiam in arbitro locum habere probat Aret. consil. 68. excellen. domine. & quoad procuratorem est exemplare consilium Bar. 73. Quæritur vtrum procurator. quod citatur per addit. decis. Rotæ 145. si procurator. in nouis, & multa congerit Boher. quęst. 274. An valeat procuratorium. in princip. Neque obstat si dicatur, quòd ex quo forma est nota, satis videntur esse certi iudex & procurator cũ viderint in instrumento esse scriptum, quòd facta est obligatio in forma Cameræ, cuius extensio fit semper eodem modo, sicque pro iudicis & procuratoris certioratione in casu nostro necessaria non sit dicta extensio. regula iuris, eum qui certus, lib. 6. prout simile argumentum facit Besignetus, de conceßio. præb. decis. 4. Quia illa decisio fuit semper explosa, vt (vltra superius allegatas decisiones) habetur in antiquis decis. 794. Pronunciatio facta. & per Rom. consi. 353. incip. quo ad primũ. vers. quo ad tertium. Fel in c. eam te. §. tempus. in 4. fallen. & in c. sciscitatus. ad finem de rescript. & Milis. in ver. gratia. in princ. † per quæ Rota nostro tempore pluries, alijque Rom. Curiæ iudices passim iudicarunt non valere translationem pensionis factam per executorem non pręsentatis ei in actu translationis litteris, in quibus extensa esset facultas transferendi, quamuis ea notoria sit, & semper vniformiter in litteris extendatur, sicut notoria est forma tam gratiæ expectatiuæ (quantum at

tinet

tinet ad deputationem executorum) quàm etiam processus pro iurisdictione subexecutorum fieri soliti, de quibus habetur in decisionibus supra citatis. Et ad rationem Besigneti respondeo primo negando eam, quia & si contingat hanc formam notam esse aliquibus, tamen negari non potest, quin multis sit incognita: immo multi etiam iuris periti habentes in confuso eius cognitionem, ignorant clausulas, & qualitates eius particu-
6 lares, † & tales qui ignorant qualitates, clausulas, & tenorem, non dicuntur scire, sed potius ignorare, vt probat Areti. in consil. superius citato 68. paulo post principium. immo etiam si quis omnia prædicta sciret, tamen non sufficeret in proposito, quia ea esse scientia contingens, & particularis, non autem vniuersaliter
7 necessa: † sciret enim vt homo quilibet, non autem vt iudex futurus huius obligationis executor, neque vt procurator huius in hac obligatione obligati, & cuius nomine facturus est debiti confessionem, quo argumento vtitur Ioan. And. in glo. d c. eum qui certus. ibi; Nam qui certus est vt homo, certioratur vt iudex. 2. q. 1. multi. Vbertinus Zuccardus in rep. l. fi. C. de edict. diui Adr. numero 74. format similem quæstionem, quam dicit esse nouam. Nunquid in terminis illius legis sufficiat hæredi iudicem certum facere de tenore & qualitate testamenti, absque eo quod illud ostendat? & determinat negatiue.

8 † Et quod proxime dictum est de instrumento publico habente quidem obligationis mentionem, sed non ipsam obligationem extensam, locum habet in nota seu prothocollo non extenso, in cedula seu apocha priuata, & in alijs scripturis, quarum vigore dictum est supra in prima consideratione præcedentis particulę peti posse executionem. Itaque in illis quoque similis erit præmittenda citatio ad dicendum contra, & videndum iurare testes super recognitione, ac mandari extendi obligationem: hoc autem ita intelligendum est, nisi (quemadmodum ibi dixi) conuentum esset posse talem extensionem fieri per quemcunque ipso etiam debitore

alites

9 aliter non citato. † Et (quemadmodum habet Romanæ Curiæ vsus) nisi prothocollum sit alicuius ex notarijs actuarijs, aut alterius iudicis, coram quo executio petitur: tunc enim sufficit, illud repetere, & notarius ex suo officio facit extensionem, sine alio iudicis decreto, quod etiam est iuri consonum, ut notarius de instrumentis per eum rogatis libere possit extendere instrumenta.
10 † Dato vel in esse posito instrumento exequibili, videndum erit, si quid oporteat liquidare, id est docere, & liquidum facere pro parte actoris, antequam possit executio incohari. Eiusmodi autem liquidatio cōsistit, partim in personarum legitimatione, partim in ipsarum re
11 rum probatione. Personarū inquam, vt † si alieno quis nomine compareat, ante omnia doceat de suo mādato, & si proprio, qui habeat causam a principali creditore, vt hæres nominatus, cessionarius, & similes, ante omnia verificet se esse talem: & si procurator agat nomine alicuius ex proxime dictis successoribus, verificet vtrumque, idest, & se procuratorem, & principalem suū esse
12 talem, qualis per eum esse proponetur. † Rerum autem, vt quod actor adimpleuerit, quæ pro eius parte sunt adimplenda, quòd euenerit conditio tacite vel expresse in cōtractu comprehensa, & certa alia, de quibus quoniam videtur abunde dictū esse in expositione verborū quartæ particulæ obligationis, & in secūda cōsideratione præcedētis particulæ, non videtur opus esse, vt ibi dicta hic repetā, sed tantūmodo videntur ea dicenda esse, quæ ad practicā (id quod hoc loco agimus) pertineat.

## SVMM. QVAEST. DE liquidatione.

1 *Verbi huius liquidum, quæ vis, & significatio sit.*
2 *Liquidatio facienda est parte citata.*
3 *Liquidatio non habet priuilegium executiuum.*
4 *Liquidatio per omne probationis genus fieri potest.*
5 *In facienda liquidatione summarius est processus.*
6 *Quando liquidatio facienda sit.*
7 *Obligatio Cameralis nisi fuerit cum censurarum, & mandati*

*dati executiui susceptione, non habet viam executiuam ante debiti confessionem.*

8 *Confessio debiti antequam id ipsum liquidetur, per procuratorem fieri non potest.*

9 *De commissione, qua præfigatur terminus actori ad faciendam liquidationem, impetrāda per cautum procuratorē.*

10 *Liquidatione etiam non facta, si ita conuentum sit, ad executionem procedi potest.*

11 *Cum in obligatione conditio inest, citata vel expressa ante executionem necessaria est liquidatio.*

12 *Obligatione censurarum susceptionem continente, quomodo procedi soleat circa liquidationem.*

13 *An vt dicatur facta liquidatio, sñia iudicis sit necessaria.*

14 *Contra confessum de iure sententia non promulgatur.*

15 *Quę ratio sit vsus illius, quo nulla opus est iudicis interlocutione super liquidatione facta, vbi obligatio est cum censurarum susceptione.*

16 *In executione obligationis Cameralis nulla iuris solemnitas est necessaria, sed proceditur de facto.*

17 *Pronunciatio, siue iudicis interlocutio est de iure ciuili.*

18 *An ex tacita iudicis pronunciatione, quę ex processu ad vlteriora nascitur, appellare liceat.*

19 *Appellans à pcepto de sibi post confessionē suā facto, auditur*

20 *A præcepto non mere iudiciali, sed conuentionali non admittitur appellatio.*

## De liquidatione.



QVINQVE potissimum ad hoc propositum facientia circa liquidationem à Doctoribus quæsita esse animaduerti. Primum quo pacto intelligatur instrumentum esse liquidum. Secundum quomodo. Tertium quando facienda sit liquidatio, & intra quantum tempus. Quartum si super liquidatione proferenda sit iudicis sententia, antequam instrumenti vt liquidi executio peti possit, an non? & an sit locus appellationi, an non? Quintum si contingat esse processum ad executionem liquidatione prius non facta, an ex eo reddatur processus nullus:

1 † Liquidum (quāquam fortasse aliter Latini sermonis

pro-

proprietas habeat) secundum ius nostrum accipitur pro claro, & certo. ita probat tex. C. si secun. nupse. mul. l. 1. ibi, omnia, & cum competentibus fructibus ad liquidum deducta ratione restituat: & in prima constit. ff. §. nos vero tantum. ibi, institutiones ab omnibus turbidis fontibus in vnum liquidum stagnum corriuatas Et pluribus alijs locis, quibus dicuntur probationes liquidæ: quemadmodum & apud Latinos impersonali verbo dicebatur de causa liquere, vel non liquere. Itaque liquidũ instrumentum intelligendũ est clarum & certum: liquidatio vero & liquidare intelligimus esse actus & probationes, quibus mediantibus de incerto & obscuro, fiat
2 certum & clarum. † Ad secundam quæstionem de modo faciendi liquidationem, breuis responsio, quòd facienda est omnino parte contra quam fit, citata, & fieri potest per quodcunque legitimum probationis genus: quòd necessaria sit citatio, vltra id quod vniuersale est per l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & l. nam ita Diuus. de adoption. tenet expresse Bal. in dicta l. si causam. ver ex his apparet. C. de execu. rei iudic Qua in re vidi errare nonnullos, qui producto vel repetito instrumento, & probata vel iurata absentia debitoris, illo aliter non citato procedunt ad liquidationem, & faciunt super illa probationes, sicut fit super ipso instrumento liquido (vt
3 inferius dicetur) & male faciunt: † quia negotium liquidationis est diuersum, & non habet priuilegium executiuum, sed recipit omnes legitimas ordinarij iudicij exceptiones, vt probatum est supra in secunda consi-
4 deratione præcedentis particulæ. † Quod autem fieri possit per omne genus probationis, & sic per confessiones, testes, iusiurandum, instrumenta, & cætera, quæ, faciunt rem esse legitime certam, habetur per Car in l. 3. C. de sent. quæ sine cer. quant. profer. & Bald. in l. fina. C. de fal. cau. adiect. leg. & in repet. l. petens. C. de pact. & in dicta l. 2 C. de rei vxor. actio. versic. pone di-
5 cit. † Non tamen requiritur libellus, litis contestatio, aut alius ordo iudiciarius, sed proceditur summarie secundum formam l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de

re iudi

re iudica; Bart in dicta l. 2. C. de sent. quæ fine cer. quanti. & in l. si cum exceptionem. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau.
6 † Tertia quæstio, quando facienda sit liquidatio, licet habeat varias opiniones dissentientibus inter se Bartolo, & Baldo, eorumque imitatoribus, quos vtrinque oppositos ponit Iason in l. prima. col. 4. versi. 3. conclusio. ff. de eden. & quos reducunt ad concordiam Roma. in superius citato consil. 211. ad fin. & Imola in l. 1. ff. de lega. 2. & bonus practicus Ange. Areti. Institut. quibus mod. re. contrahi. oblig. quos latius citaui in dicta secunda consideratione præcedentis particulæ, & habetur etiam in materia iudicij possessorij adipiscendæ per Doct. in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. Et apud Barzium in tract. guarentigiæ in secunda quæst. primæ partis, vers. sed tamen in hoc. qui concludit, peti quidem posse executionem etiam non factæ liquidatione, sed quòd iudex non debeat dare illam, nisi prius fiat liquidatio, & sic liquidatio præcedere debeat concessionem executionis, non autem quod sit opus ab initio liquidare, immo ipsa liquidatio superueniens trahatur retro, & operetur, ac si ab initio ante petitam executionem fuisset facta. tamen hac in re nobis non est
7 laborandum. † Quia nostra hæc obligatio (nisi sit cum censurarum, & mandati executiui susceptione) antequam facta sit confessio debiti, non habet vim executi-
8 uam: † cum autem confessio per procuratorem fieri nequeat, non liquidato prius negotio, super quo facienda est confessio, remanet indubitabile, quod ante omnia, & separatim per se facienda est liquidatio, ad quam faciendam eadem ratione non est tempus determinatū etiam de iure ciuili, secundum Bal. in d. l. 2. C. de exec. rei iud.
9 col. 2. vers. Modo quæro. † Sed cauti procuratores si putant ita expedire reo quem defendunt, faciunt quòd iudex, vel sua auctoritate, vel (quod magis frequentatur & est tutius) vigore specialis commissionis, præfigat actori terminum ad perficiendum incœptam liquidationem, & si intra terminum non sit facta, instant vt reus absoluatur.

Hæc

30 † Hęc autem ita intelligenda sunt, nisi obligatio haberet expresse conuentum, quòd possit procedi ad executionem liquidatione non facta, quod tenet Bartolus in l. creditores. in tertia quæst. vers. sed an possit adhiberi. C. de pign. quamobrem in nouella forma addidi talem clausulam. Pro cuius tamen clausulæ vsu est aduertendum, quòd illa potest habere locum in obligatione pura, & adesse tempore contractus deducta, licet non liquida, vt in promissione damnorum & interesse, & similibus, in quibus constat esse debitum, licet velatum & quantitatis incertæ, quæ certificatur postea per liquida-
31 tionem. † Quòd si obligatio nō sit pura, sed habeat conditionem tacitam vel expressam, vt dictum est in secunda consideratione præcedentis particulę, ver. primo. vel non sit ad esse deducta, sed deducenda omnino per liquidationem, veluti si promisisti non facere aliquid sub pœna mille, ita quòd mille deberi non possunt nisi præcedente facto contrario: his casibus necessarium videtur esse quòd præcedat liquidatio, sine qua non constaret iudici aliquid esse debitum, & sic dicta clausula addita nihil potest operari; quia repugnat quodammodo naturæ, quòd det iudex executionem eius, quod deberi non ap-
32 paret. † Vbi autem obligatio est cum censurarum susceptione, vsus habet quòd producto uel repetito instrumēto adducūtur probationes super liquidatione, & ea perfecta petitur relaxari censuras, & mandatum executiuum, iuxta doctr. Bart. & sequacium suorum in d. l. 1. ff. de eden. & Barz. loco supradicto.

33 † De quarta etiam quæstione variæ sunt sententiæ Doctorum, quorum aliqui principe Bartolo volunt nō posse dici factam esse liquidationem per solas partis probationes, sed quòd necessaria sit etiam iudicis sentētia, saltim interlocutoria, quæ dicat rem esse liquidam: aliqui oppositum, & quòd satis sit factis probationibus iudicem procedere ad executionem, quia tunc tacite censetur interloqui factam esse liquidationem: quos omnes eorum rationes & late recenset Ias. in l. stipulatio. §. habet. ff. de no. op. nunciat. qui tandem confirmat priorem

cum

cum Bartolo, tanquam magis communem, magisq; iuri consonam, cuius etiam sententię fuit Barzius in d. secūda q. primæ partis. ver. descendo igitur ad quartum, adhibita tamē distinctione, videlicet, quòd si probationes factæ sint super eo, quod cadat sub sensum corporeum, tunc illæ sufficiant absque alia iudicis sententia, quoniā nō solum ipsæ probationes, sed etiam quod infertur ex eis patet ex actis, secus autem sentit, si quod ex probationibus factis infertur, requirat præterea iudicium intellectus, vt tunc requiratur iudicis pronunciatio, veluti vbi ad probandum quem esse furiosum, vel prodigū, probati sunt certi actus, ex quibus debet significari furor, aut prodigalitas. sed hæc quoque disputatio nobis (præsertim vbi simplex est nostra obligatio) nō facit difficultatem, excluditur enim per mysterium antedicti in obligatione inserti mandati ad confitendum debitum, quo stante, cum vsus habeat, quòd factis super liquidatione probationibus, si iudici videtur sufficienter esse probatū, deuenitur per organum procuratoris ad confessionem debiti, vt liquidati, ea confessione data inepte quæreretur, an super liquidatione per partem, idest per procuratorem ipsius debitoris confessata, accedere de-
14 beat iudicis sententia, † cum contra confessum de iure non promulgetur sententia, sed fiat ei præceptum de soluendo, iuxta not. in c. dubium secundo. de elect. & 2. q. 1. nos in quemquam. & l. 1. C. de confess. & in l. si debitori. ff. de iudic. cuius præcepti formulam ponit Specul. tit. de sententia. § 2. versic. est quoque tertia species. & Angel. in d. l. si debitori. Posset fortasse ea difficultas poni, vbi obligatio est cum susceptione censurarum, super qua non solet exigi procuratoris confessio, sed statim facta liquidatione relaxantur censuræ cum mandato exe-
15 cutiuo, quemadmodum inferius dicetur, † & tamē hic quoque vsus habet, quòd non sit necessaria iudicis expressa interlocutio, cuius vsus ratio sumpta esse potest, non solum ex dictis doctorum, qui (vt superius dictum est) tenent non esse necessariam iudicis pronunciationem, sed etiam exemplo eius, quod dixit Soc. consi. 69.

considerato contingentia. versicu. Nec obstat si dicatur.
16 libro 3. quia consuetudo habet, † quòd in huiusmodi executionibus procedatur de facto sine strepitu, & figura iudicij, quo casu censetur sublata omnis solemnitas iuris ciuilis, & seruari debent solummodo solemnitates iuris gentium, vt declarat Bartol. in extrauagant. ad reprimendum. versicu. sine figura iudicij. & Canonistæ
17 in clementin. sæpe. de verborum signification. † Sed talis solemnitas pronunciationis inuenta est de iure ciuili, & est etiam in ipso iure ciuili satis dubium, si requiratur, necne, vt supra dixi, & tenet etiam Ruynus consi. 64. super primo in fin. libro primo. Igitur dicendum est (attenta consuetudine prædicta) quòd non requiratur, prout etiam ad eam difficultatem tollendam in statutis Vrbis (quæ aliàs iubent, secundum ius ciuile iudicari) positum est cap. 26. in nouis reformatio. vbi expresse cauetur non esse opus in tali casu per iudicem super facienda executione pronunciari, sed tantummodo, ꝙ exe-
18 cutionem concedat. † Sed an saltim à tali tacita pronũciatione, quæ resultat ex processu ad vlteriora, licet appellare? Si respondendum esset absolute attenta iuris cõmunis dispositione, videretur affirmatiue esse respondẽdum. argum. eius quod communiter dicunt Doct. in ca. ex parte 2. de appe. vbi tenent, ꝙ etiam à tacita reiectione exceptionis, quæ resultat ex processu ad vlteriora, licitum sit appellare, non minus quàm ab expressa interlocutoria, quæ super ipsa reiectione fieret. Neque obstaret, si diceretur, ꝙ in casu nostro interueniat confessio
19 procuratoris, † quia etiam ea communis est conclusio Doctorum, quòd confessus à præcepto post confessionẽ sibi facto auditur appellans, si alleget confessionem fuisse erroneam. Bart. in l. creditor. §. iussus. ff. de appellat. & Ange. in d. l. si debitori. Sed huius nostræ obligationis
20 circunstãtia facit ius oppositum: † nam vltra quòd vniuersaliter, vbi præceptum non est mere iudiciale, sed etiam conuentionale, prout in casu nostro, non admittitur ab eo appellatio, vt dixit Bald. in addition. Specul. titu. de appellation. paulo post principium suarum additio-

ditionum. Præterea in hac ſpecie tollitur omnis difficultas; quia principalis promittit habere ſemper ratũ quicquid per procuratores conſtitutos, & eorum quemlibet geſtum fuerit, & nunquam contradicere, neque cõtrafacere de iure, & de facto, &c. Dicet aliquis, quo ergo remedio ſuccurri poterit, ſi quis forte fuerit malitia, vel errore Iudicis iniuſta executione oppreſſus? Reſpondeo duo in vſu eſſe remedia, de quibus dicendum erit inferius commodiori loco: Ad quem locum reſeruanda eſſe videtur etiam quinta illa quæſtio, quam propoſui, ſi executio facta non præcedente conuenienti liquidatione ſit nulla, necne?

# RELIQVA DE PROCESSV.
## SVMM.

1 *Publicato inſtrumento obligationis Cameralis per alium, quàm per notarium iudicis, coram quo petitur executio, qui terminus ſeruandus ſit.*

2 *Contra obligatum in forma Cameræ, ſi is præſens ſit, omnino procedendum eſt præuia citatione.*

3 *Contra abſentem obligatum in forma Cameræ, ſine citatione procedi poteſt.*

4 *Ratio, quam ob rem contra præſentes neceſſaria ſit citatio, licet obligatos in forma Cameræ.*

5 *A citatione proceſſus ordo ad debiti confeſſionem.*

6 *A confeſſione proceſſus ordo ad excommunicationem:*

7 *Poſt confeſſionem nihil neceſſe eſt medio condemnationis ad procedendum excommunicationem:*

8 *An excommunicari poſſit is, quem non conſtat notitiam habere obligationis ſuæ per procuratorem factæ.*

9 *Vbi graue præiudicium alicuius verſatur, requiritur eiuſdẽ certa, & indubitata notitia.*

10 *Non eſt probabilis ignorantia principalis de re geſta per ipſius procuratorem.*

11 *Inter obligationem factam, & executionem faciendam tantum temporis intercedat neceſſe eſt, vt obligatus de obligatione certiorari, & ſatisfacere poſſit.*

12 *Excommunicandus debet perſonaliter citari.*

13 *Obligatus per procuratorem speciale mandatũ habentem, non potest obligationis ignorantiam prætendere.*
14 *Quàm iustũ, vel iniquum sit aliquẽ non posse excommunicari, vel priuari ob nõ solutionem pẽsionis, nisi intimatis illi litteris.*
15 *Quàm difficilis sit Rota in declarando aliquem in censuras ecclesiasticas, vel priuationem incidisse*
16 *Resp duab. in primis rebus continetur præmio, & pœna.*
17 *Quantum homines inuitet ad delinquendum impunitas.*
18 *Vrbane dictum de asylo Rota.*
19 *Vis verbi huius, nisi infra tres dies parueris, quę nam sit.*
20 *Prælati maiores excommunicari non solent.*
21 *Præcellentes laici cur excommunicari non soleant.*
22 *Vniuersitas non excommunicatur, & quando collegium excommunicetur.*
23 *Pupilli quando excommunicari possint.*
24 *An contra inopem, vel alium non pariturum lata excommunicatio valeat.*
25 *An legitime impeditus, quo minus pareat, excommunicari debeat, vel declarari.*
26 *Quo remedio quis se contra iniustam executionem obligationis Cameralis tueatur*
27 *Iudex executor obligationis Cameralis solet reponere excõmunicatum appellantem.*
28 *Cur per iudicẽ executorem obligationis Cameralis soleat idem grauamen sæpe ac sæpius reuocari.*
29 *Iudices Rom. Curię reponere solent semper ab interlocutoria appellantes.*
30 *Iudex suam interlocutoriam potest sæpe, ac sæpius reuocare.*
31 *Quando commissio impetretur super appellatione à grauamine, licet iudex appellantem & impetrantem reposuerit.*
32 *Cur reo obligationis Cameralis pręstituatur terminus triũ dierum ad satisfaciendum.*
33 *Iure cautum est, vt trina monitio excommunicationem pręcedat.*
34 *De quadrimestri dilatione.*
35 *Quo pacto ingenue debitum agnoscentibus in forma Cameræ obligatis honesta dilatio conceditur 30. dierum.*
36 *De moderatione termini 30 dierum.*
37 *Quando littera declaratoria decernantur, & quomodo.*
38 *Forma declarationis.*
39 *Publicatio declaratoriarum.*

40 Cur

40 *Cur proferatur declaratoria sententia.*

41 *Non vitandus est necessario excommunicatus, donec declaratus sit.*

42 *Declaratio ex obligatione Camerali proficiscens etiam non citata parte valeret.*

43 *Appellatio à declaratoria ab obligatione Camerali proficiscente non suspendit nec impedit executionem.*

44 *Declaratoria obligationis Cameralis potius publicatoria, & denunciatoria est incursus excommunicationis, quàm declaratoria.*

45 *Quomodo procedatur post declarationem factam non satisfaciente debitore.*

46 *Quis auctor fuerit. & quę causa rationis huiusmodi processus grauandi, reaggrauandi. interdicend, & brachium seculare inuocandi ac numeri decem dierum.*

47 *Forma procedendi ad suspensionem, vel priuationem perpetuam officij, vel beneficij.*

48 *Iudex ecclesiasticus, si habet facultatem exequendi de facto per se ipsum, nō cogitur in aggrauatione procedere via censurarum*

49 *Quot modis secularis potestas inuocetur.*

50 *Quando quis dicatur trahi potestati seculari.*

51 *Quando proprie dicatur inuocari auxilium brachij secularis.*

52 *Non est facienda inuocatio brachij secularis, vbi non est necessaria.*

53 *Practica inuocandi brachium seculare*

54 *Iudex ecclesiasticus si posset per se ipsum facere executionē, deberet immediate decernere mandatum executiuum.*

55 *Post publicationem 10 diebus elapsis, vno & eodem contextu conceduntur literę aggrauatorię, reaggrauatoria, & brachium seculare & quare.*

56 *Si obligatio sit facta cum susceptione censurarum, & mandati executiui, quid faciendum sit.*

57 *Creditori debent relaxari quandocunque censurę, & mandatum executiuum cum ab initio à debitore suscepta sunt, quamuis postea oblito creditore prioris susceptionis, iterū debitor in se susceperit censuras, & mandatum.*



ATO Igitur instrumento vel per se puro, & exequibili, vel (vbi sit necessaria) illius
1 etiam liquidatione facta, † si instrumētum aliunde adferatur, hoc est si publicatum sit per alium quàm per notarium Iudicis, corā quo fuerit procedendum, seruato termino ad dicendum contra ipsum instrumentum, & illius recognitione prę missa, deueniendum est ad executionem, cuius principium à debiti confessione sumendum est: Ad quam confessionem antequam procedatur in Romana Curia, inspiciendum si debitor, contra quem est procedendum,
2 sit præsens, an absens; † nam si sit præsens, citandus erit ad satisfaciendum, aliàs ad confitendum, seu videndum per aliquem ex procuratoribus per eum constitutis con-
3 fiteri debitum, & se excommunicari; † Si vero absit, probata, vel saltim iurata illius absentia, eo aliter non citato procedi potest. Et quamuis etiam contra præsentes iuris communis dispositione, ac mandati in obligatione inserti tenore consideratis, absque alia ipsius principalis citatione procedi posset, attamen ex consuetudine facta est eiusmodi citatio contra præsentes necessa-
4 ria, † quæ consuetudo iam antiqua originem habuit à speciali constitutione desuper facta per Gregorium Papam eius nominis XI. iterata etiam per Nicolaum quintum, his verbis. Si debitores occasione quorundam debitorum se submiserint districtioni Cam. Aposto. causarū Auditoris, & ad confitendum debitum coram eo certos constituerint procuratores, si debitores ipsi in Curiæ pręsentes fuerint, & ipsis non vocatis ijdem procuratores coram eodem debitum confiteantur, confessiones huiusmodi, quas sic fieri contigerit, nullius sint roboris, vel momenti. Huius autem constitutionis ratio si reddenda est, videtur fuisse fauor consuetus præstari præsentibus in Curia, prout in simili specie habetur stylus Curiæ relatus per glo l. obseruandum. ff. de iudic. & per alios citatos à Fely. in cap cum olim. colum. 5. ver 3. de-
5 claratio. de re iudi. † Igitur citat debitore, si sit præsens, in termino citationis, aut absente aliter non citato cō-

parens

parens creditor, vel eius procurator, & (si contra citatũ sit procedendum) accusata illius contumacia petit, & obtinet per vnum quemlibet ex procuratoribus in mandato comprehensis confiteri debitum, & ipsum principalem debitorem ob talem causam iurisdictioni, & compulsioni, ac mero examini eiusdem Iudicis, & suæ Curiæ submitti per eundem Iudicem mandari, & cũ procurator eiusmodi mandato obediendo, inspecto instrumento debitum confessus fuerit, ipsumque debitorem iurisdictioni, compulsioni, & coertioni eiusdem Iudi-
6 cis submiserit, & supposuerit, † Iudex deinde, creditore ita petente, in summa, vel in re alia cõfessata debitorem excommunicat, atque vt excommunicatum publicari mandat, nisi intra tres proximos dies cum effectu satisfecerit. † Sunt qui ponant, quòd debito confessato iudex in summa confessata debitorem prius condemnat, postea excommunicat: sed mihi videtur, quòd stante confessione condemnatio non solum est superflua, sed quæ etiam posset debitori præstare occasionem appellandi, nisi adesset promissio supradicta de non contrauenien-
8 do gestis per procuratores. † Hic quęri probabiliter potest, quod ex facto accidisse vidi in tali specie. Constituerat quis absens procuratorem ad contrahendum, & pro obseruãdo contractu se sub hac forma obligandum: itaque facta erat obligatio, & cum præteriisset satisfactioni præfixum tempus, dubitabatur, An procedi posset ad excommunicandum eum, quem non constabat habuisse vnquam notitiam obligationis de se per procuratorem factæ. Ratio dubitandi sumebatur ex duabus decision. Cassiodori, vna de rescript. 12. altera de Pensionibus: secunda, vbi vult indifferenter, quòd is qui consensit assignationi pensionis non per se ipsum, sed mediante procuratore, non possit ob non solutionem eiusdem pensionis excommunicari, & priuari beneficio, nisi antea fuerint ei intimatę literæ. Ratio sua
9 est, † quia propter grauitatem præiudicii requiritur certa & indubitata notitia; ad quod citat dictum Innocen. in capi tu. fina. de eo qui mit. in poss. cau. rei seruan.

Nũc secus seruat ex ordine Pij Papæ v. in forma Mot' proprij Reformationis tribus Aud. cameræ I. cip. îter illa. Dat. 11 Cal. Decemb. Anno. 1

Et quia vidit quòd poterat ei obiici, quòd habebat, vel debebat habere notitiam eius rei per suum procuratorem rem gestæ, huic tacitæ obiectioni respondet, quòd & si habeat aliquam ipsius rei gestæ notitiam, habet tamen probabilem ignorantiam de forma suppositionis, & cõtentorum in ea. l. 2. cum glo. versi. alieno nomine. ff. pro suo. & c. ab excommunicato. de rescri. & dicit ita seruare palatium. Sed his Cassadori decisi. non attentis, in illo iudicio resolutum decisumq; fuit obligatum illum iure excõmunicari posse, rationes decidendi sumptæ fuerunt ex consiliis Raph. Cum. 162. Visa copia. col. 2. versi. Nec in hoc põt ptendi ignorantia, & Romani 480. præ-
10 sentis dubitationis.† qui præclariss. Doct. cõcludunt nõ esse probabilem ignorãtiã rei gestę per procuratorem, præsertim specialiter ad id constitutum, quia vtrinque culpa in ipsum principalẽ recidit, siue fuerit ipse negligens in requirendo quid eius procurator gesserit, siue malã fecerit electionem, dum constituit procuratorem hominem negligentẽ, qui non curauerit sibi rem gestã significare, vt latius patet ex consiliis prædictis, & ita in
11 executione huius obligationis quotidie seruatur, † habita duntaxat ratione, ꝙ inter obligationẽ factã, & executionem illius vigore faciendam, tantum temporis intercesserit, ꝙ verisimiliter obligationis factæ notitia ad obligatum peruenire, & post habitam notitiam obligatus ipse conuenta adimplere potuerit, quod etiam ex ipsius Romani dictis colligitur. Ad rationes Cassadori fuit responsum, quòd cum verba Innoc. sint huiusmodi, Non sufficit citatio ad domum, vt procedatur ad diffinitiuam sententiam, vel vt etiam excommunicetur, cũ eam præcedere debeat monitio. cap. sacro. de sentẽ. excommunica. & hæc intellige vera, nisi quis fraude, vel malitia se absentasset; hęc in effectu sunt Innocen. verba, explicata clarius ibidem per Hostien. secundum que
12 factæ sunt plures aliæ decisiones Rotę dicentes,† quòd regulariter is qui excommunicandus est, antea debet personaliter citari, vt in antiqu. 314 338. & in no. 271. Cassado. de causa possess. & propr. 6. cum aliis plerisq;

Respon-

Responsum (inquam) fuit, quòd illa Innocen. doctrina non excusat obligatum in proposita specie, quando per rationes Cumani, & Romani ipse præsumitur habere notitiam, quam exigit Innoc. itaque vel illam habet, vel si non habet, cum ipse sit sibi in culpa, non est probabilis ignorãtia, sed crassa, vel potius affectata. Ex quo tollitur etiam responsio data per Cassadorum tacitæ illi obiectioni, dum dicit quòd si ille debitor pensionis non penitus ignoret rem gestam, probabilem tamen habet ignorantiam formæ suppositionis & contentorum in ea. Nam si iuxta deducta per Cuman. & Roman. tenetur & præsumitur habere notitiam gestorum per procuratorem, simul etiam verum est quòd tenetur & præsumitur eam notitiam habere exquisitam cum omnibus suis qualitatibus, & in hoc etiam concurrunt not. in d. c. ab excommunicato. in ver. de facto suo, vbi habetur quòd crassa & supina ignorantia, etiam facti alieni, non excusat. Et vltra superius dicta, pro iustitia huius styli, quem dixi seruari, vt procedatur contra eum, cuius obligatio facta fuit per procuratorẽ, ipso principali aliter non citato, inueni Philip. Frãcum in reg. iuris, possessor. col. 3. ver. tertio limita, lib. 6. vbi dicens ita ante eum te-
13 nuisse Butrium, & Imolam, tenet † quòd obligatus per procuratorem habentem speciale mandatum nõ potest prætendere ignorantiam, & in propria nostræ huic simili specie ponitur in Neapolitanis collectis per Capiciũ
14 decisio. 4. nume. 23. 24. † Quibus sic se habentibus fortasse non improbe dubitari potest de iustitia decisionum Cassadori, & prædictę obseruantiæ Palatii ne excommunicetur, neque priuetur is qui non soluit pensionem non intimatis sibi litteris, quamuis illius assignationi per specialem procuratorem consenserit. Ego quia semper fui, & sum illius Tribunalis obseruantissimus, & quia non tanti me facio, rem aliter non determino, satis fuerit per hæc excitasse animos aliorũ, qui doctiores fuerint, vt desuper cogitent, ac veritatem discernant: Nam ego certe & si non ausim dicere, vereor tamen ne dicta Rotæ obseruãtia inoluerit magis ex ap-

pro-

propriato sibi nimio quodam benignitatis affectu;
15 quàm ex iuris debito, † si quidem nisi vi quodammodo coacti, nunquam volunt declarare quemquam ob inobseruantiam contractus, aut alius debiti priuationem, censuras, aut alias pęnas incidisse: quod quàm sibi conueniat ipsi viderint, iustum certe non est, & repugnat primis non solum iuris nostri, sed omnium legum principiis, secundum quæ post Solonem boni omnes legum latores semper existimauerunt.
16 † Rempublicam duabus rebus: contineri, præmio, & pœna. Quòd si mali ciues fidei fractæ nullam, etiam ex pacto conuentam, sentiant pœnam, necesse est, vt ciuitatis ordo conturbetur: quod quia in libris principiorum latius est explicatum, hic vlterius non disputabo,
19 † Non ab re autem concepta est formula antedicta excommunicandi debitorem, nisi infra tres dies satisfecerit: ne scilicet interim sit excommunicatus, cum ea sit eius dictionis, nisi, natura, vt in sententia iudicis posita significet conditionem suspensiuam. cap. præterea. secundo. de appell. & ibi Doct. Bald. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonst. & ibidem Soc col. fin. ver. & prædicta. Quòd si Iudex diceret; excommunico eum donec satisfecerit, censeretur ex tunc esse excommunicatus. Clem. prima, de decim. Fel. in c. 1. col. 1. ver. excommunicatio. fac. de iudiciis.
20 † Aduertendum est, quòd Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Cardinales de stylo Curiæ, prout etiam habemus in cap. sane cum. secundo. de officio. deleg. & in cap. veritatis. de dolo, & contum non excommunicantur, sed vel suspenduntur à diuinorum administratione, vel interdicitur eis ingressus ecclesiæ, de quarum sententiarum natura, & quid inter se conueniant, quidque differant, habetur in d. Clem. prima de decimis. & in cap. ad hæc, tertio. & ibi gloss. & Doct. potissimum Francus de appellat. & habetur in cap. sacro. de senten. excom. & ea omnia comprehenduntur appellatione censuræ ec-
21 clesiasticæ cap. quærenti. de verbo. signific. † Eundem respectum habendum esse excellentibus laicis, eo quòd digni-

dignitati ſit ſemper deferendum, dixit Goffred. quem refert Hoſtien. in ſumma de dolo, & contum. §. fin verſi. ſic & faciendum eſt. quod tamen non ita ſeruatur in executione noſtræ obligationis, neque eis, eorumue dignitati ſit iniuria, ſi per eos in obligatione ſit conſtitutus procurator ad conſentiendum quòd poſſint excommunicari, & ita fieri contingat.

22 † Vniuerſitas quoque ne excommunicetur penitus eſt prohibitum in cap. Romana. § fin. de ſenten. excommun. lib. 6. ita quòd ſi de facto proferatur in vniuerſitatem ſententia excommunicationis, ſit ipſo iure nulla, vt cum gloſſ. tenent ibi communiter Docto. Canoniſtæ, & Rota apud Biſegnetum, de dolo & contum. deciſ. prima refert, & ſequitur Felyn. in capit. dilectio. colum. 5. ver. an autem excommunicæ. de except. & hoc ita locum habet, niſi conſtaret totam vniuerſitatem eſſe negotij, de quo agitur, participem: quo caſu (ſecundum Hoſtien. vbi ſupra, in ſumma Tit. de contumacia. §. fin. verſicu. Ergo ſi conſtat) ferri poteſt ſententia, dicendo; excommunico Priores, & omnes de tali collegio, qui parere noluerunt, vel in caſu noſtræ obligationis: dicendo; excommunico præpoſitum, & omnes de capitulo, qui ſunt obligati. Quæ practica vtcunque procedere poſſit in collegiis ſiue eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus, in quibus omnes de collegio interueniunt in facienda obligatione, ſecus tamen eſt in vniuerſitatibus populorum & alijs, in quibus ſunt mulieres, pueri, infirmi, & alij non inteuenientes in conſilio publico: & ideo proferenda eſt in vniuerſitatem ſententia interdicti, quæ etiam pro alterius delicto proferri poteſt, vt ſubiungit ibidem Hoſtien. & habetur in cap. ſi ſentētia. de ſenten. excommu. lib. 6.

23 † De pupillis, furioſis, & alijs ſimilibus, fruſtra hic quæritur, an excommunicari poſſint? Nam & ſi aliàs pupilli doli capaces poſſint excommunicari, vt voluit Ang. in l. neque. ff. de in ius voc. poſt Speculatorē de contumace. §. fin. in fin. tamen in caſu noſtro vix id poteſt contingere, cum neceſſe ſit quòd procedat obligatio ſub

hac forma, quam pupillus, & similes facere nequeunt: sed non disputo vlterius, quia non est huius loci. hoc tãtum concludo, quòd si detur validitas obligationis personæ propriæ per tales factę, eo casu poterunt etiam ipsi excommunicari, & non aliter.

24 † An autem proferenda sit excommunicatio, & an valeat prolata in eum, de quo certum sit non esse paritufum? puta quia sit notorie inops, aut aliàs prauæ naturę. Ant. de Butr. in c. Odoardus. in prima q. de solu. quo ad inopiam concordando opiniones antiquorum dicit, ꝙ si inopia sit notoria, sententia excommunicationis in eum lata est nulla, velut lata contra notorium, potest pôni exemplum eius, qui fuerit ad cessionem bonorũ admissus: & ratio est, quia cessat contumacia, quæ est causa excommunicationis. Milus in versic. excommunicari non potest. Si autem inopia non sit notoria, tunc sententia quidem valeat, sed probata inopia, tanquam iniusta sit retractanda, & excommunicatio sine difficultate relaxanda, not. in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. & in c. à nobis de senten. excom. & Cardin. post glo. in clem. 2. §. 1. de hæret. Quo vero ad alios veluti tyrannos, seu aliàs obstinatos, communis Doc. sententia videtur esse, vt distinguatur si sit spes, ꝙ excommunicandus qualibet obstinatus, quandoq; emendetur, vt tunc, ne ille efficiatur deterior, & ne excõmunicatio sit inutilis, & vilipendio, non excommunicetur, immo excommunicatus etiã nõ petẽs, & inuitus absoluatur: si autem pro certo sit illum semper fore obstinatum, & impœnitentem, dimittatur in potestate sui peccati. ea videtur fuisse sententia Host. & Io. And. in d. c. Romana. § sed nec. de sen. excom. lib. 6. & Io. And. in c. constitutione. eod. titu. in vtroque loco, Domin. refert & seq. Fely. in c. Apostolicæ. col. 1. de

25 excep. † Quid autem dicendum sit, si taliter excommunicatus legitimo impedimento coactus intra statutum terminum satisfacere non possit, an incurrat excommunicationem, & debeat excommunicatus declarari, & denunciari? determinatur per Oldr. cõsi. 277. Quod Abbas monasterii. & Anton. de Butr. in cap. 2. de testib.

cog.

26 cog. † Diximus duobus remediis posse aduersus iniustam executionom huius obligationis prouideri. Vnum est, vt excommunicatus appellet; potest enim iudex non solum sic sub conditione, sed etiam simpliciter promulgatam excommunicationem cõtrario imperio reuocare. c. sacro & ibi no. de sen. excommu. itaq; vsus Roma-
27 næ Curiæ habet, † q̃ vsque quo pendet processus, antequam sit inuocatum auxilium brachii secularis, iudex appellantẽ reponit, sicq; reuocat grauamen, si quod est, vt possit, si quid habeat ipse debitor pro suę iustitiæ demonstratione deducere. Verum quia plerunque litigatores ex affectu differendæ executionis, magis quàm q̃d iuste possint de grauamine cǫqueri, similes appellationes interponunt. Prudenter vsu receptum est, vt si altera pars ab huiusmodi repositione appellet, iudex, si viderit reum nihil quod releuet adduxisse in acta, sic appellantem itidem reponat, procedatq; in executionis negotio ad vlteriora. Quòd si iterum reus à postrema repositione huiusmodi appellet, adhuc reuocando grauamen iterum reponitur, sicque vicissim appellantes reponuntur, donec inter talium repositionum vicissitudines execu-
28 tio ad finem perducitur. † & si quis quęrat consuetudinis huius toties vnum, idemq; grauamen reuocandi rationem, duplex ea mihi se offert; vna videlicet, quam dixi, vt si reus vere habeat iustam impediendę executionis causam, possit illã deducere ac probare: altera, ne si expresse, vel tacite denegaret reponere, daretur ipsi reo occasio prosequendi appellationem, & eo prætextu causam talis grauaminis alteri iudici cõmitti faciẽdi, sicq; de vna plures lites deriuandi, & executionis effectũ in
29 longum tẽpus protrahendi. † Qua rõne similiter introductum est, vt omnes huius Curiæ Iudices, dum ab interlocutoriis appellatur, litigatores eodem quo dictum est modo reponant. donec vel vere probetur esse grauamen. vel per earum repositionum vices ad finem causą perducatur. Quæ ratio finiendarum litium facit, vt reiecta Bartoli post Dyn. in l. quod iussit. colum. penultim. ff. de re iudica. & aliorum tam antecessorum, quàm qui

post

post eum in d. l. quod iussit. & in cap. cum cessante de appella t. scripserunt, Doctorum opinione, qui voluerunt vnum & idem grauamen non posse nisi semel aut ad summum bis reuocari, potior visa fuerit opinio Raynerij Foroliuiensis, quem refert, & sequitur Cu-
30 man. in ea l. quod iussit. defendentis, † quòd Iudex possit sępius & quandocunque suam interlocutoriam reuocare per reg. generalē. l. vbicunque. ff. de interrog. actio. & per d. l. quod iussit. in verbo possit. quod est exten-
31 siuum in futurum l. si ita quis. ff. de leg. 2. † Illud tamen prætereundum esse non videtur, Quòd si iudex in causis non executiuis, vero existente grauamine, procedat nihilominus per repositiones antedictas, quandoque interponit se Principis auctoritas, & ab eius signatura, (quã ita appellant) obtinetur commissio causæ talis appellationis, adiecto, quòd valeat commissio, non obstante quòd iudex (animo forsan magis grauandi) ipsum appellantem reposuerit: in executiuis autem nõ committitur causa appellationis, nisi cum clausula, sine præiudi-
32 cio legitimæ executionis. † cur autem vsus habeat, vt reo, per quem seu eius procuratorem facta est confessio debiti, Iudex ad satisfaciendum statuat terminum trium duntaxat dierum (vt est supradictum) cum iure detur quadrimestre tempus ad soluendum, l. certum. §. fin. ff. de confess. nec debeat melioris esse conditionis pertinax litigator, quàm sponte confessus, ternarij quidem nume
33 ri ratio ducta esse videtur ex eo ꝙ iure cautum est, † vt sententiam excõicationis præcedat trina monitio, vel vna pro tribus. c. cõtingit. secundo. & c. sacro. de sen. excom in antiq. & cap. statuimus. & c. constitutionē. eo. tit. lib. 6. Quãtitatis autē dierũ videtur pro rõne sufficere allegatio consuetudinis: qđ cõprobat Abb. in c. quod ad consultationē. col. 5. ver. Quæro an hoc tēpus. de re iudi. Et quãuis Abbas ibi post glo. & Doct. in superius allegata. l. si debitori. ff. de iudic. & idē Abb. in c. quærenti. de offi. deleg. dicat consuetudinē inualuisse, ꝙ detur cõfessso tempus x. dierum, in effectu nostra consuetudo nõ repugnat illi, quia etiã post illos tres dies requiritur decla

ratoria

ratoria, q̃ secũ trahit terminũ decẽ dierũ, vt infra dicet.
34 † De quadrimestri autem dilatione, quibus tum iudicatis, tum confessis, & in quibus causis concedatur, & in quibus non, & quando incipiat currere, & an prorogari, arctariue possit, plenam doctri. ponit Innocentius in d. cap. quærenti. in gloss. sua. ver. quadrimestre. de officio. deleg. vbi etiam Fely. more suo ponit regu-
35 lam cum fallentiis. † Sed ijs, qui vere volunt agnoscere debitum adinuenta est practica, per quam suppletur etiam vltra decem dies honesta dilatio. Nam si debitor, non solum infra triduum, sed etiam post factam declarationẽ (de qua proxime dicetur) accedens ad Iudicem sponte suscipiat in se omnes censuras, & mandatum executiuum indulgetur ei ex vsu terminus 30. dierum, intra quos debeat satisfacere: (Quarum censurarum, & mandati executiui suscipiendi forma inferius describetur) ita quòd si deficiat, præteritis 30. diebus illico vnica tantum facta citatione relaxentur contra
36 eum censuræ, & mandatum executiuum. † Est uerum quòd triginta dierum terminus antedictus, quandoque si summa est parua, aut alia subsit causa rationabilis, abbreuiari solet, atque ad minorem numerum reduci: raro tamen ad minus quàm viginti, & nũquam ad minus,
37 quàm decem dierum numerum reducitur. † Præteritis ergo tribus illis diebus, si non sit appellatum illico immediate; si vero appellatum sit factaque appellantis repositio, mediante appellatione ab ipsa repositione, ipsorum actore reposito, ac citato debitore, ad videndum & audiendum se declarari esse excõmunicatum, & litteras declaratorias decerni, Iudex pronunciat sententiam declaratoriam, & decerni litteras, nisi per totam illam, vel interdum nisi per totam primam diem satisfecerit.
38 † Forma declarationis habet, illum ob non solutionem illius summæ, seu ob alterius rei non factum implementum, esse excommunicatum, seu à diuinis suspensum, vel interdictum, & excommunicatum, seu suspensum, vel interdictum publice denunciandum, & ab omnibus
39 Christicolis vitandũ fore. † Huius autẽ declaratoriæ instru-

ſtrumentum,(quas litteras appellant declaratorias)per actuarium extenſum parti actrici traditum, per Curſorem in albo conſueto publicatur, cuius publicationis formula eſt apud Spec.in tit.de ſententia. §. de diuerſis ſententiarum formis. nume.34. verſ.ſed & And D.Papæ, & ab ea publicatione computantur dies decem (de quibus eſt ſupradictum) intra quos ad alios actus non proceditur, habetque reus honeſtam (ſi velit) ſatisfaciẽdi commoditatem. Quæ ſit huius decendialis moræ cauſa patere poteſt ex antedictis, dicetur etiam inferius. † Proferendæ autem dictæ declaratoriæ ratio vnde ſumpta ſit habere poteſt intellectum difficiliorem, videtur enim eſſe ſuperflua, quandoquidem antea pronunciata eſt excommunicatio, niſi debitor infra tres ſatisfecerit, ita quòd lapſo trium dierum, non facta ſatiſfactione, excommunicatio ſuum habet effectum: & eſt patens ex actis. Sed omiſſa diſputatione, ratio eſt quia cum excommunicatio multos habeat effectus, de quibus non eſt hic tractandi locus, & inter alios, quia ille qui eſt ea irretitus debet à Chriſti fidelibus vitari, tractarique vt excommunicatus, & aliàs dubitaretur, an vtcunque etiam occulte excommunicati eſſent vitandi, qua de re conſuluit Petrus de Anchar.conſi.189. tribus de cauſis.col.2. facta eſt poſtea in Conſilio Conſtantiẽſi

40

41 conſtitutio. † Ad euitandum ſcandala, & multa pericula, ſubueniendumque conſcientiis timoratis ſtatuit (ſcilicet ſancta ſynodus) quòd nemo deinceps à communicatione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuſcunque ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, ſeu ſuſpenſionis, aut prohibitionis, ab homine, vel à iure generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel interdictum eccleſiaſticum obſeruare: niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, vel cenſura huiuſmodi fuerit in vel cõtra perſonam, collegium, vniuerſitatẽ, Eccleſiam, aut locum certum aut certam à Iudice publicata, & denunciata ſpecialiter & expreſſe: aut ita notorie in excommunicationis ſentẽtiam conſtiterit incidiſſe, q̃d nulla

nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo iuris ſuffragio excuſari: nam à communione illius, licet denunciatus non fuerit, abſtineri vult, iuxta canonicas ſanctiones; de qua etiam atteſtatur Abba. in clement. ſecunda. de ſentent. excommunication Quod autem edita ſit a Martino Papa in concilio Conſtantienſi, teſtantur Antonius Archiepiſcopus in tractatu cenſurarum capitul. 38. & in 2. parte, tertiæ partis ſuę ſummæ, tit. 26. ca. vlt. & frater Nicolaus qui ſuppleuit ſummam Piſanellam. §. Clericus tertio, in fin. & quod hæc de cauſa vſu introductum ſit declaratorias huiuſmodi proferri, demonſtrant ipſius formulæ verba ſuperius deſcripta conformia verbis dictæ conſtitutionis. Ex dictis etiam patet hanc declarationem eſſe diuerſam ab illa, de qua in c. cum ſecũdum. de hæreti. lib. 6 & in alijs locis cumulatis per Fel. in c. Rodulfus. carta penul. verſi. ſed declaratoria. de reſcrip. quia fiunt ad diuerſos effectus, vt colligitur ex dictis ipſius Fel. ibidem in verſic. limita. 4. vbi etiam facit
42 mentionem ſupraſcriptæ cõſtitutionis. † Et puto, ꝙ hęc noſtra declaratio valeret, ēt ſi fieret ſine citatiōe partis, per ea quæ ſubdit ibidem ipſe Fel. in verſ. citatur etiam
43 pars. † Illud vero eſt certum, quòd licet diſputetur de appellatione interpoſita à declaratione incurſus excommunicationis, & ſimilium pœnarum, an ſit licita, & an ſuſpendat illius effectum, quod ponit ibidem. Felin. verſiçu. Et appellari. de hac noſtra ceſſat omnis difficultas,
44 † quia non eſt vere declaratoria excommunicationis, aut alterius cenſuræ incurſæ; ſed eſt ſolummodo illius publicatoria, & denunciatoria, quæ non ſolum per appellationem (ſi propter eam appelletur) non ſuſpẽditur, ſed nec impeditur per appelletionem præcedentem ab ipſa excommunicationis ſententia interpoſitam. c. paſtoralis. §. fi. de appel. & ibi no. Doc. In cauſis aliis, ĩ quibus ad executionem proceditur via cenſurarum, & poſtremo inuocationis auxilij brachij ſecularis, ꝓceditur
45 tali modo, † ꝙ ſi declaratus infra decem dies ſequentes nõ paruerit, deinde cum interuallo aliorum decem dierum ab vniuſcuiuſq; ſequentium actuum publicatione

proceditur citato ipso reo declarato ad aggrauationē, reaggrauationem, interdictum, & brachij secularis inuocationem. Quæ forma procedendi, quam causam habeat, considerare possumus ex antedictis in vers. Præteritis ergo, &c. Videlicet, vt crescente cōtumacia crescat
47 & pœna: † Sed eius initij tempus, & auctorē, & cur potissimum decem dierum numerus institutus fuerit, non nemini legisse, nisi quoniā is procedendi modus (quantum ego meminisse queam;) nō ponitur à Speculatore, sed habet eius mentionem Pau. Castr. credi potest illo intermedio tempore fuisse per vsum Ro. Curiæ ita institutum: Verba Pauli in consi. 41. antiquæ impressionis, quod est secundum nouam impressionem in prima parte 321. incip. Visis actis, & actitatis. ver. Inquantum vero dicta captura fundatur super littera Pātaleonis, inquantum inuocat brachium seculare, adhuc clarius videtur debere ruere, quia præpostere facta fuit, & nō seruata forma dictæ litteræ in duobus: Primo. n. dicta littera dirigitur personis ecclesiasticis mādans eis, ꝙ debeāt præfatum Thomasium denunciare excommunicatum, grauare, & reaggrauare iuxta solitum stylum: Postea subditur in littera, Demum vero si dictus Thomasius adhuc animo indurato, & suæ salutis immemor, &c. Et subiicitur in dictum casum inuocatio brachij secularis, vt ex tenore litteræ patet: Non ergo potuit recurri ad secularem Iudicem, nisi postquam ecclesia non habebat quid vltra faceret, quia tunc præfatus Thomasius deductus fuisset in profundum malorum, iuxta no. in c. cum non ab homine. de iudic. & sic, postquam dicta aggrauatio, & reaggrauatio per Iudices ecclesiasticos facta fuisset: quia sic postulat ordo tam dictæ litteræ, quàm ēt iuris. Hactenus Paulus, Ipsius autem aggrauationis, quæ suo tempore erat in vsu, causam simul, & formulam ponit Spec. in tit. de sententia. §. de diuersis sententiarū formis, nu. 31. per hæc verba. Verum quia excommunicato in sua contumacia perdurante Iudices volunt, quandoque suam sententiam aggrauare, vt contumacia crescente crescat & pœna. c. quoniam. de offic. ordin. & quinquagesima

quagesima distin.quia.extra.de cohabitat.cler. & mulie rũ,clericos.in fi.C.de ser.fug.quicũq; in prĩ.ff. de pen. l.relegati.2.q.5. quando.ad fi. poterunt tunc procedere ad suspensionem,vel priuationem perpetuam officij,& beneficij,vt extra de ętat.& qual.cum bonę.de test.cog. cum super causa.32.dist.præter hæc.de appel. pastoralis.de cohabit.cle.& mulie.clericos.& cap.seq. vel etiã ad depositionem,vt extra de do.& contu.cap. veritatis.

47 Cuius sentẽtiæ forma talis erit. † CVM Nos P.Dei mi seratione Epis.talis Ecclesiæ talem sui exigente cõtumacia olim excommunicationis vinculo duxerimus innodandum,ipseq; contemptis clauibus Ecclesiæ, velut filius inobedientiæ adhuc in graue animæ suæ præiudicium, & scandalum fidelium pertinaciter in sua contumacia perseueret,& excommunicationis sententiã,qua ligatus est,aĩo sustineat indurato,idcirco, ne de sua contumacia valeat gloriari, & ne facti sui peruersitas transeat præsũptorib.in exẽplũ, sed potius pęna eius sit aliorũ metus, nostram sñĩam aggrauantes iuxta meritũ culpæ illius,eum ab officio,& beneficio duximus suspendẽdũ:vt in prædictis concor.& extra de vit.& hon.cler.vt clericorum.§.si quis igitur. & de iudic.at si clerici. de

48 excel.præla.tanta.de homic.pro humani.lib.6.†Ex quibus colligi potest, quòd vbi iudex ecclesiasticus habet facultatem exequendi de facto per seipsum non cogitur in aggrauatione procedere via censurarum,sed põt procedere via facti ad suspensionem, seu priuationem officij,seu beneficij. Et idem dicendum est de inuocatione auxilij brachij secularis: Quod vt clarius liqueat,vide-

49 tur paulo altius esse repetendum. † Secularis potestas quãdoq; inuocat̃,vt puniat dęgradatũ, aut incorrigibilẽ clericũ,seu aliũ corporali pęna afficiẽdũ,cui pęnę nõ

50 decet ecclesiam apponere manum, † &¡ dicitur tunc reus tradi curiæ seculari, qua de re tractant Doc. in d.c. cum non ab homine. de iudic. Quæ quoniam non est nostri subiecti, de illa non videt̃ hic amplius esse dicendum. Neq; tunc proprie dici potest inuocari auxilium,

51 sed dicitur reus tradi potestati seculari. † Quandoque

 vero

vero inuocatur auxilium ad adiuuandū, auxiliandumq; iudicem Ecclesiasticum, si forte temet de rei potentia, vel ne fugiat, aut quid simile: Et tunc proprie est inuocatio auxilij, vt declarat Abba. in d. c. quoniam. in fine. de offic. ordin. allegat. cap. vt famæ. de senten. excomm. &
52 c. 1. eod. tit. de offic. ord. † & hæc inuocatio cadit interdum in obligationis nostræ executionem, interdum non est necessaria; & vbi non est necessaria, non esset facienda: quoniam iura de ea loquentia semper vtuntur verbis, si necesse fuerit, si opus erit, & similibus: vt declarat Oldrad. in consil. 89. in fi. & practicam eius inuocationis faciendæ ponit Hostien. in c. postulasti. de homic. in glo. verbi, simpliciter. vt si iuxta terminos illius cap. dicat clericus potestati seculari.
53 † Tales parochiani mei sunt mihi rebelles, excommunicaui eos, sententiā contemnunt, nō habeo vltra quid faciam, recurro ad vos, vt ipsos distringatis, & mihi sa-
54 tisfacere compellatis. † Ex quibus (redeundo illuc, vnde digressi sumus) vbi iudex ecclesiasticus potest per seipsum facere executionem in beneficijs, seu alijs bonis, vel in persona, & non indiget auxilio secularis potestatis, nō est necessaria aggrauatio excommunicationis, & improprie dicitur brachium seculare inuocari: cum magis conueniat, propriumq; sit immediate decernere mā-
55 datum executiuum. † Verumtamen, vt vniformis esset procedendi modus, ad euitandamque veritatis confusionem (vt ego quidem existimo) in huius obligationis executione media quædam via fuit electa: nam præteritis à publicatione supradicta decem diebus, vno eodemq; cōtextu reus citatur ad vidēdum excommunicationē contra se fulminatā aggrauari, & reaggrauari, litterasq; aggrauatorias, & reaggrauatorias, vsque ad inuocationem auxilij brachij secularis inclusiue decerni, & concedi; & ita in termino citationis omnia simul decernuntur, & conceduntur reproducta prius publicatione litterarum declaratoriarum: & super tali decreto conficitur instrumentum, cuius virtute postea proceditur ad realem executionem. Quæ omnia ex peruulgato ipsorum instrumen-

men-

mentorũ contextu facile intelligi, & cognosci possunt.

56 † Si obligatio facta sit cum susceptione censurarum, & mandati executiui, de qua sæpe superius locuti sumus, & quo iure illius vsus possit sustineri, vt puto docuimus, tunc dato eius instrumento authentico, & liquido, & (si per alium notarium, quam per illum, qui futurus est actuarius, sit rogatum) recognito, non requiritur alia citatio, nisi in ipsa obligatione (prout multi cautius agentes, dum se obligant, poni volunt) dictum fuerit, quòd debeat procedi citatione præmissa, sed immediate creditor petit, obtinetq; extrahi, & sibi dari instrumentum censurarum, & mandati executiui. Attamen ex vrbanitate interdum pro rerum, & personarum qualitate iudex mandat citari debitorem ad satisfaciendum, aliàs videndum extrahi, & concedi censuras, & mandatum exe-
57 cutiuum. † Circa hanc formam contingit aliàs hoc dubium. Creditor non recordatus ab initio clausulæ susceptionis censurarum, & mandati executiui, tamquam si fuisset simplex obligatio, processit per viam confessionis debiti, & obtinuit literas declaratorias: sed antequã decretum esset brachium seculare, debitor vt frueretur dilatione 30. dierum suscepit in se censuras, & mandatum executiuum, secundum ea, quæ dicta sunt superius. §. sed ijs qui vere. Quod videns creditor, & animaduertens censuras esse susceptas in obligatione, instabat illas cum mandato executiuo simul extrahi, & sibi concedi, non expectato lapsu termini triginta dierũ. Disputabatur quid esset agendum, fuit resolutum, ꝙ censuræ, & mandatum executiuum extrahi, & concedi debeant, per ea quæ dicit Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quan. iud. & Ias. in l. nulli. C. de iud. col. pen. & facit Roman. consi. 133. & quædam apostilla ad Alex. in l. rescriptum. §. si pacto. in versi. liberasse. ff. de pact. & quod dicit Bal. in l. qui legati. C. vt in poss. leg. Præsertim quia hic non mutatur forma procedendi, sed intentatur remedium, per quod iudicio perfecto reus cogi possit soluere: quo casu vno remedio electo, aliud quoque intentari potest per iura præallegata.

# SVMM. QVAEST. POST PROCES- sum incidentium.

1 *Si obligatio non habent solutioni facienda diem adiectum, & processum sit contra obligatum, aliter non monitum, confessato debito per procuratorem, ita obligatus non tenetur actori soluere expensas.*
2 *Processus contra absentem debitorem vigore instrumenti obligationis aliunde allati, & non recogniti, inualidus est*
3 *Metus iniusta excommunicationis soluentem excusat, vt repetere possit, iusta non excusat.*
4 *Sponte soluenti, cui competebat releuans exceptio, non admissibilis tamen contra obligationis Cameralis executionem datur repetitio.*
5 *Distinctio soluentis ante latam sententiam excommunicationis vel post, vt repetere possit.*
6 *Protestatio, quòd soluatur metu excommunicationis, & per iniurij & animo repetendi caute adhiberi solet.*
7 *Appellatio ab executione obligationis Cameralis in vniuersum non admittitur.*
8 *Appellatio etiã à mero executore interposita tenet, ad finẽ, vt cã appellationis deuoluatur, & deferatur ad superiorẽ.*
9 *Executor non tenetur probationes admittere.*
10 *Quando detur commissio cum clausula sine praiudicio legitima executionis.*
11 *Remedium contra iniustam executionem inuentum.*
12 *Appellatio ab excessu in exequendo aliàs licita, in executione obligationis Cameralis, nõ conceditur, & qua ratione.*
13 *Qua ratione appellatio non impedit executionem.*
14 *Excommunicatus potest opponere exceptionem nullitatis processus etiam ad impediendam executionem per viam exceptionis qua notoria sit, non per viam actionis.*
15 *Absolutus ab excõmunicatione dato illi termino ad satisfaciendum, quando reincidat, vel denuo excommunicandus sit, elapso termino & non satisfacto.*
16 *Auditor Camera ante festa Paschalia absoluit excommunicatos, vt possint sumere Eucharistiam.*
17 *Absolutio ab excommunicatione quomodo concedatur, vt reductio in pristinam excommunicationem necessaria non sit.*

18 *Excommunicatus quamuis postea satisfaciat elapso termino dato, indiget formali absolutione.*
19 *Remedium ne quis habens exceptionem certam, absens excommunicari possit.*
20 *Agere quis potest contra inuitum, vt per iudicem declaretur illum non teneri.*
21 *An recuperare possit possessionem debitor, in quam ad exequendã obligationẽ Cameralem immissus fuerit creditor.*
22 *In pignore pretorio, immissione facta ex primo decreto quando recuperari possit possessio.*
23 *In pignore iudiciali an, & quando possessio recuperetur.*
24 *Immissio in possessionem virtute obligationis Cameralis, cui pignori aequiparetur pretorio ne, an iudiciali.*
25 *Quando immissus in possessionem efficiatur possessor, vt lucretur fructus, & ei competant interdicta possessoria.*
26 *Post immissionem curandum est, vt quam primum pignora capta per subhastationem vendãtur, & satisfiat creditori.*
27 *Vigore obligationis hypothecariae fieri potest immissio etiã in omnibus bonis hypothecatis quantumcunq; debitę summa valorem excedentibus: aliàs pro mensura tantum debiti declarati.*
28 *Vsus Curię in facienda subhastatione bonorum.*
29 *Iudicialia pignora sine solemnitate subhastationis vendi non possunt.*
30 *Quando creditor ad licitandum pignus admittatur, & quando eidemmet adiudicetur.*
31 *Quo pacto, & ordine subhastationes in curia fiant.*
32 *Immissus nulliter ob minus solemnem immissionem in bonis debitoris, potest vti iure retentionis.*
33 *Executio facta non praecedente conuenienti liquidatione, est nulla, & quare.*
34 *De triplici incertitudine circa obligationem.*
35 *Processus factus pro maiori summa quàm deberetur per viam confessionis per procuratorem, redditur nullus.*
36 *Excommunicationis sententia est indiuisibilis, ita quòd pro parte non potest sustineri, & pro parte irrita esse.*
37 *Qui nulliter processit ad publicationem excõmunicationis contra debitorem, is tenetur actione iniuriarum debitori.*
38 *Quid si pro minori summa processum sit, quàm debeatur.*
39 *Si qs obtinuit sequestrũ postea egit p executione obligationis Cameralis, ẽs cautione pstita nõ relaxatur seqstrũ, de*

 nec

*nec ei satisfactum non sit, aliàs secus.*

40 *Excommunicatus per confessionem debiti factam ab aliquo ex procuratoribus generaliter constitutis in obligatione Camerali, licet ignorans est inhabilis ad beneficia.*

41 *Ratio, & modus quo uti debet quis, ad obtinendam executionem immediate super bonis, uel iuribus hypothecatis iuxta pactū pignoris, & preclarij in obligatione appositi.*

42 *Remedium, ne creditor indebite possessionem bonorum debitoris obligatorum iure pignoris ingrediatur:*



1 EX † dictis, processu ad finem perducto, consequenter ponentur nonnullæ quæstiones, quæ postea possunt occurrere, veluti, si obligatio non habeat solutioni faciendę diē adiectum, & processum sit contra obligatum aliter non monitum confessato debito per procur. vt moris est, An ita obligatus teneatur actori soluere expensas? Censerem negatiue respondendum esse, auctore Abb. in c. licet, col. 2. versi. & inquantum. Bal. extra de simon. & ibidem Felin. colum. 3. vers. in glo: verbi inscri-
2 ptio. † Item si fuerit contra debitorem absentem processum vigore instrumenti obligationis aliunde adlati, & non recogniti, an propterea processus dici possit esse inualidus? Et aliàs in facti contingentia resolutum fuit affirmatiue, per ea quę adducta sunt in pręcedenti particula. §. quærat fortasse hic aliquis. vbi locuti sumus de extēsione facienda obligationis, quibus addi potest etiā Staphileus in tractatu litterarū, vbi loquitur de illarum durabilitate. fol. 108. primæ impressionis. ver. ideo autē dixi. nam hic quoque dici potest iudex ante rocognitionem instrumenti facultatem suam ignorare. Item pone quòd obligatus habens aliquam releuantem exceptionem, quæ tamen contra huius obligationis executionē (secundum superius dicta) non sit admissibilis, sponte soluat, an detur ei postea repetitio; tanquam indebite soluti, iuxta vulgare dictum, solue, & repete, de quo in c. debitores. de iureiu. cum huic obstare videatur spontanea solutio. ff. de re iu. Cuius per errorem. & de condic. indeb.

indeb.l.1.& C.eod.tit.in l.indebitum. & ponit late Ias. in l.1.ff.de cond.ind. vbi facit duas regulas, vnam quòd soluens per errorem indebitum reperit per cond. indeb. Alterā q soluens scienter indebitum, non potest repetere, quia censetur donare, & vtrique addit plures limitationes. Sed quantū attinet ad propositum nostrum, puto esse attendēdum, quòd duplex est hic metus debitori nō soluenti imminēs, periurij videlicet, si obligatio sit iurata, & excōnis contra eum proferendæ, si non soluat. De metu periurij habetur per glo.& Doct. in d.c. si debitores. quod ponit Ias. vbi supra in secunda limit. secundæ regulæ: & de metu excōnis per Io. And. & alios post eū in c.cū dilectus.qđ met.cau. & in c. olim.de restit. spol.
3 †qui distinguūt inter iniustam & iustam excōicationē,
4 ita vt iniusta excuset, vt ibi videri potest. † Et secundum eam distinctionem curia seruat, q si vere competebat exceptio, sicque in effectu erat indebitum, & excōnis & periurij per se metus excusent, ne spontanea solutio postea repetenti obstet. Ratio est illa, quia hic videtur soluens facere necessitate adactus, in necessitatibus aūt nemo cēsetur esse liberalis.l.rem legatā.in fi. de adim.leg. & vbi potest sumi alia præsumptio, nunquam præsumitur donatio.l.si cū aurum. & ibi notat Bar.ff. de solut.l. eleganter.§.qui reprobos.vbi Bart. ff.de pig.act.Ias.in 4. limit. dictæ 2. regulę. Et in hanc sententiam conuenit etiam Canarius in 54.q. sui tractatus, qui videri poterit,
5 quia loquitur docte & eleganter.† Multum aūt interesse vi detur, an solutio fiat ante latam sententiam excommu nicationis, vel postea, nam si fiat antea, tunc est omnino locus distinctioni suprascriptæ, posset necne soluens iu ste excōicari, & potuisset necne audiri disputando esset ne debitum an non? Si vero præcedat excommunicatio solutionem, tūc si sit rite lata & valida sicque iusta sit ex ordine & animo proferentis, licet iniusta ex causa, videlicet quia debitū non esset iure soluēdum, vel factum im plendum, inducit iustum metum, vt late probat Roma. consi.369.circa primum propositæ.vers. Quo ad secun-
6 dum quo quæritur, &c. † Si autem esset nulliter lata; id

quod

quod Romanus dicit ex ordine, & animo pferentis esse iniustam, tunc quia in effectu non esset excõmunicatio,
6 non excusaret. † Cauti tñ procuratores ad vitandũ difficultates curãt eiusmodi solutiones fieri cũ expressa protestatione ꝙ soluitur metu periurij, vel excommunicationis, aut ẽt vtriusque, & animo repetendi. De cuius & similiũ protestationum validitate nõnulli dixerunt esse tex. in c. Cumana de elect. & quæ ponit Bar. in l. non solum. §. morte. vbi tractat de protestatione declaratoria voluntatis protestantis. versi. Circa secundũ. prope fi. dicens, ꝙ vbi obligatio re contrahitur, sufficit ꝙ protestatio fiat parti, non tamen requiritur illius consensus expressus, sed satis est si nõ cõtradicẽdo taceat. videtur. n. eo modo actus celebrari. all. l. 1. & 2. ff. de solu. & discutit firmatq; late, & eleganter Io. Ant. Rubeus in rep. d. §. morte. carta 15. vers. Sexta colligitur conclusio. Mihi tñ visum est magis cõuenire casui præsenti sequens ibi immediate positum membrũ distinctionis Bartholi, dum vult, quòd quando eiusmodi protestatio fit super aliquo actu ex quo non inducitur proprie obligatio, sed aliud præiudicium generatur, debeat quidem protestatio fieri parti, sed eius consensus non requiritur, per tex. l. codicillis. §. 1. de leg. 2. & l. debitor. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. quod dictũ elegãter ibi explicat, & ab obiectis defendit Ormannotius ĩ sua repet. ver. vltima cõclusio. An ab huius obligationis executione interposita appellatio aliquid operetur, & quid? Articulus est satis disputatus per glo. & Doct. in l. ab executore. C. quo. app. non rec. & in l. ab executore ff. de appellat. quorum disputa
7 tionẽ nõ recito. † quia in specie nostrę obligationis, absolute loquendo, non admittitur appellatio, per ea quæ adducta sunt superius in præcedẽti particula. §. de quarta ẽt quæstione. vers. Sed an saltim à tali, &c. quod tamẽ declaro in hũc modum, videlicet, ꝙ nõ liceat appellare ad finem, & effectum impediendi executionem, & ipsius executoris processum, † sed quo ad effectum, & fi-
8 nem vt sine impedimento, & præiudicio excommunicationis ipsa causa appellationis deuoluatur, deferatur-
que

que ad superiorem, tenet appellatio, etiam à mero executore interposita, vt not. Specul. in tit. de act. seu petit.
9 §. super petitionibus. versi. Sed quid si ante. † vbi etiam concludit non suspendi, nec reuocari executionem, ex eo quòd appellans obtulerit exceptionem incontinenti probare, quia executor non tenetur probationes admittere; & sic non impeditur, nec reuocatur executio, nisi demum coram Iudice appellationis probata veritate exceptionum, & iniustitia executionis: quod etiam not. Inno. de elect. cap. cum inter canonicos. & Ant. de But. in cap. dilecto. de appell. col. 1. & ibi Phili. Fran. in vlt. nota.
10 † Et secundum hæc inoleuit stylus signaturæ, quòd vbicunque petitur commissio causæ similis appellationis, additur clausula: sine præiudicio legitimæ execu-
11 tionis. † Hoc ergo est vnum ex remedijs contra iniustam executionem inuentis, vt interposita appellatio coram Iudice appellationis verificetur, & subinde per eũ iudicem executio facta reuocetur. Limitari etiam solet vniuersale pronunciatum prædictũ, quòd ab executione non recipiatur appellatio, nisi in ipsa executione modus excedatur, quia tũc ratione excessus licita est appellatio, secundum omnes Doct. in locis superius citatis:
12 quæ limitatio, quamquam de iure sit vera, † tamen in facto huius executionis nostrę non habet locum, nec signatura dat eiusmodi appellationum commissiones, nisi cum dicta limitatione sine præiudicio legitime executionis, quod quidem iudicio meo habet eãdem rationem, quam ipsius principalis appellationis reiectio. Nã iuxta superius dicta si non proceditur (prout non proceditur) ad confessionem debiti, & ad executionem, nisi prius facta liquidatione, & liquidatione præcedente subsequitur debiti confessio, quæ præcedit executionem, dici vere non potest quòd iudex excedat: modum, cum det executionem duntaxat pro summa, per partem, seu eius procuratorem cũfessata. Libet hic addere aurea verba Gem. consi. 99. Paulo post principiũ, qui melius quàm alius, quẽ ego viderim, docet rationẽ,
quam

13 † quamobrem appellatio non suspendit executionē: inquit. n. Appellās ab executione directe, vel indirecte nihil agit regulariter, quia non suspendit id à quo originatur executio: dat. n. talis appellans liberum antecedens à quo dependet executio, & negat consequens ex illo. §. executionem iudicati: hoc casu appellatio non prodest, & iste est casus de appel. constitutus. vbi non fuit appellatū à confirmatione, sed ab executione cōfirmationis, propter quod ibi fuit appellatio repulsa: nec admittitur per viam exceptionis, licet postea agere possit. Et ista est cōclusio Io. Mon. & Io. And. in c. cum venerabilibus. §. porro. de sen. exc. lib. 6. vt ibi ponit Io. And. super gl. primo diffinitiuam. & idē repetit Io. Mo. eo. tit. is cui. §. fi. dicēs, ꝙ dū erat Vicecancellarius, multas litteras cassauit, in quibus narrabatur esse appellatū nō à prouisione,
14 sed ab executione prouisionis. † Excōicatus ob non implementū huius obligationis, an audiatur opponens nullitatem excōnis & processus? Ex ijs quæ Doct. tractant potissimū in c. significarunt. de excep. sumpta est obseruantia curię, ꝙ si velit agendo intentare iudicium nullitatis, antequā sit facta executio, non audiatur, prout nō auditur quacunque actione volens recōuenire actorem: sed si velit opponere nullitatē per viā exceptionis, quæ quidē exceptio sit notoria, tunc audiatur etiā ad impediendū executionem; ita post Io. And. Butr. & Imol. tenent ibi Abb. & cum eo Barbatia allegans Bar. in l. de pupillo. §. fi. ff. de no. op. nūc. & Fel. col. pen. vers. inquantū. Io. And. reprobatis Ostien. & Bal. qui cōtrarium senserant, & pro dicta opin. communi, & stylo curiæ facit Rota in consi. 453. fuit dubitatum, vtrum in causa, quæ est sub titulo de except. 7. & sic poterit esse tertium remediū, vt si processus sit nullus, opponatur nullitas per viam exceptionis ad impediendum executionem.
15 † Titius præuia confessione debiti excōicatus nisi infra tres, aut etiam posteaquā non facta infra tres dies solutione declaratus fuerat, comparens obtinuit absolui ab ea excommunicatione, quia promisit omni exceptione remota satisfacere creditori infra certū terminum,

puta

puta 20. dierum, quod tamen non fecit; quæsitum est si per solum lapsu temporis reincidat in excõicationem pristinam; an vero de nouo sit excõicãdus? Quęstio hæc non est huius nostri tractatus propria, magis quàm omnium specierum, quibus sint aliqui excõicati. Attamen quia & in hac specie facile potest contingere: visum est operæ pretium fore, ne prætermitteretur; formata est autem in decis. 399. & 490. in nouis. & deciditur distinctim, ita videlicet, vt reincidat ipso iure, si erat excommunicatus à canone. c. eos. de sent. excom. lib. 6. sed si erat excommunicatus ab homine, debeat per eundem iudicem in eandem sententiam reintrudi; quod not. Io. Mo. in d. c. eos. & glo. cle. 1. in ver. donec. de decim: Sed hoc quoque secundũ huius dist. membrum intelligendũ est, vbi absolutio facta est pure cum promissione, vel iniunctione satisfactionis, secus vbi absoluentis intentio apparet fuisse limitata ad tempus, siue tacitum, vt si quis absoluatur, vt possit testificari in certa causa, vt possit
16 canonicus interesse electioni; siue expressum, † vt sępissime facit Auditor cameræ, qui ante festa paschalia absoluit excommunicatos vt possint sumere sacrã Eucharistiam, vsque ad octauam paschatis, quod bene probatur ex ijs quæ ponit Fel. in c. ad reprimendum. versi. reduce
17 re non omittas. de offic. ordin. † Qui autem cautius agere, atque has difficultates faciendæ nouæ in pristinam excõnem reductionis vitare volunt, curant vt aduersario excommunicato detur absolutio per hæc, vel similia verba, videlicet; Absoluimus te, dummodo intra 20. dies ꝓximos satisfacias, alioqui lapsis 20. diebus in eandem excommunicationem, siue (si vlterius erat processum) in easdem censuras reincidas ipso iure, & facto.
18 † Excõicatus autem post lapsum termini adiecti satisfactioni veluti cum dicitur; nisi infra tres, etiã quod postea satisfaciat, indiget formali absolutione, nec per solam satisfactionẽ censetur absolutus, not. glo. in cle. 1. in ver. donec. de decim. & in clem. 1. ver. obtinere. de consanguin. & affin. Fel. in c. 1. col. 1. de iudic. Consultus fui ab amico, qui erat sub hac forma obligatus, sed

defendi poterat exceptione certa, recessurus autem ab vrbe verebatur ne absens non citatus, & ignorans facta per procuratorem confessione debiti excommunicaretur, cupiebatque occurrere, ne posset absens propterea
19 excommunicari. † consului quòd antequam discederet, imploraret officiũ ipsius Auditoris Cam. vt declararet ne posset ab illo aduersario inquietari: & ita factũ est, secundum doctri. Bart. in l. 1. §. 1. col. 2. versi. item aduerte. ff. quod vi aut clam. & in l. si societatem. §. arbitrorũ. col. 3. versi. Quæro quo iure. ff. pro soci. ponit post alios Feli. in cap. vt autem. in fin. de rescri. vbi reprobata sententia Imolæ, & Salic. firmat communem esse opin.
20 † quòd licet non possit quis inuitus compelli ad agendum, tamen ob exceptionem, quam habeo, possum agere cõtra te inuitũ Iudicis officio implorato, vt declaret me tibi non teneri. In fine secundę quæst. primæ partis, inter alios effectus resultantes ex differentia, quæ est inter nostram formulã ac guarentigiã, confessionatumue instrumentum, diximus esse illum, quòd hypotheca vigore huius simpliciter factæ obligationis constituta nõ habet vim pignoris iudicialis, sicut habet contracta vigore guarentigiæ, confessionatiue instrumenti, aut etiã huius obligationis cum censurarum, & mandati executiui susceptione stipulatæ, sed remanet vt simplex cõuẽtionale pignus propter clausulam obligationis omniũ bonorum, de qua superius dictum est. Ex illa conclu-
21 sione deciditur alia not. quæstio huiusmodi. † Facta est in executionem huius obligationis immissio creditoris in possessionem bonorum debitoris absentis, deinde cõparet debitor, & petit restitui sibi tenutam, reficiendo
22 expẽsas, & cauẽdo de iudicio sisti, an sit audiendus? † Et quidem in pignore prętorio, quando est facta immissio ex primo decreto non præcedente re iudicata, debitor intra annum in reali, & intra 30. annos in personali potest recuperare tenuta, reficiendo expensas, & canendo de iudicio sisti: iuxta authẽ. ei q. iurat. C. de bonis auct. iud. possi. declarãdo secũdũ Bar. ĩ l. si finita. §. Iulianus. col. 4. vers. Procedo vlterius, & ibidẽ Alex. col. 16. vers.
Item

Item adde in quantum Bar hic tangit infra quantū tem
23 pus.ff.de dam.infect.† Sed in pignore iudiciali, videlicet quando facta est immissio pro executione sentētiæ, non auditur reus volens recuperare tenutam, licet offerat expensas, & cautionem prædictam: Sed oportet si vult recuperare pignus, vt soluat illud, in quo est condemnatus. ita not. Bart. in l. properandum. §. fin autem. C. de iudic. & ibi Bald. & Sali. & Alexan. & Ias. Itaque solutio propositæ quæstionis dependet ab eo, vt dignoscatur cui ex dictis pignoribus æquiparetur hæc nostra immissio, prætorio, an iudicialis; & determinatio est fa
24 cilis, † quia antequam facta sit confessio debiti, nihil aliud est quàm pignus cōuentionale, non traditum, sed constitutū ex clausula illa generali obligationis, & hypothecæ omnium bonorum, &c. cum autem facta confessione proceditur ad immissionem, proculdubio pignus vigore talis immissionis captum æquiparatur pignori iudiciali, vt not. Bar. in l. cum vnus. in fin. princ. ff. de bon. auct. iudic. possid. confirmat Negusan. in tract. pignorum. nume 3. membro tertiæ partis princi-
25 palis. † Ex qua decis. sequitur declaratio aliorum effectuum prouenientium ex dicta immissione, veluti si quæratur an ita immissus efficiatur possessor vt lucretur fructus, & ei competant interdicta possessoria, vti possidetis. & vnde vi. an non? in qua quæstione distinguendum est, prout faciunt Doct. in l. 5. §. fin. ff. de acquir. poss. in c. cōtingit. de dolo, & contu. & in alijs locis, vbi tractāt materiā primi, & secūdi decreti: quibus in locis, & Negusan. in dicto tract. in secūdo mēbro tertiæ partis præsertim in 5. & 6. q. in sūmā recolligēdo triformē faciunt huius immissionis ex primo decreto effectū, vt in psona li immissus non efficiatur vnquā possessor, ēt si p executione rei iudicatæ, aut vigore instrumenti guarentigiati sine hypotheca fiat immissio: Sed dū taxat efficiatur detētator, cui tamen cōpetat officiū iudicis p illius suæ tenutæ recuperatione, in reali efficiatur possessor intra annum reuocabiliter, post annū irreuocabiliter, ita quòd in vere reali post annum lucretur ēt fructus à die factæ

immiss-

immissionis,in hypothecaria non lucretur fructus, sed in vtraq; cōpetant præter dictum iudicis officiū ēt possessoria interdicta. Cum autem nostra hæc obligatio habet generalem illam hypotechā,& immissio fiat in executionem debiti confessati, tenendum est quòd in actione personali, facta immissione in bonis debitoris hypothecatis, immissus efficiatur quidem possessor, sed non
26 faciat fructus suos. † Et ideo cauti actores post factam immissionem, cum mora nō possit creditori afferre fructum, curant vt quam primum pignora capta per subhastationem vendantur,& de pretio sibi satisfiat: vbi autē est actio realis,immissio facta in ipsa re debita,illico parit oēs prædictos effectus. Ille quoq; pręcipuus est dictæ clausulæ generalis hypothecæ effectus,quòd licet regulariter in personalibus actionibus immissio non possit hodie fieri in bonis debitoris, nisi pro mensura debiti declarati,vt C.de bon.auct.iud.possid.auth.&qui iurat.
27 & ff.ex quibus ca.in poss.ea.l.1. † Huius tamen nostræ obligationis vigore,quemadmodū in qualibet hypothecaria fieri potest missio indiscreta ēt in omnibus bonis hypothecatis quantūcunque debitæ summæ valorē excedentibus,vt not.glo.pen. in l. eum qui. C. de procur.
28 † Itaq; habet Curiæ vsus,quòd pro qualibet parua summa fiat immissio:& deinde subhastatio bonorum qualibet magni pretij sub dicta hypotheca cōprehensorū, & ex pretio satisfiat creditori,relicto residuo pro ipso debitore:quod tamen humaniter intelligendū est,vt sit cū minori quam fieri possit, debitoris iactura; si enim existat vnum(puta)prædium rusticū,ex cuius subhastatione possit summa debita,vel aliquid amplius redigi,non
29 patitur Iudex alia per subhastationē distrahi.† Dixi aūt per subhastationem;quia iudicialia huiusmodi pignora vendi aliter non possunt,nisi interueniat solemnitas subhastationis,quæ solemnitas cuiusmodi sit, habetur in l. ordo C.de execut.rei iud. & in l.2. & fin. C. de fide instr.& iure hastæ fiscal. Et ponit magistraliter Fabianus in tract empt.& vendit.in quinta parte q.3.versi.sequi-
30 tur de solemnitate subhastationis. † Quibus in locis etiam

cis ēt determinatur, ꝙ si per subhastationem non inuenitur emptor, aut inuenitur, sed non offert precium iustum pōt ipse creditor ad licitandum admitti, eoque iustum precium offerente, pōt ei, tanquā extraneo pignus vendi. tex. est & ibi Bal. & Sal. in l. 2. C. si in cau. iudi. pig. ca. sit. Quòd si nec ipse creditor licitari velit (inuitꝰ eñ nō cogitur) pōt ei pignus per iudicē adiudicari. l. fi.
31 C. eod. ti. & ibi Docto. prænominati. † Curiæ vsus circa subhastationem ita se habet: Postquam creditor vigore mandati executiui per executorem immissus pignus accepit, citatur debitor ad videndū per Iudicem mandari consignari pignus Cursori ad effectum illud subhastandi, quo peracto Cursor inquirit pro inueniendis emptoribus; & facta aliquod diebus cōuenienti diligentia, describitisq; per ordinem temporis nominibus illorū, qui obtulerunt se empturos, & quantum preciū vnusquisq; illorum obtulerit, tandem omnia Iudici in actis causæ refert. Qua relatione facta iterum citatur debitor ad videndum deliberari rem subhastatam plus offerenti, & recipiendum si quid reliqui erit ex precio, faciendumq; debitam quietantiam, alioqui videndū illud deponi penes notarium, vt stet periculo suo: cuius postremę citationis relatione facta, iudex deliberat, idest adiudicat rē plus offerenti, cum termino triginta dierum ad reluendum illud, idest, vt si debitor intra illos 30. dies soluat, res sit inempta, perinde ac si non esset subhastatio facta.
32 † Erat facta immissio creditoris in tenutam prædij debitoris, ꝙ continebatur generali huius formulæ hypoteca, sed fuerat inordinate, ac minus solemniter processum, ita quòd immissio erat nulla, seu annullanda, & creditor nihilominus volebat vti iure retētionis, nec dimittere p̄diū: fuit determinatū posse retinere: p doctr. Bald. in l. fundus qui Lucij Titij, in lect. anti. ff. de rescind vēd. p tex. & gl. ibi, quā doctr. refert & cōprobat Negusant.
33 in dicto tract. in dicto 2. membro 3. par. q. 10. † Superius vbi de liquidatione tractatū est, ad hunc locū reseruata fuit illa quæstio. An executio facta non p̄cedente cōuenienti liquidatione sit nulla, nec ne? sup qua indifferen-

ter dicendũ esse arbitror nullã esse executionẽ: nam cũ triplex incertitudo sit, quã liquidari debere cõtingit, vt
34 diximus, ibi, ver. Tertia q. videlicet, † si obligatio sit q. dẽ pura, & ad esse tpe cõtractus deducta, vt in ꝓmissione damnorũ, & interesse, & similibus, vel hẽat in se cõditionẽ tacitã, siue expressam, vel nõ sit obligatio in esse deducta, sed ꝑ liquidationem deducenda, veluti si promissum est aliquid nõ facere sub pœna mille, ita ꝙ ipsa mille deberi non possunt, nisi p̃cedat factũ contrariũ, in vnaquaq; specie nõ facta ante confessionẽ debiti liq̃dationẽ concurrunt & mandati & iurisdictionis defectus: nõ põt. n. ꝓcur. confiteri aliq̃d certum de ea re, sup qua nihil sit ꝓbatum, & non p̃cedenti valida, & certa cõfessione, iudex non põt super illa fundare p̃ceptum, & exe-
35 cutionem suã. † Si detegatur fuisse confessatum debitũ, & ꝓcessum ad excõnem, & executionem ꝑ maiori summa, quàm re vera dẽrẽt vltra pœnas de iure contra plus petentes ordinatas, Inst. de act. §. plus petit. p̃terea ẽt ꝓcessus redditur nullus, q̃a deficit mandatum procuratoris confitentis non debitũ, cũ sit constitutus ad confiten
36 dum solummodo id q̃d debetur. † & q̃a excõnis sententia est indiuisibilis, ita ꝙ nõ põt sustineri ꝓ parte, & irrita esse pro parte. l. in hoc iudicio, & ibi no. ff. fam. ercisc. Cy. & Bal. in l. 1. C. de errore calc. Bar. in l. 2. C. de re iu. in l. fi. ff. de iurisd. om. iu. Abb. & Fel. in ca. cum inter. de re iud. At si ꝓcessum sit pro debito iàm soluto, punitur amplius talis assertus creditor crimine stellionatus. l. si
37 fideiussor. §. in oĩbus. iuncta ibidẽ gl. ff. mandati. † Q̃d si processum in proxime dictis casibus contra debitorem ad publicationem excommunicationis, tenebitur ei creditor etiam actione iniuriarum, quam sæpius agitari vi-
38 dimus. † Si autem processum sit pro minori summa, quã esset debita, processus valet, poteritq; creditor nihilominus residuum petere, etiã nulla de petendo residuo præmissa protestatione, nisi forte petierit nomine residui, vel cum dictione taxatiua. §. si minus. Inst. de actio. & ibi Io. Fab. & Aret. & Guido Papæ decisi. 177. fuit etiã con
39 clusio. † Communis, notaque est iuris dispositio, ꝙ seque-

questrum cum sit contra regulas iuris remedium extraordinarium, etiam licite factum tollitur contrario satisdationis remedio. l. si. C. de ord. cog. notant omnes Doc. in l. 1. C. de proibit. sequest. contigit aut ꝙ habens debitorem hac formula obligatum, suspicatus ne certæ illius pecuniæ, aut alia bona dissiparentur, aut absconderentur, obtinuit illa sequestrari, & deinde producto instrumento instabat pro executione obligationis, debitor autem offerendo cautionem petebat sequestrum relaxari: decisum fuit sequestrum non esse relaxandum: rō decisionis fuit, quia sequestrum non erat simpliciter narrato debito, aut ob litem agitandam factum, sed pro effectu faciendæ executionis: quo casu non releuatur sequestrū: sed opus est solutione. l. si. pecuniæ. §. fin. & ibi Bar. ff. vt in pos. leg. & idem Bar. in l. consentaneum. C. quō, & qn̄ iud. ponit, & comprobat Cur. in tract. sequestr. q. 14. in
40 2. limit. † Ignorans excommunicatus mediante confessione debiti per vnum ex procuratoribus generaliter in hac formula constitutis, nihilominus est inhabilis, vt ei cōferri possit beneficiū, in aliquibus tn̄ pœnis talis ignorans differt ab eo qui scit se excōmunicari: qua de re videndus est Cassad. de præb. decisi. 1. & Aegid. decisi. 66.
41 ver. Et hinc est. † Superest vt ponamus practicam obtinēdi executionem immediate sup bonis, vel iuribus hypothecatis, iuxta pactum pignoris, & ꝓcarij ꝑ nos in noua formula additum ibi. Cum pacto nihilominus adposito & solēni stipulatione vallato, &c. quæ via plerunq; est magis expedita, nempe sine dispendio moræ ꝓcedendi suprascripta via censurarū. Pōt autē eius pacti vigore ꝓcedi, vel sine nullo iudicis ministerio, & tunc satis est vt creditor volens ingredi rē obligatā, corā notario & testibus reuocet ꝓcariū, & declaret se velle ingredi, & possidere vigore dicti pacti, & deinde ingrediatur. Et si vult occurrere ne deinceps debitor eandem possessionem recuperet, aut se super illius continuatione molestet, adeat competentem iudicem, & ab illo obtineat inhibitionē, cum clausula, si senserit, &c. secundum doctr. Innocen. in c. in ꝓsentia. de prob. & Bald. in c. ad hoc. ad fin. tit.

de Allodijs, in vsib. feu. & in l. fi. col. 2. ver. est notandum. C. de edi. diui Adr. & quæ cumulat Fel. in d. cap. in præsentia. col. fi. versi. Postremo super hac, & in rub. de tregua, & pace. col. fi. ver 9. declaratió. Vel etiam, si sit formido rixæ, & scandalorum, ad illa vitandum procedi potest adhibito iudicis ministerio, quod etiã dupliciter implorari potest: vno mó si quis petat se induci, & immitti in possessionem, qui tamen non est bonus modus, quia requirit petitionem in scriptis redactam cum citatione partis, & aliquali causæ cognitione: altero modo, si duntaxat petatur, vt Iudex det sibi ex sua familia, qui eum associent, dum ingreditur propria auctoritate ad euitandum rixam: & hic modus est melior, quia non requirit citationẽ partis, neque aliam causæ cognitionem nisi tantummodo, vt ostendatur Iudici instrumentum cum pacto huiusmodi. Et est mirabilis virtus dicti pacti quia exerceri potest, quantumcunque res transierint ad tertios possessores, etiam illis non citatis, & non facta aliqua crediti liquidatione. Sustinentur autem singulæ ipsius pacti clausulæ, ac etiã triplex à me hic posita practica, per dicta Bar. & Doct. sed potissimum Saliceti in l. creditores. C. de pign. redacta breuiter & docte ad quindecim conclusiones per Negusant. in sępius allegagato suo elegantissimo tractatu pignorum, parte 4. nu.
42 8. cum multis seqq. † Et si debitor habẽs aliquam exceptionem releuantem, puta quia iam satisfecisset debito, vel nondum venisset dies, seu non extetisset, aut defecisset conditio, sub qua facta est obligatio, aut quid simile, formidaret nec creditor iniuste, atque indebite possessionem ingrederetur, velletque occurrere, posset ipse præueniens adeundo Iudicem allegare prædicta, & petere, atque obtinere suprascriptę similem inhibitionẽ, iuxta doct. Innoc. & aliorum superius citatorum. Hoc enim pacto non posset creditor ingredi possessionem, nisi prius citato debitore, & dicta inhibitione reuocata, seu ad viam iuris reducta: & discusso, competat ne sibi executio.

NO-

NOVELLÆ OBLIGATIONIS FORMVla, in qua clausulæ semicirculis inclusæ omnes sunt nouiter additæ.



RO quibus omnibus,& singulis tenẽdis, complendis,& inuiolabiliter obseruãdis, idem A.debitor se ipsum,& suos in posterum hæredes,& successores, ac omnia & singula sua,& suorum prædictorum bona mobilia,& immobilia,præsentia,& futura ( actionesq; & iura quæcunq;,vbicumq; existẽtia)dicto B.præsenti, & pro se suisq; hęredibus,& successoribus quibuscunq; stipulanti,& recipiẽti obligauit,& hypothecauit,ac (tã Reuerẽdi Pr̃is Dñi Episcopi huius Ciuitatis N.& sui Vicarij,seu Officialis)quàm etiam Curiæ causarum Cameræ Dñi N. Papæ, eiusque Auditoris,& illius Locumtenenti,ac omnium, & singularum aliarum curiarum ecclesiasticarum,& secularium(quarumcunq; aliarum Ciuitatum,& locorum)vbilibet existentium,(etiã ipsa Romana Curia distantiorum) iurisdictionibus, coertionibus, compulsionibus, iuribus, rigoribus,solis, & meris examinibus subposuit,& submisit,(promisitque dictam summam soluere temporibus, & modis suprascriptis,& si cessauerit,seu defecerint,voluit contra eum, suaq; bona, iura, hæredes & successores posse procedi, tã in hac ciuitate N.quàm Venetijs,Romę, & vbiq; locorum,ẽt, vt præfertur,distantiorum,siue ibidem ipse A.aut sui hęredes & successores reperiãtur, etiam si reperiantur itinerantes,aut nauigantes, vel quid simile facientes,& ẽt si possent allegare formidinem loci non tuti propter potentiam aduersarij,seu alicuius alterius inimici,aut alicuius Iudicis auctoritatem, siue ibidem non reperiantur. Et renunciauit omnibus, & singulis legibus, exceptionibus, & speciali priuilegio fori, & reuocandi domum,alijsq; prouisionibus, priuilegijs,saluis conductibus,& gratijs,tam factis,q̃ faciendis.Et promittit in cõtrarium aliquã moratoriã,saluum conductũ, inhibitionem,significationẽ, priuilegium,vel gratiã quamcunq;

non impetrare, neq; illis, aut illorũ aliqua, seu aliquo, ẽt Motu ꝓprio Principis, seu aliàs quomodolibet concessis vti, & propterea) ꝑ curias p̃dictas, & earum quãlibet insolidum, tã coniunctim, q̃ diuisim voluit, & expresse cõsensit se, & suos p̃dictos posse, & debere cogi, compelli, constringi, moneri, excõicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachiũ seculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri vno, & eodem tp̃e, vel diuersis temporibus, & ꝑ diuersorum temporum interualla, vsq; ad plenariã, & integram dictorum, tot ducatorum, ac damnorum, interesse, & expensarum occasione p̃missorum, forsan, vt supra dictũ est, faciendorũ, paciendorũ, & substinendorũ satisfactionem. Ita tñ (ꝙ ꝓcessus ẽt ordinaria via seu executiue, in vna ex curijs p̃dictis inchoatus, quo minus in eadem, vel altera ex dictis curijs, ẽt executiue, & simili, vel diuersa, aut diuersis vijs executiuis ꝓcedi possit) non impediat nec retardet, iure dicente, ꝙ vbi Iudicium inceptum est, ibi finem accipere debet (& ꝙ causarum continentiæ non diuidantur. Et ꝙ quis teneatur in ea actione, quẽ intentauit vsq; ad finem litis persistere (& qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrariũ faciente non obstante) cum pacto nihilominus apposito & solemni stipulatione vallato: quòd adueniente tẽpore faciendæ solutionis prædictæ, & ꝑ ipsum A. debitorem ex parte sua promissis non adimpletis, liceat eidẽ B. creditori, suisq; hæredibus, & successoribus, & quibus ipse dederit, vel illi dederint, si & prout eis, & eorum cuilibet placuerit, dicta bona, iura, & actiones, vt supra obligata, & hypothecata, & quælibet illorum sua ꝓpria auctoritate, & sine alicuius curiæ, vel Iudicis licentia, seu decreto, & sine citatione, seu vocatione, ẽt si sibi aliquã resistentiam ꝑ dictum A. debitorem, & suos p̃dictos, aut alios quoscunq; fieri contingeret, atq; etiam ante factã liquidationem, seu declarationem summę, occasione p̃missorum, tunc debendæ, & postea liquidandæ, etiam si opus erit, manu armata ingredi, capere, tenere, possidere, & vsufructuare, ac quicquid sibi, & suis p̃dictis deinceps placuerit facere, donec eidem B. de dicta summa

tot ducatorum, damniśq;, expensis, & interesse prędictis fuerit integraliter satisfactum, cui B. creditori, & suis pdictis, idem A. debitor etiam ex tunc, prout ex tunc, & contra concessit, vt bona, iura, & actiones hmōi, vsque ad concurrentem quantitatem summæ debitæ, ac dānorum, expensarum, & interesse prædictorum possint, si eis placuerit, habere insolutum, cum pactis, & clausulis in similibus dationibus in solutum apponi consuetis. Volens etiam quòd eo casu possint B. creditor, & sui prędicti, bona, iura, & actiones huiusmodi, vsq; ad concurrentem quantitatem pdictam, seu penes se tanquā in solutum data retinere, seu alijs psonis vendere, donare, & alienare, ac de illis, tāquam de rebus suis proprijs p libito suæ voluntatis disponere, etiā si interim bona, iura, & actiones prędictę in toto vel in parte ad alienas manus, & ipsius A debitoris vniuersales, aut particulares, etiam ex causa onerosa successores, & tertios possessores quoscunque trāsierint, lege, canone, iure, vsu, cōsuetudine, & statuto quocunque in contrarium faciente non obstante, quia sic fuit conuentum inter dictas partes, renunciando expresse omnibus, & singulis obstantibus prædictis, & interim idem A. debitor constituit se, & suos pdictos omnia & singula, bona, iura, & actiones prædictas precario nomine dicti B. creditoris, & suorum prædictorum tenere, & possidere, quod precarium liceat ipsi B. creditori, & suis prædictis quandocunque voluerint propria eorum auctoritate, & pro suæ libito voluntatis, per se vel aliū, seu alios reuocare. Promisitq; insuper dictus A. debitor bona, iura, & actiones prædictas non alienare, neque de illis aliquem contractum, distractum, seu alium actum facere, ex quo possit huic obligationi, & contentis in ea præiudicium aliquod generari. Et si aliquid tale fieri contingat, id sit omnino irritum, & nullum. Renunciauit insuper idem A. debitor exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & dictæ summæ per eum, vt præfertur, non habitæ, non receptæ, & non numeratæ, speique futuræ habitationis, receptionis, & numeratio-

nis illius, præsentis cōtractus, non sic, vt præmittit fa-ᵭti, celebrati, & initi, & aliter, aut plus, vel minus fuisse actum, vel dictū, quàm recitatum, & scriptū: & econtra oībusq;, & singulis alijs exceptionibus, & cautelis, quibus mediantibus A. debitor, & sui prædicti contra præmissa, vel eorum aliquā dicere, facere, venire, aut se tueri, quouis modo possent, & specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi pcesserit specialis, & expressa. Et ibidem statim, & incontinenti dictus A. debitor ꝓ maiori cautela, & securitate dicti B. creditoris gratis, & sponte omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, & efficacius potuit & debuit, fecit, constituit, creauit, & solēniter ordinauit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos ꝓcuratores factores, negotiorumq; suorū infrascriptorū gestores, ac nuncios speciales, & generales, ita tñ, ꝙ specialitas generalitati nō deroget, neq; econtra (ēt irreuocabiles & firmiter, ēt post ipsius Dñi constituētis mortē duraturos, quos p aliquā aliam procuratorum constitutionem, aut status ꝓprij ipsius dñi constituentis, & suorum pdictorū mutationem, aut aliū quemcunq; actū, vel modū qui aliàs forsan de iure tacitā, vel expressam reuocationem importaret, reuocari posse nóluit, neq; suspendi) videlicet prouidos viros N. & N. Ciues & notarios huius ciuitatis N. & N. Roman. Curiæ causarum procuratores, ac N. & N. dictæ Curiæ causarum Cam. Apostolicæ Notarios, omnesq; alios, & singulos procuratores, & notarios, qui nunc sunt, & pro tempore futuro erunt, tam in hac ciuitate N. quàm in Rom. Curia, quorum nomina, & cognomina haberi voluit pro expressis absentes, tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum, ita tamen, ꝙ non sit melior conditio primitus occupātis, nec deterior subsequentis, sed ꝙ vnus inceperit, alteri eorū id prosequi terminare, mediare valeat, & finire, ac ad effectum, finemque debitum perducere (etiam post mortem ipsius A. constituentis, & tām eius hæreditate adita, quàm illa non adita, sed iacente, aut etiam ab omnibus repudiata) scilicet spetialiter, & expresse

ad


ad ipsius Domini A.constituentis(suæue iacentis aut repudiatę hæreditatis, aut hæredũ futurorũ respectiue)nominibus, & pro eis omni tpe, & singulis diebus feriatis, & nõ feriatis, in termino solutionis prædictorũ tot ducatorum auri, & post ipsum terminum, & quotiens p̃dicto.B.creditori, ac suis videbit, & placuerit, coram prædicto Auditore, & eius locumtenẽte, & aliarũ curiarum p̃dictarum, officialibus, Iudicibus, seu eorum locũtenentibus cõparendum, Ac ipsum debitum ducatorum auri, ad partẽ & ex parte ipsius, semel & pluries cõfitendũ, & recognoscẽdum, Et ad petendũ, audiẽdum, & recipiẽdũ dicti Dñi constituentis nomine omne pręceptum, omnemq; monitionẽ, condemnationẽ, sententiã, atq; mãdatum, q̃, quod, & quas præfati Dñi N. & alij Iudices, & officiales seu ipsorum locumtenen. & eorum quilibet contra p̃dictum Dñum constituentem, eiusq; hæredes, & successores, ac bona, prędicta facere, ferre, & promulgare voluerint, seu voluerit, & eis sponte acquiescendũ necnon submittendum, & resubmittendum, propterea ipsum Dñum constituentem, ꝑ pręmissis firmiter obseruandis iurisdictioni curiarum prædictarum, & cuilibet earum, & ad volendum, & consentiendum, ꝙ ipsi Dñi, Auditor, & locumtenens, & alij Iudices, officiales p̃dicti in ipsum A. debitorem constitutum excõmunicationis sententiam ferant, ꝓferant, ꝓmulgent, aggrauent, reaggrauent, aliosq; ꝓcessus reales, personales gerant, & faciant, quos voluerint, & dicto . B. creditori placuerit, & visum fuerit expedire, quousq; de dicto debito tot ducatorũ, & expensarum p̃dictarũ sibi fuerit plenarie, & integre, ac realiter satisfactũ, iuxta p̃sentis publici instrumẽti seriem, & tenorẽ, & generaliter oĩa & singula faciendũ, dicendũ, gerendũ, exercendum, & ꝓcurandum, quę in p̃missis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiã quomodolibet opportuna, Promittẽs mihi notario publico infrascripto, vt communi, & publicæ ꝑsonę p̃senti, stipulanti, & recipienti, vice & noĩe oĩum singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomõlibet in futurũ, se(suosq; hæredes, & successores quoscunque)

omni tpe ratum, gratū, & firmum ꝑpetuo habituros totum id, & quicq̄d per dictos ꝓcuratores suos, & eorum quemlibet actum, dictū, factū, gestumue fuerit, & aliàs quomodolibet ꝓcuratum in præmissis. Releuans nihilominus, & releuare volens procuratores prædictos, & quemlibet ipsorum ab omni onere satisdandi, iudicio sisti, & iudicatū solui cum suis clausulis necessarijs, & opportunis, sub expressa hypotheca, & obligatione omniū & singulorū bonorum mobiliū, immobiliū, actionumq; & iurium suorū quorumcunque præsentium, & futurorū, ac sub omni iuris, & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter & cautela. Et præmissa omnia, & singula in præsenti instrumento contenta (quæ partes prædictę, & ipsarum quælibet respectiue vera fuisse, & esse medio iuramento tactis in manibus mei notarij scriptis sacrosanctis affirmauerunt) tenere, attendere, cōplere, ac inuiolabiliter obseruare, & contra ea, seu eorū aliqua non dicere, facere, vel venire de iure, vel de facto, quouis quæsito colore: dictosque procuratores per eum, vt præmittitur, constitutos, aut eorū aliquem, quousq; præfato B. creditori de dicta summa tot ducatorum auri, vnà cū damnis, expensis, & interesse prædictis realiter, plenarie & integre satisfactū fuerit, & permissa omnia, & singula obseruata, & adimpleta fuerint (neq; per se, neq; hæredes, & successores suos prædictos) esse reuocandos ꝓmisit, & conuenit: Ac ad & super sancta Dei Euangelia tactis similiter sacrosanctis scripturis, iurauit. De & super quibus omnibus & singulis, &c.

Attendatur quòd hæc formula composita est, vt inseruiat oīum locorum notarijs: & ꝓpterea Notarij Romanæ Curiæ, qui ea vti volent in instrumentis contractuū, q̄ fient in ipsa Curia, vt in eadem Curia sit adimplendi, poterunt oēs illas clausulas ꝑtermittere, quæ de alijs locis faciunt mentionē. Præterea si obligatio recipietur in Curia per notarios aliorum tribunalium, de quibus dictum est in prima q. ad secundam obligationis particulam, in eadem secunda obligationis particula poterit poni submissio etiam illi tribunali facta.

FINIS.

# TRACTATUS D. BENEDICTI DE BARZIS PERVSINI DE GVARENTIGIA.





ANNIS currentibus M. CCCCXLVII. Cum persæpe, vt otio non succumberem, in præteritis vacationibus ad aliquod opusculum componendum me Benedictum de Barzis de Perusio I. V. D. in hoc almo Ferrariensi studio ius ciuile ordinarie legentem animus incitaret, nihil mihi vtilius, nihil acceptius, atque magis opportunitati accommodatũ reperi, quàm seriatim discutere, & sub condecenti ordine pertractare materiam Guarentigiæ, quam nostri prædecessores ad plenum necubi tractauerunt: quinimmo sparsim, & implicite varijs locis, & ad varia proposita attigerunt. Hac de re super ipsa Guarentigia præsentem tractatum componere institui sub ordine infrascripto.

## DIVISIO TOTIVS OPERIS.



NAM primo tractabo de his q̃ pertinent ad causam formalem atq; materialem ipsius Guarentigiæ. Secundo principaliter tractabo de his q̃ concernunt causam finalẽ, & sic ad q̃d sit vtilis Guarentigia, & de effectibus qui resultant ex instrumento Guarentigiato. Tertio, & vltimo discutiam, an possi excepi contra instrumentum Guarentigiatum, & eius executionem, & quæ exceptio videatur reseruata statuto dictante, quòd nulla exceptio opponi possit; & an licet possit excipi, possit reus se alio remedio defensare, etiam quando statutum vult quòd de nullitate dici non possit.

## Prima pars principalis.

*ET in discussione primæ partis ponam*
*Primo diffinitionem guarentigiæ.*

*Secundo, an intelligatur notario data facultas faciendi præceptum in confessum ex natura sui officij, etiam si non sit creatus iudex chartularius.*

*Tertio, an tale præceptum habeat locum in ficte confessum ante factam declarationem.*

*Secundo, discutiam, an possit peti executio talis instrumenti ante factam liquidationem. Et in discussione istius dubij declarabuntur articuli infrascripti.*

*Primo, quomodo intelligatur instrumentum esse liquidum.*

*Secundo, per quem modum fiat ista liquidatio.*

*Tertio, an requiratur partis citatio quando ista liquidatio fit.*

*Quarto, an requiratur sententia declaratoria liquidationis.*

*Quinto, infra quantum tempus debeat fieri liquidatio.*

*Et his ita declaratis, veniã ad tertiũ articulũ, videlicet, nunqd quãdo fit tale præceptũ, sit opus q̃ vtraque pars consentiat. Et in discussione huius articuli decidentur infrascripta dubia.*

*Primo, nunquid tale præceptum possit fieri pupillo sine tutore, aut adulto sine curatore.*

*Secundo, an possit fieri filio famil. cõstituto sub patria potestate.*

*Tertio, an & quando talis filius possit esse in iudicio.*

*Et his pactis, descẽdã ad quartũ articulũ principalẽ, videlicet, nunquid instrumentum guarentigiatum mereatur executionem, & habeat vim contra clericum sicut contra laicum.*

*Quinto, an creditor quando contrahit cũ debitore, possit compellere ipsum q̃ recipiat instrumentũ guarentigiæ in confessum.*

*Sexto, quid operetur guarentigia, quando instrumentum super quo interponitur est inutile & inualidum.*

*Septimo, an post factũ præceptũ à notario in confessum, possit illa confessio, vt erronea reuocari: vel sit dicendũ, q̃ tale præceptũ claudat os confitenti, vt decetero non possit ipsam reuocare.*

*Octauo, an ista via executiua, & alia beneficia attributa ipsi instrumento guarentigiæ, extendant se vbique locorum, vel terminentur infra terminos territorij, vbi viget illud statutum disponens de præcepto, & effectibus guarentigiæ. Primo super discussione huius passus decidetur, an iudex in exequendo debeat habere respectum solum ad statutum, & consuetudinem vigentem in loco, in quo instrumentum est confectum, & celebratum.*

*Secundo*

*Secundo, an ea q̃ sunt voluntariæ iurisdictionis possint hoc casu exerceri p̃ inferiorem à principe extra terminos territorij.*

*Nono, an instrumentum guarentigiatũ loquens de debitore possit mitti executioni contra heredem debitoris. Et in discussione huius artic. & incontinentiã decidentur dubia infrascripta persæpe de facto occurrentia.*

*Primo, an possit fieri executio contra debitorem debitoris, statuto loquẽte de debitore, in illis casibus, in quibus permissum est agere contra debitorem debitoris.*

*Secundo, an hypotheca contracta in bonis debitoris possit intentari executiue virtute talis instrumenti contra tertium possessorem de quo non loquitur.*

*Tertio, an ista via executiua possit intentari contra cessionariũ, & contra procuratorem in rem suam, sicut potest contra debitorem declarato instrumento.*

*Et an è contra, cõpetat cessionario creditori sicut cõpetit creditori.*

*Quarto, quid in procuratore ad negotia constituta.*

*Et his oĩbus declaratis, veniã ad 10. artic. princip. videlicet, an dictum instrumentũ in quo debitor erat obligatus ad factũ, possit in defectum facti mitti executioni super interesse, de quo interesse non loquitur instrumentum.*

*Vndecimo, an si species promissa in dicto instrumento prestari nõ potest præcedente mora debitoris possit peti executio dicti instrumenti in æstimatione.*

*Duodecimo, & vltimo, an petenti executionem dicti instrumenti competat actio, an iudicis officium, an vtrumque remediũ, & ista sunt quæ concernunt primam partem, & causam formalem, & materialem.*

## Secunda pars principalis.

IN *secunda autem parte principali, quæ concernit effectus resultantes, & sic causam finalem, declarabuntur dubia, & articuli infrascripti. Et primo.*

*Nunquid statutum permittens iudici chartulario, quòd possit facere præceptum guarentigię in confessum, videatur per hoc illi instrumento post factum præceptum infundere virtutem executiuam.*

*Secundo, nunquid tale statutum concedendo virtutem executiuam instrumento prædicto, videatur tacite remouere exceptiones quę aliàs opponi possent in executione sententiæ.*

*Tertio,*

*Tertio, an statuto dictante quòd instrumentum guarentigia habeat vim sententia, prout si fuisset in iudicio coram ordinario iudice celebratum, requiratur tunc in executione libellus, & quòd fiat citatio partis.*

*Quarto, an stante dicto statuto, sit debitori danda dilatio miserationis causa sicut daretur iudicatis per sententiam.*

*Quinto, an instantia super executione dicti instrumeuti terminetur triennio, vel sit iudicanda perpetua.*

*Sexto, an fideiussor obligatus ex tali instrumento, habeat statim regressum contra debitorem principalem, sicut si fuisset per sententiam condemnatus.*

*Septimo, an virtute talis instrumenti, transeat vtilis sine cessione.*

*Octauo, an sicut per confessionem in vero iudicio actam, factio efficitur transitoria ad heredem quando aliàs non transiret, ita sit dicendum quando emanat in dicto instrumento guarentigiato.*

*Nono, an confessio, & preceptum appositum in dicto instrumento, ex tunc constituat debitorem in mora absque alia interpellatione, ita quòd teneatur postea de interitu.*

*Decimo, an sicut confessio facta in iudicio est valida etiam sine expressione causa, ita sit quando est apposita in tali instrumento.*

*Vndecimo, an sicut geminata confessio facta in iudicio, non solũ probat, sed disponit, ita resultet quando emanat in dicto instrumento guarentigiato.*

*Decimosecundo, an sicut pactum nudum vestitur calore quando est in iudicio celebratum, ita sit hoc casu quando apparet factum in dicto instrumento.*

*Decimotertio, an sicut non appellatur regulariter ab executione sententia, ita non appelletur ab executione talis instrumenti.*

*Decimoquarto, an fideiussor obligatus in tali instrumẽto habeat beneficium excusionis.*

*Decimoquinto, an illis casibus in quibus tractatur sententia postquã transitũ fecit in rem iudicatã, retractari possit etiã dictũ instrumentum postquam fuerit solemniter celebratum.*

*Decimosexto, an exceptiones peremptoria quę post sententiam nõ opponuntur, militent contra dictum instrumentum.*

*Decimoseptimo, an possit tunc opponi exceptio dicendo quòd contractus de quo loquitur instrumentum est factum contra legẽ.*

*Decimo octauo, an missus in tenutam ex primo decreto vigore talis instrumenti faciat fructus suos.*

Decimo

*Decimonono, nunquid debitor obligatus ad factum in dicto instrumento compellatur pracise facere, vel liberetur soluendo interesse*

*Vigesimo, & vltimo, an sicut in executione sententia non petitur compromissum, ita non petatur quando petitur executio talis instrumenti, & per ista declarabitur quantum conuenit secunda parti principali istius opusculi.*

## Tertia pars principalis.

IN *tertia vero parte, & vltima principali occurrunt dubia, & articuli infrascripti, & primo, an prasupposito statuto communiter vigente per Italiam, scilicet quòd contra executionem guarentigiati instrumenti nulla posit opponi exceptio, an tunc posset opponi, qualiter solutione facta est satisfactū, ita quòd in effectu obstet exceptio solutionis, & satisfactionis, & an obstet tunc exceptio ineptitudinis libelli nullitatis, aut exceptionis deriuantis ex eodem volumine statuti.*

*Secundo, an obstet exceptio simulationis.*

*Tertio, an obstet exceptio compensationis.*

*Quarto, an obstet exceptio non numerata pecunia.*

*Quinto, an venditor contra quem petitur executio dicti instrumenti habeat exceptionem pretij non soluti*

*Sexto, an nunc obstet exceptio Velleiani, aut Macedoniani.*

*Septimo, an posit opponi quòd non meretur executionem, quia factum fuit in fraudem vsurarum,*

*Octauo, an reus contra quem petitur executio posit opponere exceptionem cedendarum actionum.*

*Nono, an exceptio falsi posit opponi ad impediendum executionem talis instrumenti.*

*Decimo, an obstet exceptio ꝙ actor nō debet audiri, quia est bannitus, vel excommunicatus, vel quia non soluit collectas.*

*Vndecimo, an si cōtra ꝓmissorē dotis petatur executio instrumenti, posit excipere quòd matrimonium non est secutum.*

*Decimosecundo, an debitor Stichi contra quem petitur executio posit opponere ꝙ Stichus amplius non est in rerum natura.*

*Decimotertio, an obstet exceptio incompetentia iudicis coram quo petitur executio.*

*Decimoquarto, an posit reus excipere tunc de confessione facta in fauorem ipsius rei per auctorem in iudicio.*

*Decimoqnto, an exceptio q̄ venit ex natura contractus intelligatur re-*

*tur reseruato statuto disponente prout supra dictum est.*

*Decimosexto, an possit tunc opponi per emptorem exceptio rei non tradita, vel male tradita.*

*Decimoseptimo, an possit opponi quòd ordo iuris communis, vel statuti adhibendi in executione non fuit seruatus.*

*Decimo octauo, an hoc casu si petatur executio laudi, possit opponi exceptio, licet non possit opponi contra instrumentum.*

*Decimonono, an statuto declarante, quòd contra executionem talis instrumenti non liceat opponere etiam de nullitate, debeat intelligi, & interpretari de nullitate, scilicet incompassibili cũ ipso instrumento, secus autem si sit compassibilis, & an debeat intelligi nisi nullitas fuerit patens, & manifesta. Item an limitetur, & intelligatur nisi deriuauerit nullitas ex defectu iurisdictionis, vel ex defectu compromissi, vel non facta citationis, vel procedentis ex ineptitudine libelli.*

*Vigesimo an quando non licet excipere, possit ad impediendũ executionem recurri ad iudicis officium, & quid possit tunc iudex ex officio suo facere.*

*Vigesimoprimo, an posito quòd non possit quis excipere, possit tamen restitui ex clausula, si qua mihi, &c. & si potest; an tunc sit supersedendum in executione.*

*Vigesimosecundo, & vltimo, an tunc si actor petendo executionem dicti instrumenti dicatur esse in euidenti peccato, possit per ecclesiasticum fieri laico inhibitio, ne illud instrumentum exequatur.*

*Et his omnibus discussis, & ventilatis erit præsens materia saltem pro magna parte accuratissime declarata: & quia non dubito ex magnitudine rei, & ex breuitate tẽporis, & ex defectu ingenij, atque memoria me in pluribus destitutum, tu lector pro tua benignitate defectus meos corrigas, & emendes.*

## INCIPIT PRIMA PARS PRINCIP.

### QVÆSTIO I.



REDEO nunc ergo primum ad diffinitionem ipsius guarentigię, quam dico sic esse diffiniendam. Guarentigia est præceptum factum in confessum per notarium de instrumento

mento rogatum, effectum iudicem ordinarium, de obseruando promissa. Dixi.n. primo, ꝙ est præceptum factum in confessum; qđ probatur auctoritate Cyn.in l.1. C.de confess. vbi dixit, ꝙ guarentigia non est aliud, q̃ confessio voluntarie facta coram iudice chartulario, q̃ recepit obseruantiam confessionis. Et istud idem vult Bar.in l.non fatetur.ff.de confessis, & in l.1.ff.de edend. & in l. possessio.§.sed si possessio.ff. de acq.poss.& Ang. de Perusio in l.ait prætor.§.1. ff.de re iud. Vbi dicit formaliter, quòd guarentigia resultat propter præceptũ factum à notario partibus de obseruando præmissa, & cõfessata in instrumento, quia si non esset facta scriptura, illud præceptum factum in confessum non caderet, nec esset executiuum secundũ Bal.in l.iurisgen.§.quòd fere. ff.de pac.Dixi secundo, factum per notarium, quia istud præceptum debet esse factum per notarium effectũ iudicem chartularium, de quo loquitur glo.in l.1.ff.de iudic.& in l.rem non nouam.C.de iud. & hoc dixi ad denotandum, quòd si esset notarius tantum, & non ordinarius, ipse non posset præcipere guarentigiam de obseruantia promissorum, considerato, ꝙ officium tabellionis est solum scribere factum de quo ipse rogatur, & vlterius se non debet ingerere, De quo vide Bal.in rub.C. de fide instr.in l.1.C. de vsu. Et benefacit quod no. per Bar.in l.stipulatio ista.§. hoc quoque.de verb.oblig. Sed præceptum facere spectat ad iudicem. vt l. si debitori.ff. de iud.& l.illa.C.comminationes, vel epistolas, & ideo non conuenit notario, vt sit iudex ordinarius. Et hac de re infero, ꝙ non sufficeret ostendere qualiter ille, qui p̃cepit in confessum erat notarius, nisi ostenderetur, ꝙ ẽt creatus erat iudex ordinarius. Nam istud esse iudicẽm ordinarium non causatur ex natura officij tabellionatus, sed venit ex priuilegio sibi specialiter concesso à Comite palatino, vel ab alio qui fecit eum tabellionem. Et hinc est, ꝙ in priuilegio tabellionis semper dicitur; creauit eum notarium, & iudicem ordinarium. Et per hoc forte non bene dixit doctor insignis Pau. de Cast. in l.1. ff.de iud.dum dixit, ꝙ ista iurisdictio est attributa nota-

rio ex natura officij tabellionatus. Insuper, & dato quòd sit creatus notarius, & iudex ordinarius, ita ꝙ ista duo simul concurrant, attamen si statutum vltra non prouideat, non posse præcipere guarentigiam, quia talis iurisdictio est in habitu, & non in actu, & ita quòd nulli præest administrationi, vt dicit Bar. in l. fi. C. vbi & apud quem. Non ergo notarius vtitur ista iurisdictione in faciendo præceptum, nisi ex speciali cōcessione à lege vel statuto appareat sibi esse permissum. Vnde Bar. in l. à diuo Pio. §. sententiam. in fi. ff. de re iu. dixit, ꝙ hanc potestatem faciendi præceptum partibus, vt obseruent contenta, & confessata in instrumento cōsequitur notarius ex statuto hoc dictante, & prouidente. Et ideo Angel. in d. l. ait prætor. §. si iudex. de re iud. dixit, ꝙ notarius facit hoc præceptum ex auctoritate statuti sibi concedentis facultatem præcipiendi. Et idem dicit Bal. in conclusionibus Spec. in ti. de app. in §. item quæritur. Nec exercet istam iurisdictionem in faciendo præceptum guarentigiæ, nisi in mere confessum, secundum quòd notabiliter dixit Iaco. Butr. in l 2. §. actor. C. de iuram. cal. per illum tex. per quem infert, quòd in confessum ficte non fit tale præceptum. Et istud idem tenent Ant. de Butr. in repertorio iuris ciuilis in littera g. in verbo guarentigia. Allegando in ar. tex. in l. eius qui delatorem. ff. de iu. fis. Per quem probatur, quòd quādo lex fingit quem haberi pro confesso, semper opus est, quòd sit lata declaratoria, ad hoc vt talis effectus ipso iure insurgat. Et ad hoc benefacit tex. in c. cum secundum. de hær. lib. 6. & vide qđ notat Bal. in l. iubemus. §. sane. C. de sa. san. eccl. & in. l. si quis maior. C. de trans. Item nec vr̄ sufficere, ꝙ ille qui præcepit, sit solū iudex ordinarius, si non sit tabellio qui rogatus sit de instr̄o, cum Doct. in locis superius allegatis, & præsertim Bal. in conclusionibus Spec. in ver. sed nunquid excepto. & in cap. item contra præceptum, & in l. certū. C. sa. erc. & l. sicut. C. de rep. hær. & in l. 1. in fi. ff. de iud. dicant, quòd istud præceptum fit solum à notario rogato in instr̄o, ex iurisdictione sibi concessa à lege vel statuto, immo quod plus est requiritur, quòd ipse sit

matri-

matriculatus in loco illo vbi præcepit guarentigiam, secundum Bal. in l. eo tpe. ff. de mil. test. vbi allegat gl. in l. 3. C. de offi. magist. militum, & sic vr, quòd sit opus illũ esse notarium rogatum, qui præcepit guarentigiam. Tñ non arbitror quòd istud sit necessarium, cũ fortius operetur præceptum factum à iudice qui residet in iudicio, & fungatur iurisdictione etiam contentiosa, cuius magna est auctoritas, qñ præcipit, vel confirmat, vt dicit Bar. in l. fi. C. de præd. curia. li. 10. & Bal. in l. trãsactione in fi. C. de transa. & l. bonorum. C. qui admit. ad bo. pos. possunt, quàm pręceptũ ipsius notarij, qui licet sit iudex ordinarius, vt supra dictum est, ipsius tamen officium est valde debile, quia non habet administrationem iurisdictionis, nisi quatenus per concedentem apparet sibi facta expressa concessio, vt dicit Bar. in l. fi. in fin. C. vbi & apud quem, & in l. instar. in fi. C. de iure fis. & Bal. in cõclus. Spec. in titu. de app. §. sed nunquid. Quare dico, ꝙ si statutũ simpliciter dicat, ꝙ instrumentũ confessionatũ in quo factũ est præceptum à iudice de obseruando ꝓmissa habeat executionem paratam, prout communiter dicunt statuta: ita vendicabunt sibi locũ si partes instrm̃ de quo quidã tabellio fuisset rogatus, produxissent corã iudice, & fecissent præceptum de obseruando, sicut si illud præceptũ fuisset factũ à notario iudice chartulario, qui fuit rogatus de ipso instro. Sed quia communiter statuta disponunt, ꝙ præceptum factum à notario habeat executionem paratam, opus est, quòd ista duo concurrãt, scilicet quòd fuerit notarius, & quòd sit iudex.

Cæterum dixi, in confessum, nam non aliter potest notarius præcipere guarentigiam, nisi vt infra declarabitur, præcedat confessio, & consensus vtriusque partis, & hac de re persæpe abutuntur his vocabulis, quia dicunt aliquando instrumentum guarentigiatum, aliquãdo instrumentum confessionatum. Et ista sufficiant quo ad diffinitionem guarentigiæ.

## QVÆSTIO II.



ESCENDO igitur nunc ad secundum articulum principalem videlicet, an ex tali instrumento peti possit executio ante factam liquidationem, & in hoc est primo considerandum, ꝙ statutum simpliciter disponens, quòd instrumentum habeat executionem paratam, intelligitur dūmodo sit liquidatum, vt dicit Bar. in l. proinde. §. 1. ad l. Aquil. & in l. 1. ff. de eden. & l. 1. C. de execut. rei iud. & in l. fin. C. de compe. & in repe. l. 1. de lega. 2. Non tamen opus est secundum Barto. in d. l. 1. de leg. 2. & in l. 1. ff. de eden. quòd tempore petitæ executionis sit facta liquidatio, sed sufficit, quòd liquidetur pendente iudicio executiuo super ipsa liquidatione, argum. l. 2. C. de senten. quæ sine cer. quantit. & l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10. Et ad hoc benefacit, quod ipse no. in l. 2. ff. iudi. sol. vbi dixit, quòd instrumenta guarentigiata non continentia certam quantitatem, vt quia est promissa indemnitas, seu interesse mereatur executionem, facta tamen declaratione quātitatis, quatenus interest in iudicio executiuo. Sed Bal. in repe. l. 1. de leg. 2. dicit, quòd opus est quòd fiat liquidatio ante petitam executionē, & quòd repelli potest actor à limine iudicij, si producit instrumentum, & petit executionem ante factam liquidationem, & istud idem voluit in l. cum testamento. §. fin. C. de manu. vin. vbi firmat, quòd non sufficit, quòd conditio apposita in instrumento guarētigiato, seu confessionato purificetur pendente iudicio executiuo: sed requiritur, quòd cōditio fuerit purificata pro primo, & istud idem vult in l. 2. C. de execu. rei iudic. per text. in l. final. C. de compensa. vbi Imperator non admittit compensationem, nisi ille qui vult compensare debitum prius liquidauerit, & ad idem adduci potest bonus tex. in l. tutores à patruo in princ. ff. de confirm. tuto. per quem text. probatur, quòd non sufficit quem esse idoneum reuera, quando potest esse dubium ex iusta causa, vel colorata, nisi ante omnia sit hoc per sententiam declaratum, &

ideo

ideo d. Guil. de Cu. dixit, quòd maritus qui agit contra vxorem ad dotem, succumbit, si non probat ante omnia quòd matrimonium fuerit subsecutum, dato, quòd contra instrumentum nulla exceptio opponi possit: & ratio est, quia donec pendet conditio tacita sub qua videtur facta promissio dotis, vt l. tali. ff. de iure do. nulla competit executio. ar. l. inter stipulantem. §. sacra. de verb. obli. Cum ergo purificatio conditionis sit fundamentum intentionis actionis, opus est à principio hoc liquidare, iuxta not. per Bar. in l. in illa, & hoc iure. de verborum obl. per Bar. in l. actor. C. de probat. & quòd per gl. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. Ad hoc benefacit, quod dixit Bald. in l. 1. C. quando fiscus, vel priuatus, dum dixit, quòd in causis priuatorum non sufficit esse liquidum, nisi sit lata sententia super liquidatione, & quòd ista pars sit iustior, adduco hanc rationem, virtus executiua attributa per statutum in instrumento exorbitat à iure communi, vt probatur per tex. in l. si minor annis 25. cui fideicommissum. ff. de minor. & infra latius disceptabitur, & est assimilatio sententiæ diffinitiuæ quo ad executionem: non ergo debet aliter regulari, quàm regulatur ipsa sententia cum sit terminus ad quem fit ipsa relatio. agum. l. 1. de leg. 1. & l. per omnia. C. de episco. & cle. Sed certum est, quòd libellus quantumcunque generalis admittitur si non opponitur, & valet processus, vt l. fin. C. de anna. excep. Attamen ad sententiā deueniri non potest, nisi sit facta primo liquidatio, & certificatio, vt dicit glo. in l. 1. §. si quis argentum. ff. deposi. & no. in l. si homo mortuus. ff. de re iudi: & Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. ergo non poterit istius instrumenti peti executio ante factā liquidationem, ne sit maioris potentię ipsum instrumentum, quàm sententia diffinitiua cui assimilatur. Sed tamen in hoc passu sic arbitror concludendum dicendo, Quòd aut quærit an possit peti executio ante factam liquidationem, & dicendum est quòd sic, prout dicit Bar. in l. 1. de leg. 2. Sed non debet iudex concedere sententiā exequendi, nisi sit primo facta liquidatio. Nam simile vide-

mus in sententia diffinitiua, quòd valet licet sit incerta in iudicijs vniuersalibus, & certificatur postea in executione, vt habet in gl. magna, in l. 1. ff. de eden. & per Bar. in l. 1. ff iud. sol. in d. §. Cellus, & in l. 2. de sent. quæ sine certa quantitate. Nec repugnat quod dixit Ba. statutum debere intelligi de liquidatione l fin. C. de compen. quia hoc fatetur Bar. in d. l. proinde. §. 1. ff. ad l. Aquil. Sed debet intelligi quo ad effectum consequendæ executionis, quæ aliter non conceditur, nisi facta liquidatione, vt supradictum est, non autem ꝙ sit opus ab ipso principio liquidare, immo ipsa liquidatio superueniens trahitur retro, & operatur prout si ante petitam executionem facta fuisset, argu. l. si in rem. §. fin. ff. de pign. action. & no. in l. non potest. ff. de re iu. & hoc intellige esse verũ, nisi statutum diceret, ꝙ instrumentum purum, & liquidum habeat executionem paratam, prout sententia diffinitiua, secundum quod aliàs vidi in statuto Perusino, nam in tali casu verum diceret Bal. scilicet, quòd ante omnia opus esset iudici ostendere instrumentum esse purum, & liquidum, & non sufficeret tunc liquidare in executione, attento, quòd tunc actor nõ venit instructus, vnde repellitur ar. l. si quis inficiatur. ff. deposi. nã licet in instrumento constet quòd, sit debitum, non tamen cõstat, quòd sit liquidum, & ideo in tali casu iudex ex officio suo repellet agentem, iuxta theoricam glo. communis, in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. quæ incipit ibi opponendo, & quod per Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obl. & in l. lecta. ff. si cer. pet. & p glo. in l. vbi pactum, C. de transf. Sed vt perfectius omnia ad hoc necessaria attingam, Videndum est primo quomodo intelligatur esse liquidum instrumentum. Secundo quomodo fiat ista liquidatio. Tertio an requiratur citatio partis. Quarto an requiratur sententia declaratiua liquidationis. Quinto infra quantum tempus debeat liquidari. Redeundo ad primum dicendum, ꝙ Legistæ sumunt liquidum pro claro, ita ꝙ illud est liquidum quod est certum, & clarum, & ita dicit Anton. de Butr. in repertorio iuris ciuilis in littera L. in verbo liquidum, allegando


tex in prima cõstitutione ffforum. in.§. discipuli, & hinc est, quòd cum instrumenta maxime possunt produci vsque ad sententiam, vt ca. significauit, de testi. & per Bar. in l. admonet. ff. de iureiu. & in l. Pomponius, aliàs si vni ff. de re iu. ante conclusionem in causa non potest dici, quòd sit iudici liquidum de iustitia, vel iniustitia partis, vt dicit Innoc. in cap. consuluit, de offi. deleg. & quando dicatur iudici liquere vel non liquere est bona glo. in l. si de meis. §. fi. quæ incipit. sed nõne semper sibi liquet. ff. de arbi. & accedant no. per Innoc. in. c. constitutus. de in integ. restitu. & hæc sufficiant quo ad primum. Ad secundum autem quomodo fiat liquidatio, & ad hoc breuiter respondetur, quòd si aliter non dicatur in statuto sententia vel præcepto, liquidatio potest fieri per omne genus probationis, vnde confessio, testes, instrumenta & iusiurandum, faciunt rem esse certam, & per consequẽs liquidam, & dicit Bar. in l. 3. C. de sen. quę sine cer. quãtitate vnde notabiliter dixit Bald. in l. fin. C. de fal. cau. adiec. leg. quando vnum instrumentum est aliquando liquidatiuum alterius instrumenti, ita ꝙ ex duobus instrumentis simul iunctis resultat, quòd vnum liquidat aliud, quod dicit esse ponderandum ad executionem guarentigiati. Ad quod etiã bene facit, quod dixit in repetitione quã fecit de l. petens. C. de pact. Modo hoc expedito venio ad tertium, videlicet an & quando fit liquidatio, sit opus citare partem, & dicendum est breuiter, ꝙ sic. Attento quòd ex hoc lędi potest iuxta regulam l. de vno quoque. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adop. & ita per hanc rationem concludit Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iud. ꝙ satis dicitur lædi pars ex eo quòd actor acquirit per hoc viam executiuam, quam aliter non haberet, vt dixit Bar. in d. l. si causam, & ad hoc etiam succedat, quod ipse no. in l. ab executione. C. quorum appel. non reci. vbi dicit, quòd in executione instrumenti confessionati necessario pars est citanda. Descẽdo igitur ad quartum, videlicet an post probationes, & citationes reqratur sententia declaratoria liquidationis, & dico, ꝙ vbi instrumentum de se non apparet liquidum, &

certum, vt quia fuit promiſſum ſub conditione, tunc nō ſufficit eſſe probatum, quòd conditio illa ſit purificata; ſed requiritur, quòd hoc ſit liquidatum etiam per ſententiam, per l. ſi ita ſtipulatus ſum te ſiſti. de verbor. oblig. Et bene facit tex. in l. tutores patruo. ff de confir. tuto. & hac de cauſa Bal. in apoſtillis, in l. item quia. ff. de pac. dicit, quòd non poteſt dici aliquid perfectè liquidum, niſi per ſententiam ſit declaratum. Et ex hoc infert, quòd ſi inſtrumenta non ſunt liquida de ſe, non acquirunt vim executiuam propter guarentigiam, niſi primo ſit facta pronuncia. Et iſtud eſt quod vult Bald. in l. ſi cauſam. C. de execution. rei iud. vbi dixit, quòd ſi inſtrumenta conditionalia, cum non ſint certa, non gaudent beneficio ſtatuti, niſi poſtquam iudex eſt interlocutus, ipſa fuiſſet liquidata. Et benefacit quod ipſe notat in l. cũ teſtator. C. de manu. vind. Sed contra iſtam deciſionem cōgruenter videtur poſſe adduci auctoritas gl. in l. ſancimus. C. ad Trebel. dum dicit, quòd ſufficit conſtare ex actis, & propter hoc Iacob. Butr. in materia diſcuſſionis dicit, quòd facta probatione in actis, quòd reus non ſit ſoluēdo, ſtatim abſque alia pronũcia aperta eſt via contra fideiuſſorem, de quo per Barto. in authen. hoc ſi debitor. in fi. C. de pig. & in l. exitus. ff. de acqui. poſſ. & per Bal. in d l. ſancimus, & in l. 2. C. quando fiſcus vel priuatus. & in l. in criminali. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in auth. ſed hodie. C. de actio. & obliga. & per Ang. in l. ſtipulatio. §. ſane autem. ff. de nou. ope. nuncia. & in l. omnium. C. de teſta. Vnde per iſta videtur poſſe concludi, quòd non requiratur aliqua ſententia interlocutoria declaratiua liquidationis. Sed tamen primam ſententiam arbitror veriorem. Nam quidam ſunt qui facta probatione per teſtes, vel per inſtrumenta, ſunt adeo certi, quòd non eſt tergiuerſationi locus, vt ſi per idoneos teſtes probatum eſt concludenter, quòd viderunt Titium mortuum, & ſepulturæ traditum, & tunc ſufficit, quòd iſtud apparet ex actis probatum fuiſſe abſque alia ſententia declaratoria mortis, & ita loquitur dicta gloſ. in d. l. ſancimus, & no. per Iac.

But. &

But. & etiam casum videtur, quia semper præsuppono, quòd sit plene & lucide liquidatum. Aliquando vero actus de quo quæritur propter sui dubium, non constat liquide & indubitate ex probationibus sicut occurrit in prodigalitate, & in furiositate, siue demētia. Nam licet per testes constet in actis esse probatum, quòd inconsiderate Titius omnia bona sua dissipat, vel quòd lapides proijciat, aut panem, per hoc non infertur necessario quòd fuerit furiosus, aut prodigus. & ideo tunc requiritur sententia interlocutoria, vt dixit Bart. in l. is cui bonis, de verb. oblig. Et bene facit quod not. Innoc. in cap. bonę, de elect. & hoc casu procedunt quę vltimo loco dixi. Et per hoc si expeditū quod expedit super hoc passu. Venio ad quintū & vltimū quæsitum, infra quantum tempus possit actor facere liquidationē pōstquàm reus recipit quòd instrumentum non erat exequendum, quia non erat nec purum, nec liquidum. Et ad hoc effectualiter respondetur, ꝙ si iudex non statuit terminum parti ad hoc infra illud tēpus, infra quod potest fieri executio, & non postea. Nam numquàm iudicialis, aut legalis dilatio intelligitur esse tāta, quòd superet terminum datum instantię principali, vt dicit Bar. in l. 1. ff. de glan. leg. & bene facit quòd ipse nota. in l. edita. C. de eden. & quod not. Anto. de But. in cap. 2. de dila. & etiam bene facit tex. in l. petendæ. C. de temp. in inte. restitu. pet. & l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci. Et ad hoc bene facit quod not. Bald. in auth. & consequenter. C. de senten. Et per prædicta satis tolerabiliter puto satisfactum fore quantum conuenit ad quintum dubium principale positum in prima parte.

## QVÆSTIO III.


VNC ergo videndum est de tertio dubio supra principaliter formato, videlicet, Numquid sit opus, quòd præcepto facto per notarium, vtraque pars consentiat, ita quòd fiat

vtraque parte volente, & aliter fieri non possit. Et super hoc dubio assumo partem negatiuam, scilicet, quòd aliter valere non possit nisi vtraque parte volente, & consentiente, & ratio est, quia notarius præcipiendo partibus obseruantiam instrumenti exercet solum iurisdictionem voluntariam, non autem contentiosam, quia illam non exercet, cum careat administratione, vt dixit glo. in d. l. 1. ff. de iudi. & ibi per Bal. & Ange. Et iurisdictio voluntaria præsupponit voluntatem actoris & rei, vt l. 1. C. de emanci. libe. & l. 2. ff. de offic. proconsul. & leg. Cuius oppositum est in contentiosa, quæ redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. 1. de verbo. obliga. Et hinc est quòd Cyn. in l. vnica. C. de confess, & in l. certum. C. fa. erc. & Barto. in l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. & in l. cum vnus. ff. de bo. auct. iud. possi. & in l. 1. ff. de eden. & l. proinde §. fin. ff. ad l. Aqui. & Bal. in l. 1. C. de sent. quæ sine cer. quan. & in l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. & l. etiam, & l. si causam. C. de exec. rei iud. & Angel. in d. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. semper quando loquuntur de præcepto guarentigiæ dicunt, quòd tunc resultat, quando notarius habens auctoritatem à statuto facit præceptum partibus volentibus & acceptantibus. Et ex hoc infertur primo, quòd infans propter carentiam consensus, vt l. 1. C. de fal. mone. non est capax sine auctoritate ad recipiendum præceptũ guarentigiæ. Et simile dico in pupillo carente tutore, quia cum non habeat iudicium rationis, non dicitur habere liberam voluntatem, vt l. infanti. & l. puberem. C. de iure delibe. & l. pupillus. ff. de acqui. hæred. & l. tutor. de bono. poss. Esto quòd Barto. in l. 1. §. sufficit. ff. de admini. tuto. dixerit eum posse citari, & quòd sua cõtumacia si potens ad impositionem primi decreti, atten to quòd dixit quòd intelligitur citatus quòd compareat per se vel per personam legitimam, & allegat l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. qui tex. hoc non probat. Nam semper text. ille intelligitur, quòd actus fuerit gestus cum tutore. Quinimo contra sententiam Barto. adduco tex. in l. sed si ex stipulatu. ff. de

verb.

verb. oblig. vbi pupillus citatur cum auctoritate tutoris, aliàs non constituitur in mora, & ad hoc est etiam bonus text.in l. hoc autem.§.nam defendi.ff.ex qui cau. in poss.ea. Sed dubium magis occurrit, quid in minore pubere carente curatore qui consentit, contrahit, distrahit, & exercet actus voluntarios prout quilibet maior, esto quòd sui facilitate lædatur, restituitur, seu competat restitutio, vt l.curatorem habens.C.de integ resti.minorum.& l. 1. §. fuit quæsitum, & ad Trebell.& l. nam & postea §.si minor.ff.de iure iur. Et antequam ad vlteriora procedam, reperio Bald. in conclusionibus Spec. in tit. de appell.§.minor xxv. annis. vbi vtitur istis verbis. Minori xxv. annis est factum præceptum guarentigiæ sine auctoritate curatoris; erit ne ipso iure nullum sicut in filiofam.an per appellationem rescindetur? & videtur quòd sit nullum, sicut in filiofam. vt l. fin.§. necessitatem. C. de bo. quæ lib. Sed in contrarium facit quòd valet contractus, ergo & præceptum sibi adiunctum, non enim est hic figura iudicialis.argum.l. seruus. ff. de bono.possess. Tandem concludit.quòd valeat si caret curatore, & dicit, quòd non habet locum appellatio, quia est præceptum conuentionale, & non iudiciale. Poterit tamen restitui probata lęsione secundum ipsum ibi, licet aliter dicat in l. in causæ. ff. de mino. in princ. Ego aūt in hoc passu dico, quòd ēt ipse sine curatore non recipit præceptum guarentigiæ, & ratio, quæ me mouet, est ista, q̃a instrumenta guarentigiata perinde habentur, ac si in iudicio essent fabricata, & perinde operantur prout sententia, & prout si iudicio contētioso facta fuissent, & ideo quæritur vtilis sine cessione, vt infra dicetur secundum Bart. in l. in possessione. §. sed si possessio. ff.de acqui possess.& ista est ratio propter quā Cy.C.de cōfess. dicit, ꝙ instrumēta habent paratā executionē, & Bal. in l.sicut.C.de repu. vel absti.hæred.& ista sola ratione motus dixit.Et ex hoc no.arg.hic, quòd cū instrumētū confessionatū in quo est præceptū iudicis chartulari videaē factū in iudicio, nō requiritur causa in cōfessione ibi insita, sicut nō requiritur in iudicio, de quo dicetur in secū

da parte

da parte, quãdo tractabitur de effectibus guarentigiæ. Et sit in effectu, cũ ista instrumenta guarẽtigiata siue confessionata sint reducta ꝑut si forent in iudicio celebrata, sequitur ꝙ qui non est habilis ad iudiciũ exercendũ, nõ est capax ad tale præceptum recipiendum. Modo hoc præsupposito arguitur sic, Iuditium non potest fundari cum minori, quia non dicitur habere personam legitimam standi in iudicio sine curatore, vt l. in vniuersis. C. qui da. tuto. poss. & ideo sententia lata contra minorem indefensum est ipso iure nulla, vt l. cum & minores. C. si aduer. rem iud. Hinc est quòd Bald. in conclusionibus, Specu. in titu. de arbitrio, dixit, quòd minor sine curatore potest compromittere, sed non procedere coram arbitro: ergo & similiter non potest recipere præceptum guarentigiæ. Item fortificatur, quia incarceratio pro debito ciuili, quæ est species executionis, vt dixit Bart. in l. his qui reipublicæ. ff. ex qui. cau. maio. quantumcumque sit permissa per statum in personam debitoris, non tamen cadit in minore, secundum Angel. in repetitione l. nemo carcerem. de exact. trib. lib. 10. & l. neq; impuberes. ff. de in ius vocan. ergo præceptum guarentigiæ non cadit in minore, si curator non interueniat. Insuper hoc fortiter roboratur per dicta per Barto. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. in quæstione quæ incip. Iuxta prædicta quæro, vbi dixit, quòd illa verba enunciatiua, emissa in instrumento præcedentibus tractatibus, & habita licentia ab episcopo faciunt fidẽ inter easdem personas quando sunt personæ quæ possunt sibi præiudicare confitendo & alienando, aliàs dixit, quòd nihil operatur. Quia qua facilitate contrahunt, eadem facilitate ista verba apponerent in instrumento. argu. l. doli mali. §. diuersum. ff. de noua. Et sic in proposito, sicut in iudicio propter defectum ætatis non possunt adesse, & ita eadem ratione non debent posse recipere præceptũ, quod est pars actus iudiciarij. Item ad hoc adduco auctoritatem Bald. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. vbi dixit quòd præceptum factum filiosfamilias non operatur in instrumento confessionato,

ſionato, quia ſine conſenſu partis in iudicio eſſe non poteſt: ergo per iſta clare liquet, quòd non operatur in minore, ex quo ipſe etiam non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſi curato non interueniat. Hoc autem poteſt limitari, vt intelligatur eſſe verum duntaxat in illis caſibus, in quibus minor non patitur ſententiam. Iſtud idem dico in alijs perſonis, quæ propter vitium naturæ aut reſiſtentiæ legalis in iudicio eſſe non poſſunt, vt in furioſo, & prodigo, cui bonis eſt interdictum, quia non differunt à pupillo, vt l. Fulcinius. §. idem. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. & l. ſeruo inuito. ff. ad Trebell. Et idem dicerem in bãnito ex banno imperiali, vel qui impune offendi poteſt: quo caſu omnino fit hoſtis reipublicæ, vt l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. d. l. diuum, & quod ibi per Bar. & latius in diſputatione quæ incipit, ſtatuto ciuitatis Lucanæ, certum eſt, quòd non poteſt agere in iudicio, & quòd perdit omnia commoda, & priuilegia propriæ ciuitatis, & per Barto. in locis ſupradictis, & per Bald. in l. 1. C. de hæred. inſtit. & per Iaco. But. in auth. item nulla communitas C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ideo etiam ex iſto capite guarentigiæ, quæ cauſatur ex ſtatuto ciuitatis, à qua eſt bannitus, non poteſt ſibi eſſe proficua. Et iſtud idem dici debet in deportato damnato in metallum, rebelle & excommunicato, qui etiam perdunt quæ ſunt iuris ciuilis, vt in cap. pia. de except. Et iſtud idem approbat Odof. in quæſtionibus guarentigiæ in cap. 1. circa fin. vbi dixit, quòd quando poteſt opponi quòd non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ibi non poteſt tali perſonæ fieri præceptum guarentigiæ, & fortius in aſſaſſino per tex. in cap. 1. de homici. lib. 6. Sed dubium vergi poteſt. Quid in filiofam. maiore conſtituto ſub patria poteſtate, an tunc ſi contrahat poſſit notarius apponere præceptum guarentigiæ, ſicut ſi non foret ſub patria poteſtate. Et videtur prima fronte dicendum eſſe, quòd ſic, attẽto ꝙ patria poteſtas nõ impedit filiumfa. contrahere niſi in voto & in Macedoniano, vt l. tam ex contractibus. ff. de iudic. Et præceptum guarentigiæ

adhærens

adhærens instrumento tamquam clausula accessoria, videtur sequi naturam sui principalis, per text. in l. fi. ff. de consti. pecu. & l. si libertas ex modica. §. si patronum, ex affe. ff si quid in frau. patro. & l. iusiurandum à debitore. ff. de iureiur. Et accedat not. Bald. in l. absentis. C. si cert. peta. Sed contrariũ tenet Bal. in d. l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. vbi dicit, quòd cum confessio habeat vim litis contestatæ, vt habet iusiurandum, de quo loquitur glo. in l. nam & postea. §. si is qui. ff. de iureiurando. esto quòd filiusfam. in his quæ præcedunt litis contestatæ, intelligitur habere habilem personam standi in iudicio, vt l. si cum dotem. §. eo autem tẽpore. ff. solu. matri. & quod per Bald. in d. §. necessitatem. Ipsam tamen contestationem non potest facere sine parte, quia est iudicij firmamentum ad hoc bene facit quod no. Spec. in titu. de actore, in 2. charta. in ver. sed nunquid præceptum sine consensu patris. Ergo per istam rationem concludit quòd præcepta guarentigiæ quæ fiunt filiofam. non valent ipso iure, nisi pater esset absens extra prouinciam, quo casu potest de per se esse in iudicio, vt in l. si lõgius. ff. de iudicijs. Item si esset mentitus de morte patris, aut de emancipatione, vel nisi esset in ipsa possessione existentiæ sui iur. fama publica præcedente, per l. 3. ff. ad Macedonia. & l. Zenodorius. C. eo. tit. & accedant no. ꝑ ipsum in l. fin. C. si aduer. libe. & ista est cõclusio in qua residet tantus doctor. Sed quia iste articulus est dubitabilis, & occurrens, aliqualiter arbitror insistendum. Et primo. Illud quòd dicit Bal. confessionem habere vim litis contestatæ, dato ꝙ sit verum quantum ad effectum perpetuandæ actionis, prout loquitur illa glo. in d. §. si is qui, & etiam sit forte verum quantum ad fouendã actionem transitoriam in hæredem, quæ aliàs non transiret, sicut occurrit, in l. 1. C. ne ex delic. defun. in l. si eũ hominẽ. ff. de fideiuss. & quod late ꝑ Bal. in l. 1. C. ne ex delic. defun. Ita ꝙ facta cõfessio ꝑ delinquentẽ, actio quæ aliàs non astringit hæredem, quando est pœnalis ex vtraque parte, hæc à sua virtute confessionis efficitur transitoria, sicut si facta fuisset litis contestatio. Et licet hoc ꝑ Doct.

non

non reperiam esse dictum, tamen ita tenui legendo in d. §. si is qui motus principaliter per illam glo. Sed quo ad telam iudicij, vt cõfessio operetur vim litis conte. prout vult Bal. in d. §. necessitatem nõ arbitror esse verum, per tex. in d. l. si debitori ff. de iudi. vbi in confessum ante litem contesta. non fertur diffinitiua, sed fit præceptum de soluendo, & sic fertur interlocutoria, quæ non requirit quòd præcedat litis contesta. & vocatũ sentẽtia præcepti, vt 2. q. 1. c. nos in quemquam. Et secus est si emanat post litẽ contesta. quia tunc fertur diffinitiua & concludunt Doct. in d. l. si debitori. Modo si confessio haberet vim litis contestatæ, prout vult Bal. dicta distinctio non procederet, immo secus foret, quia confessio videretur facta & sic semper feretur sententia diffinitiua. Inuestigandum est ergo, quæ possit esse ratio, & in effectu duplex redditur. Vna ratio videtur esse, quia filius non habet personam iudicio integrum standi, vt dixit glo. in d. §. necessitatem. Sed quia ista ratio per modernos & præsertim per Barto. ibi. & in l. fi. in princ. de verb obliga. improbatur, ideo non insisto. Alia est quia cum hodie pater respectu eorum in quibus vsufructus est sibi quærendus, remanet legitimus administrator, vt l. 1 C. de bo. mater. non est condecens quòd solus filius possit in iudicio experiri, & ideo à lege sunt sibi ligatæ manus, vt sine patris cõsensu non possit esse in iudicio, quando verti posset in præiudicium ipsius patris. Et esto quod ratio assignata per Bart. in §. necessitatem. & in §. 1. in l. fin. ff. de verbo obliga. quia sit inductum quod filius possit esse in iudicio cum consensu patris, nõ trãseat sine dubio. Nam dicit quòd ideo est, quia pater consentiendo filio quòd agat, videtur per talem consensum iuri vsufructus sibi debiti tacite renunciare. Hoc videtur primo contra tex. in d. §. necessitatem, continuando ipsum præcedenti, quia licet renunciet hæreditati pur habet opus filio consentire, propter quod infertur quòd etiam quando renunciat filius non habet legitimam personam, quia si recte consideretur, pater quando consentit filio vt agat, consentit ad finem vt filius acquirat, & sic intentio patris tendit ad

acqui-

acquirendum,non autem ad renunciandum siue ad perdendum:ergo non debet operari vltrà suam intentionē, argu.l.non omnis,ff.si cer.pet. Sed quicquid sit,non deuiando à communi sententia, in hoc dubio sic arbitror concludendum, quòd aliquando filius confitetur super materia patri non pæiudicatiua, vt quia patri nil erat acquirendum,non autem ad renunciandum siue ad perdendum, ergo non debet operari vltra suam intentionem,argu. l. non omnis. ff. si cer. pet. Sed quicquid sit, non deuiando à communi sententia, in hoc dubio sic arbitror concludendum, quòd aliquando filius confitetur super materia patri non præiudicatiua, vt quia patri nil erat acquirendum, verbi gratia,quia erat patri prohibitus vsufructus, sic in auth. excipitur.C.de bo.mater,vel quia non erat materia ex qua patri fuit aliquid acquirendum, vt in exemplis positis per Barto.in.l.fin.de verbo. obliga.in princ.& tunc dico,ꝙ patria potestas non impedit præceptū guarentigiæ in operari effectū suum,& virtutē suam.Quia tunc filius est capax iudicij absq; cōsensu patris,& nulla est ratio quæ sibi obstet. Aliquādo vero venit patri acquirendus ex illa materia vsufructus, & tunc assumo regulam per contrarium, & dico quòd talia præcepta facta tunc filio simul consitente sine consensu partis, sunt ipso iure nulla, & in hoc casu verificatur dictum Bald. in d.§. necessitatem. Hæc tamen regulam fallit primo in omnibus casibus, in quibus filius potest esse in iudicio sine curatore.Nam & in illis intelligitur etiam sine patre habere potentiam agendi, & exercendi iudicium, vt dixit Bald. in conclusionibus Spec.in tit.de actore.§.1.allegando ibidem Spec.Secundo fallit quando pater esset absens à prouincia, per l. si longius. ff. de iud. Tertio fallit, quando esset mentitus de morte patris, vel de mancipatione, vt dixit Bald. in d.§. necessitatem. per l.3.ff. ad Maced. & l. Zenodorus. C. eod. tit. Quarto fallit in causis spiritualibus, in quibus patria potestas non attenditur, vt in cap. si annum, de iudi.lib.6.Quinto fallit in causis criminalibus, cum in talibus patria potestas non consideretur.l. inter libe-

ras.§.fin.ff.de adulte.& no.in l.clarum.C.de aucto.praestan. Sexto fallit vbi extraordinarie iudicis officium intentaretur: nam tunc agit filius circumscripto consensu patris, vt est gl.notabilis in l.1.C. qui admit.ad bo.poss. Pro illa glo. bene facit tex.non solitus allegari, in l.si filius.de dam.infe. Hoc autem quod.dixit gl.in d.l.1. ego intelligo verum esse, qñ iudicium est extraordinarie intentatum, prout declarat alia gl.magna circa fi.in.d.l.1. Ita quod à parte nihil petitur dari vel fieri, vt quia petit se poni in tenutam beneficio legis edicto. C. de edic. diui Adri.toll. vel petit se cassari de libro bannitorū, nā tunc iudicium est summarium, & geritum cum iudice, & non cum parte, cuius cōtrarium foret si pars compareret & contradiceret: Quia tunc de summario & extraordinario, voluitur in ordinarium, vt notanter dixit Bald.in d.l.edicto.& cum sit extraordinarium, & nō fiat cum parte, sed cum iudice, sequitur necessario, quod nō dicitur ibi esse iudicium cum deficiat altera ex tribus psonis substantialibus iudicij, vt l.1.C. de ordine iudicij, & in c.forus. de verb.sig. Ideo non est mirum si gl.dixit, quòd tunc patris consensus non requiritur: Sed quando iudicis officium principaliter, & ordinarie intētatur dato libello, prout requiritur, gl.in rub.de interroga.act.& aperte petitur aliquid dari vel fieri, tunc dico, ꝙ filius non est habilis sine consensu patris, sicut quando intentatur actio, & ita conclusione dixi in reportatis meis, in d.l.1.C. qui admit. Et per ista sit firmata ista conclusio, quòd minores, & aliæ personæ, quæ in iudicio esse non possunt, non recipiunt guarentigiam. Et idem est in filiofam.constituto sub patria potestate, nisi in casibus superius exceptuatis.

## QVÆSTIO IIII.


ESCENDO igitur ad quartum principale dubium, videlicet, Nunquid istud instrumentum guarentigiatum operetur in clericos illud quod operatur in laicos? Et pro de-

cisione huius articuli, est primo videndũ, Nunquid clerici possunt vti via executiua, & sic beneficio statuti laicorum: & in hoc reperio primo Bal. in rep. l. de quibus. ff. de leg. qui dicit, statutum, & consuetudo laicorum est proficua et clericis, vt 10. dist. c. si in adiutorium, & de fo. comp. ca. dilecti, dummodo ipsi velint seruare formã consuetudinis, & statuti, & sic est consuetudo vel statutum, quòd instrumenta guarentigiata mandentur executioni, nisi sint elapsi decem anni, certe non poterit tunc ecclesia post decem annos petere dicti instrumenti executionem, sed debet agere ordinarie, cum iuri extraordinario sit præscriptũ. ar. l. eius militis. §. militia missis. ff. de test. mil. & ratio est, quia beneficio meo quis non vtitur, nisi quatenus volo. Et si statutum vult, ꝙ postea non vtatur ecclesia, non potest conqueri, quia statutũ suum non tuum denegat auxilium. Et ad hoc bene facit, qđ ipse no, in l. 4. C. ad l. Falc. Vbi dixit, quòd quando ecclesia vult vti beneficio statuti ad sui commodum, opus habet seruare etiam quo ad onera. Et hinc est quod Bal. in l. 1. C. de contrahen. empt. firmauit, ꝙ posito, quòd per c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & per no. per Ioan. And. in c. 1. de immu. eccl. sit inductũ, quòd quantum ad clericos, ratione statuentium non teneat statutum laicorũ: Attamen si clerici volunt vti beneficio statuti respectu contractus, opus habent soluere gabellam pro contractu, quemadmodum soluit laicus. Et hoc etiam infert, quòd ecclesia non potest intentare viam executiuam ex statuto laicorum, nisi seruet solemni, quæ sunt à statuto requisita, licet aliter prouideat ius commune. Cum ergo statutum simpliciter disponat, quòd instrumenta guarentigiata habeant paratam executionem in sui fauorem, indubitanter comprehendit clericos, sicut laicos. Sed dubium versatur, quid econtra si laicus qui contraxit cum clerico obligato in instrumento guarẽtigiato, & confessionato, velit intentare viam executiuam, propter guarentigiam, sicut disponit statutum, & clericus dicit quòd statuta laicorum non ligant clericos, per tex. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, & per no. in auth.

cassa. de sacrosanct. eccle. Et pro clerico facit, quod nò. Ioan. And. in c. 1. de immu. ec. lib. 6. in nouella, in quæstione illa, an si statutum prohibet rem alienari in non subiectum quatenus comprehendit clericum, sit validū. Nam dicit, quòd non se extendit statutum clericorum ad perniciem clericorum, sed si disponat, quòd nō possit alienari in clericum, est nullum ipso iure, secundum Oldr. & Bar. in l. cum filius. §. diui. ff. de lega. 1. per text. in c. fi. de immu. eccl. lib. 6. quinimmo etiam si statutum velit, quòd clericus sit extra protectionem iudicis secularis, non valet, secundum Ange. in d. §. diui. vbi dixit, ꝙ videtur factum in fraudem ecclesiasticæ libertatis, sicut in simili, in l. 1. §. quæ honorandæ. quarum rerum actio non datur, & per no. per Innoc. in ca. nouerunt. de sent. excom. Iac. But. in l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. & in auth. cassa. de sacrosan. ec. decidit contrarium, dicendo, quòd sicut ciuitas potest non conferre ex toto iurisdictionem potestati suo, ita potest ipsam libertatem conferre, vt non possit audire querelas clericorum, & hanc sententiam Bal. in auth. cassa. conatur sustinere, & Bart. repiritur idem consuluisse in consilio quod incipit, Domini priores & idem voluit in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & pro decisione huius videtur facere, quod habetur in auth. statuimus, C. de episc. & cle. Vbi Bal. saluando Iacob. Bu. dicit, quando statutum concedit iurisdictionem non conferendo, ꝙ tunc valet, & tenet: secus in auferendo iurisdictionem. Ista tamen quæstio nō multum facit ad propositum, qa in casu de quo quærimus, statutum loquitur generaliter, & impartitur instrō vltra ius commune viam executiuā, & sic principaliter in materia sua disponit conferēdo nouum beneficiū: & dubiū est, Nunquid sicut actiue prodest clerico cōtra laicum; ita ex eadem æquitate, vt in rub. quod quisque iuris. possit laicus executiue astringere clericum in curia episcopali, & si coram iudice ipsius clerici ad obseruantiam instrumenti. Sed quæstio proxime tacta loquitur quādo principaliter, & expresse respectu ipsius clerici est iurisdictio denegata; propter qđ dicit Ange. in supra dicto §.

 diui.

diui. statutum videtur factum ad opprimendam, & suffocandam ecclesiasticã libertatem, cum vellit clericũ esse deterioris conditionis, quàm laicum, vnde magis ad ꝓpositum loquitur Hostien. in summa de consuetudine. §. & de virtute. ver. sed pone quòd inter laicos. vbi vult, quòd licet sit cõsuetudo inter laicos, quòd in tali causa executiue procedatur non dato libello, tamen si laicus agat ex illa causa cõtra clericum, coram episcopo cogetur offerre libellum, ex quo illa consuetudo laicalis non est seruanda in foro clericali. Sed Barto. in l. cunctos populos, in quęstion. quę incipit, Quinto quęro. C. de sum. trinita. & in authen. cassa. tenet oppositum, per text. in cap. cum venissent. de eo qui mitt. in possess. cau. rei seruan. vbi disponit, quòd in his quæ pertinent ad processum in foro ecclesiastico seruatur cõsuetudo laicorum: & quia hoc statutum est bonum & æquum, ergo seruãdum. Sed ista ratio parum valet secundum Bald. in d. l. cunctos populos. in quæstione quæ incipit, Sed hoc vlterius quæritur. nam per hoc quod sit bonum & æquũ, non sequitur, quòd videatur data auctoritas laicis in facto clericorum: vnde Bald. ibi considerans, quòd notarius qui fecit hoc præceptum, est iudex factus a uctoritate imperiali, & est purus laicus, dixit, quòd aliquid non potest in clericum, vt in c. si diligenti. de foro comp. sed in authen. cassa. tolerat dictum Barto. non per rationem suam, sed quia dixit, quòd consensus clerici afficit clericum, non autem statutum: & per hoc infertur, ꝙ contra tale instrumẽtum poterunt opponi omnes exceptiones, quæ possunt opponi de iure communi, quando non est confessionatum, nec guarentigiatum. Ad hoc accedant no. in c. quod clericis. de fo. comp. Nec huic sẽtẽtiæ repugnat æquitas, quæ vult ꝙ ius quo vtitur clericus contra laicũ, debeat per titulũ, ꝙ quisq; iuris, posse retorquere laicus contra clericum, quia, vt dicit Bal. ratio ista militaret si statutum fuisset factum ad instantiam clericorum, sed istud non occurrit hoc casu, & sic nõ obstat. Et sic Bal. in l. omni in nouatione. C. de sa. san. ec. concludit hoc statutum non esse seruandum in curia episcopali in

præiu-

prçiudicium clericorum. Et istud idem tangit Pe. de Anchar. in disputatione sua quæ incip. Ea quę fiunt à iudice maleficiorum, &c. Nec obst. etiam quod dictum est in concernentibus processum seruandam esse consuetudinem laicorum, quia immo seruanda videtur constitutio, & consuetudo iudicis ecclesiastici, circa modum procedendi, ex quo iudiciū vertitur in curia episcopali, iuxta regulam l. 2. C. quemad. test. ap. in l. 2. C. de emanc. libe. per quæ iura probatur, quòd seruanda est consuetudo loci vbi agitur. Ad quod tex. in c. de clericis. de for. comp. & glo. bona in l. Papinianus. C. de sent. & ad hoc accedant no. in d. l. cunctos populos. & l. exigere dotem. ff. de iud. Insuper videtur & aliter dicendū, quòd istud statutum non tendit ad litis ordinationem, sed ad decisionem, quia concernit executiuam. Et ad hoc accedit, qđ notabiliter notat Bar. in consi. suo, quod incipit, Quaeritur an statutum trahatur ad ecclesiasticas personas. Vbi dixit, quòd statutū dictans, ꝙ inter affines fiat compromissum, non prodest, nec nocet clerico, vt fiat compromissum, & dixit, quòd ipsum cōpromittere est pars executionis, potiusquam de ordine processus. Et esto, ꝙ ipse aliter consuluerit circa istum articulum cōpromissi, in consi. suo, qđ incip. An clericus. ista pars mihi æquior & iustior visa est. Assumo istam conclusionem, quòd cōtra clericum non potest peti executio dicti instrumenti. Et quia clericus opponit contra dictum instrumentum sicut si non fuisset apposita guarentigia; attēto, quòd cōstitutio secularis non potest nocere clerico, nisi in quatuor casibus. Primus est, quando laicus est solus iudex causæ, & tunc opus est, ꝙ sit iudex, verbi gratia: Si statutum dicat, ꝙ nisi legata insinuentur coram vicario potestatis infra mensem citatis citantis, non valeant ipso iure, nam tunc si hæres institutus sit clericus, citari poterit corā dicto vicario ex quo alter iudex adiri pōt, secūdum Bald. in l. testamenta. C. de test. Secundus casus est, qñ clericus nititur adminiculo eiusdem statuti, vt dixit Ia. Bu. & Bal. in d. l. omni in nouatione. C. de sac. san. ecc. & l. 1. C. de contrah. empt. Tertius casus est, quando sta-
 tutum

vtraque parte volente, & aliter fieri non poſſit. Et ſuper hoc dubio aſſumo partem negatiuam, ſcilicet, quòd aliter valere non poſſit niſi vtraque parte volente, & conſentiente, & ratio eſt, quia notarius præcipiendo partibus obſeruantiam inſtrumenti exercet ſolum iuriſdictionem voluntariam, non autem contentioſam, quia illam non exercet, cum careat adminiſtratione, vt dixit glo. in d. l. 1. ff. de iudi. & ibi per Bal. & Ange. Et iuriſdictio voluntaria præſupponit voluntatem actoris & rei, vt l. 1. C. de emanci. libe. & l. 2. ff. de offic. proconſul. & leg. Cuius oppoſitum eſt in contentioſa, quæ redditur in inuitum. l. inter ſtipulantem. §. 1. de verbo. obliga. Et hinc eſt quòd Cyn. in l. vnica. C. de confeſſ. & in l. certum. C. ſa. erc. & Barto. in l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. & in l. cum vnus. ff. de bo. auct. iud. poſſi. & in l. 1. ff. de eden. & l. proinde §. fin. ff. ad l. Aqui. & Bal. in l. 1. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. & in l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. & l. etiam, & l. ſi cauſam. C. de exec. rei iud. & Angel. in d. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. ſemper quando loquuntur de præcepto guarentigiæ dicunt, quòd tunc reſultat, quando notarius habens auctoritatem à ſtatuto facit præceptum partibus volentibus & acceptantibus. Et ex hoc infertur primo, quòd infans propter carentiam conſenſus, vt l. 1. C. de fal. mone. non eſt capax ſine auctoritate ad recipiendum præceptũ guarentigiæ. Et ſimile dico in pupillo carente tutore, quia cum non habeat iudicium rationis, non dicitur habere liberam voluntatem, vt l. infanti. & l. puberem. C. de iure delibe. & l. pupillus. ff. de acqui. hæred. & l. tutor. de bono. poſſ. Eſto quòd Barto. in l. 1. §. ſufficit. ff. de admini. tuto. dixerit eum poſſe citari, & quòd ſua cõtumacia ſi potens ad impoſitionem primi decreti, attento quòd dixit quòd intelligitur citatus quòd compareat per ſe vel per perſonam legitimam, & allegat l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cau. in poſ. eatur. qui tex. hoc non probat. Nam ſemper text. ille intelligitur, quòd actus fuerit geſtus cum tutore. Quinimo contra ſententiam Barto. adduco tex. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. ff. de

verb.

verb. obliga. vbi pupillus citatur cum auctoritate tutoris, aliàs non constituitur in mora, & ad hoc est etiam bonus text. in l. hoc autem. §. nam defendi. ff. ex qui cau. in poss. ea. Sed dubium magis occurrit, quid in minore pubere carente curatore qui consentit, contrahit, distrahit, & exercet actus voluntarios prout quilibet maior, esto quòd sui facilitate lædatur, restituitur, seu competat restitutio, vt l. curatorem habens. C. de integ. resti. minorum. & l. 1. §. fuit quæsitum, & ad Trebell. & l. nam & postea §. si minor. ff. de iure iur. Et antequam ad vlteriora procedam, reperio Bald. in conclusionibus Spec. in tit. de appell. §. minor xxv. annis. vbi vtitur istis verbis. Minori xxv. annis est factum præceptum guarentigiæ sine auctoritate curatoris, erit ne ipso iure nullum sicut in filiofam. an per appellationem rescindetur? & videtur quòd sit nullum, sicut in filiofam. vt l. fin. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. Sed in contrarium facit quòd valet contractus, ergo & præceptum sibi adiunctum, non enim est hic figura iudicialis: argum. l. seruus. ff. de bono. possess. Tandem concludit. quòd valeat si caret curatore, & dicit, quòd non habet locum appellatio, quia est præceptum conuentionale, & non iudiciale. Poterit tamen restitui probata læsione secundum ipsum ibi, licet aliter dicat in l. in causæ. ff. de mino. in princ. Ego aũt in hoc passu dico, quòd ẽt ipse sine curatore non recipit præceptum guarentigiæ, & ratio, quæ me mouet, est ista, q̃a instrumenta guarentigiata perinde habentur, ac si in iudicio essent fabricata, & perinde operantur prout sententia, & prout si iudicio cõtẽtioso facta fuissent, & ideo quæritur vtilis sine cessione, vt infra dicetur secundum Bart. in l. in possessione. §. sed si possessio. ff. de acqui. possess. & ista est ratio propter quã Cy. C. de cõfess. dicit, ꝙ instrumẽta habent paratã executionẽ, & Bal. in l. sicut. C. de repu. vel absti. hæred. & ista sola ratione motus dixit. Et ex hoc no. arg. hic, quòd cũ instrumẽtũ confessionatũ in quo est præceptũ iudicis chartulari videaẽ factũ in iudicio, nõ requiritur causa in cõfessione ibi insita, sicut nõ requiritur in iudicio, de quo dicetur in secũda parte

da parte, quãdo tractabitur de effectibus guarentigiæ. Et sit in effectu, cũ ista instrumenta guarẽtigiata siue confessionata sint reducta ꝓut si forent in iudicio celebrata, sequitur ꝙ qui non est habilis ad iudiciũ exercendũ, nõ est capax ad tale præceptum recipiendum. Modo hoc præsupposito arguitur sic, Iuditium non potest fundari cum minori, quia non dicitur habere personam legitimam standi in iudicio sine curatore, vt l. in vniuersis. C. qui da. tuto. poss. & ideo sententia lata contra minorem indefensum est ipso iure nulla, vt l. cum & minores. C. si aduer. rem iud. Hinc est quòd Bald. in conclusionibus, Specu. in titu. de arbitrio, dixit, quòd minor sine curatore potest compromittere, sed non procedere coram arbitro: ergo & similiter non potest recipere præceptum guarentigiæ. Item fortificatur, quia incarceratio pro debito ciuili, quæ est species executionis, vt dixit Bart. in l. his qui reipublicæ. ff. ex qui. cau. maio. quantumcumque sit permissa per statum in personam debitoris, non tamen cadit in minore, secundum Angel. in repetitione l. nemo carcerem. de exact. trib. lib. 10. & l. neq; impuberes. ff. de in ius vocan. ergo præceptum guarentigiæ non cadit in minore, si curator non interueniat. Insuper hoc fortiter roboratur per dicta per Barto. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. in quæstione quæ incip. Iuxta prædicta quæro, vbi dixit, quòd illa verba enunciatiua, emissa in instrumento præcedentibus tractatibus, & habita licentia ab episcopo faciunt fidẽ inter easdem personas quando sunt personæ quæ possunt sibi præiudicare confitendo & alienando, aliàs dixit, quòd nihil operatur. Quia quã facilitate contrahunt, eadem facilitate ista verba apponerent in instrumento. argu. l. doli mali. §. diuersum. ff. de noua. Et sic in proposito, sicut in iudicio propter defectum ætatis non possunt adesse, & ita eadem ratione non debent posse recipere præceptũ, quod est pars actus iudiciarij. Item ad hoc adduco auctoritatem Bald. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. vbi dixit quòd præceptum factum filiofamilias non operatur in instrumento confessionato,

ſionato, quia ſine conſenſu partis in iudicio eſſe non poteſt: ergo per iſta clare liquet, quòd non operatur in minore, ex quo ipſe etiam non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſi curato non interueniat. Hoc autem poteſt limitari, vt intelligatur eſſe verum duntaxat in illis caſibus, in quibus minor non patitur ſententiam. Iſtud idem dico in alijs perſonis, quæ propter vitium naturæ aut reſiſtentiæ legalis in iudicio eſſe non poſſunt, vt in furioſo, & prodigo, cui bonis eſt interdictum, quia non differunt à pupillo, vt l. Fulcinius. §. idem. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. & l. ſeruo inuito. ff. ad Trebell. Et idem dicerem in bānito ex banno imperiali, vel qui impune offendi poteſt: quo caſu omnino fit hoſtis reipublicæ, vt l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. d. l. diuum, & quod ibi per Bar. & latius in diſputatione quæ incipit, ſtatuto ciuitatis Lucanæ, certum eſt, quòd non poteſt agere in iudicio, & quòd perdit omnia commoda, & priuilegia propriæ ciuitatis, & per Barto. in locis ſupradictis, & per Bald. in l. 1. C. de hæred. inſtit. & per Iaco. But. in auth. item nulla communitas C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ideo etiam ex iſto capite guarentigiæ, quæ cauſatur ex ſtatuto ciuitatis, à qua eſt bannitus, non poteſt ſibi eſſe proficua. Et iſtud idem dici debet in deportato damnato in metallum, rebelle & excommunicato, qui etiam perdunt quæ ſunt iuris ciuilis, vt in cap. pia. de except. Et iſtud idem approbat Odof. in quæſtionibus guarentigiæ in cap. 1. circa fin. vbi dixit, quòd quando poteſt opponi quòd non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ibi non poteſt tali perſonæ fieri præceptum guarentigiæ, & fortius in aſſaſſino per tex. in cap. 1. de homici. lib. 6. Sed dubium vergi poteſt. Quid in filiofam. maiore conſtituto ſub patria poteſtate, an tunc ſi contrahat poſſit notarius apponere præceptum guarentigiæ, ſicut ſi non foret ſub patria poteſtate. Et videtur prima fronte dicendum eſſe, quòd ſic, attēto ꝙ patria poteſtas nō impedit filiumfa: contrahere niſi in voto & in Macedoniano, vt l. tam ex contractibus. ff. de iudic. Et præceptum guarentigiæ

adhærens

adhærens instrumento tamquam clausula accessoria, videtur sequi naturam sui principalis, per text. in l. fi. ff. de consti. pecu. & l. si libertas ex modica, §. si patronum, ex asse. ff si quid in frau. patro. & l. iusiurandum à debitore. ff. de iureiur. Et accedat not. Bald. in l. absentis. C. si cert. peta. Sed contrariũ tenet Bal. in d. l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. vbi dicit, quòd cum confessio habeat vim litis contestatæ, vt habet iusiurandum, de quo loquitur glo. in l. nam & postea. §. si is qui. ff. de ireiurando. esto quòd filiusfam. in his quæ præcedunt litis contestatæ, intelligitur habere habilem personam standi in iudicio, vt l. si cum dotem. §. eo autem tẽpore. ff. solu. matri. & quod per Bald. in d. §. necessitatem. Ipsam tamen contestationem non potest facere sine parte, quia est iudicij firmamentum ad hoc bene facit quod no. Spec. in titu. de actore, in 2. charta. in ver. sed nunquid præceptum sine consensu patris. Ergo per istam rationem concludit quòd præcepta guarentigiæ quæ fiunt filiofam. non valent ipso iure, nisi pater esset absens extra prouinciam, quo casu potest de per se esse in iudicio, vt in l. si lõgius. ff. de iudicijs. Item si esset mentitus de morte patris, aut de emancipatione, vel nisi esset in ipsa possessione existentiæ sui iur. fama publica præcedente, per l. 3. ff. ad Macedonia. & l. Zenodorius. C. eo. tit. & accedant no. ꝑ ipsum in l. fin. C. si aduer. libe. & ista est cõclusio in qua residet tantus doctor. Sed quia iste articulus est dubitabilis, & occurrens, aliqualiter arbitror insistendum. Et primo. Illud quòd dicit Bal. confessionem habere vim litis contestatæ, dato ꝙ sit verum quantum ad effectum perpetuandæ actionis, prout loquitur illa glo. in d. §. si is qui, & etiam sit forte verum quantum ad fouendã actionem transitoriam in hæredem, quæ aliàs non transiret, sicut occurrit, in l. 1. C. ne ex delic. defun. in l. si eũ hominẽ. ff. de fideiuss. & quod late ꝑ Bal. in l. 1. C. ne ex delic. defun. Ita ꝙ facta cõfessio ꝑ delinquentẽ, actio quæ aliàs non astringit hæredem, quando est pœnalis ex vtraque parte, hæc à sua virtute confessionis efficitur transitoria, sicut si facta fuisset litis contestatio. Et licet hoc ꝑ Doct.

non

non reperiam esse dictum, tamen ita tenui legendo in d. §. si is qui motus principaliter per illam glo. Sed quo ad telam iudicij, vt cõfessio operetur vim litis conte. prout vult Bal. in d. §. necessitatem nõ arbitror esse verum, per tex. in d. l. si debitori ff. de iudi. vbi in confessum ante litem contesta. non fertur diffinitiua, sed fit præceptum de soluendo, & sic fertur interlocutoria, quæ non requirit quòd præcedat litis contesta. & vocat sentẽtia præcepti, vt 2. q. 1. c. nos in quemquam. Et secus est si emanat post litẽ contesta. quia tunc fertur diffinitiua & concludunt Doct. in d. l. si debitori. Modo si confessio haberet vim litis contestatæ, prout vult Bal. dicta distinctio non procederet, immo secus foret, quia confessio videretur facta & sic semper feretur sententia diffinitiua. Inuestigandum est ergo, quæ possit esse ratio, & in effectu duplex redditur. Vna ratio videtur esse, quia filius non habet personam iudicio integrum standi, vt dixit glo. in d. §. necessitatem. Sed quia ista ratio per modernos & præsertim per Barto. ibi. & in l. fi. in princ. de verb obliga. improbatur, ideo non insisto. Alia est quia cum hodie pater respectu eorum in quibus vsufructus est sibi quærendus, remanet legitimus administrator, vt l. 1 C. de bo. mater. non est condecens quòd solus filius possit in iudicio experiri, & ideo à lege sunt sibi ligatæ manus, vt sine patris cõsensu non possit esse in iudicio, quando verti posset in præiudicium ipsius patris. Et esto ꝙ ratio assignata per Bart. in §. necessitatem. & in §. 1. in l. fin. ff. de verbo obliga. quia sit inductum ꝙ filius possit esse in iudicio cum consensu patris, nõ trãseat sine dubio. Nam dicit quòd ideo est, quia pater consentiendo filio quòd agat, videtur per talem consensum iuri vsufructus sibi debiti tacite renunciare. Hoc videtur primo contra tex. in d. §. necessitatem, continuando ipsum præcedenti, quia licet renunciet hæreditati pur habet opus filio consentire, propter quod infertur quòd etiam quando renunciat filius non habet legitimam personam, quia si recte consideretur, pater quando consentit filio vt agat, consentit ad finem vt filius acquirat, & sic intentio patris tendit ad

acquirendum, non autem ad renunciandum siue ad perdendum: ergo non debet operari vltrà suam intentionē, argu. l. non omnis, ff. si cer. pet. Sed quicquid sit, non deuiando à communi sententia, in hoc dubio sic arbitror concludendum, quòd aliquando filius confitetur super materia patri non pæiudicatiua, vt quia patri nil erat acquirendum, non autem ad renunciandum siue ad perdendum, ergo non debet operari vltra suam intentionem, argu. l. non omnis. ff. si cer. pet. Sed quicquid sit, non deuiando à communi sententia, in hoc dubio sic arbitror concludendum, quòd aliquando filius confitetur super materia patri non præiudicatiua, vt quia patri nil erat acquirendum, verbi gratia, quia erat patri prohibitus vsufructus, sic in auth. excipitur. C. de bo. mater. vel quia non erat materia ex qua patri fuit aliquid acquirendum, vt in exemplis positis per Barto. in l. fin. de verbo. obliga. in princ. & tunc dico, ꝙ patria potestas non impedit præceptū guarentigiæ in operari effectū suum, & virtutē suam. Quia tunc filius est capax iudicij absq; cōsensu patris, & nulla est ratio quæ sibi obstet. Aliquādo vero venit patri acquirendus ex illa materia vsufructus, & tunc assumo regulam per contrarium, & dico quòd talia præcepta facta tunc filio simul confitente sine consensu partis, sunt ipso iure nulla, & in hoc casu verificatur dictum Bald. in d. §. necessitatem. Hæc tamen regulam fallit primo in omnibus casibus, in quibus filius potest esse in iudicio sine curatore. Nam & in illis intelligitur etiam sine patre habere potentiam agendi, & exercendi iudicium, vt dixit Bald. in conclusionibus Spec. in tit. de actore. §. 1. allegando ibidem Spec. Secundo fallit quando pater esset absens à prouincia, per l. si longius. ff. de iud. Tertio fallit, quando esset mentitus de morte patris, vel de mancipatione, vt dixit Bald. in d. §. necessitatem. per l. 3. ff. ad Maced. & l. Zenodorus. C. eod. tit. Quarto fallit in causis spiritualibus, in quibus patria potestas non attenditur, vt in cap. si annum, de iudi. lib. 6. Quinto fallit in causis criminalibus, cum in talibus patria potestas non consideretur. l. inter liberas

ras.§.fin.ff.de adulte.& no.in l.clarum.C.de aucto.præstan. Sexto fallit vbi extraordinarie judicis officium intentaretur: nam tunc agit filius circumscripto consensu patris, vt est gl.notabilis in l.1.C. qui admit.ad bo.poss. Pro illa glo.bene facit tex.non solitus allegari, in l.si filius.de dam.infe.Hoc autem quod.dixit gl.in d.l.1. ego intelligo verum esse,qñ iudicium est extraordinarie intentatum,prout declarat alia gl.magna circa fi.in.d.l.1. Ita quod à parte nihil petitur dari vel fieri, vt quia petit se poni in tenutam beneficio legis edicto. C. de edic. diui Adri.toll. vel petit se cassari de libro bannitorũ, nã tunc iudicium est summarium, & geritum cum iudice, & non cum parte, cuius cõtrarium foret si pars compareret & contradiceret: Quia tunc de summario & extraordinario, voluitur in ordinarium, vt notanter dixit Bald.in d.l.edicto.& cum sit extraordinarium,& nõ fiat cum parte,sed cum iudice,sequitur necessario, quod nõ dicitur ibi esse iudicium cum deficiat altera ex tribus psonis substantialibus iudicij, vt l.1.C. de ordine iudicij, & in c.forus. de verb.sig.Ideo non est mirum si gl.dixit, quòd tunc patris consensus non requiritur: Sed quando judicis officium principaliter,& ordinarie intẽtatur dato libello,prout requiritur,gl.in rub.de interroga.act.& aperte petitur aliquid dari vel fieri, tunc dico,ꝙ filius non est habilis sine consensu patris, sicut quando intentatur actio,& ita conclusione dixi in reportatis meis,in d.l.1.C. qui admit. Et per ista sit firmata ista conclusio, quòd minores,& aliæ personæ, quæ in iudicio esse non possunt, non recipiunt guarentigiam. Et idem est in filiosfam.constituto sub patria potestate, nisi in casibus superius exceptuatis.

## QVÆSTIO IIII.


DESCENDO igitur ad quartum principale dubium, videlicet, Nunquid istud instrumentum guarentigiatum operetur in clericos illud quod operatur in laicos? Et pro de-

cisione huius articuli, est primo videndū, Nunquid clerici possunt vti via executiua, & sic beneficio statuti laicorum: & in hoc repetio primo Bal. in rep. l. de quibus. ff. de leg. qui dicit, statutum, & consuetudo laicorum est proficua et clericis, vt 10. dist. c. si in adiutorium, & de fo. comp. ca. dilecti, dummodo ipsi velint seruare formā consuetudinis, & statuti, & sic est consuetudo vel statutum, quòd instrumenta guarentigiata mandentur executioni, nisi sint elapsi decem anni, certe non poterit tunc ecclesia post decem annos petere dicti instrumenti executionem, sed debet agere ordinarie, cum iuri extraordinario sit præscriptū. ar. l. eius militis. §. militia missis. ff. de test. mil. & ratio est, quia beneficio meo quis non vtitur, nisi quatenus volo. Et si statutum vult, ꝙ postea non vtatur ecclesia, non potest conqueri, quia statutū suum non tuum denegat auxilium. Et ad hoc bene facit, qđ ipse no, in l. 4. C. ad l. Falc. Vbi dixit, quòd quando ecclesia vult vti beneficio statuti ad sui commodum, opus habet seruare etiam quo ad onera. Et hinc est quod Bal. in l. 1. C. de contrahen. empt. firmauit, ꝙ posito, quòd per c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & per no. per Ioan. And. in c. 1. de immu. eccl. sit inductū, quòd quantum ad clericos, ratione statuentium non teneat statutum laicorū: Attamen si clerici volunt vti beneficio statuti respectu contractus, opus habent soluere gabellam pro contractu, quemadmodum soluit laicus. Et hoc etiam infert, quòd ecclesia non potest intentare viam executiuam ex statuto laicorum, nisi seruet solemni, quæ sunt à statuto requisita, licet aliter prouideat ius commune. Cum ergo statutum simpliciter disponat, quòd instrumenta guarentigiata habeant paratam executionem in sui fauorem, indubitanter comprehendit clericos, sicut laicos. Sed dubium versatur, quid econtra si laicus qui contraxit cum clerico obligato in instrumento guarētigiato, & confessionato, velit intentare viam executiuam, propter guarentigiam, sicut disponit statutum, & clericus dicit quòd statuta laicorum non ligant clericos, per tex. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, & per no. in auth.

casia.

cassa. de sacrosanct. eccle. Et pro clerico facit, quod nō. Ioan. And. in c. 1. de immu. ec. lib. 6. in nouella, in quæstione illa, an si statutum prohibet rem alienari in non subiectum quatenus comprehendit clericum, sit validū. Nam dicit, quòd non se extendit statutum clericorum ad perniciem clericorum, sed si disponat, quòd nō possit alienari in clericum, est nullum ipso iure, secundum Oldr. & Bar. in l. cum filius. §. diui. ff. de lega. 1. per text. in c. fi. de immu. eccl. lib. 6. quinimmo etiam si statutum velit, quòd clericus sit extra protectionem iudicis secularis, non valet, secundum Ange. in d. §. diui. vbi dixit, ꝙ videtur factum in fraudem ecclesiasticæ libertatis, sicut in simili, in l. 1. §. quæ honorandæ. quarum rerum actio non datur, & per no. per Innoc. in ca. nouerunt. de sent. excom. Iac. But. in l. assiduis. C. qui po. in pig. habe. & in auth. cassa. de sacrosan. ec. decidit contrarium, dicendo, quòd sicut ciuitas potest non conferre ex toto iurisdictionem potestati suo, ita potest ipsam libertatem conferre, vt non possit audire querelas clericorum, & hanc sententiam Bal. in auth. cassa. conatur sustinere, & Bar. repiritur idem consuluisse in consilio quod incipit, Domini priores & idem voluit in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & pro decisione huius videtur facere, quod habetur in auth. statuimus, C. de episc. & cle. Vbi Bal. saluando Iacob. Bu. dicit, quando statutum concedit iurisdictionem non conferendo, ꝙ tunc valet, & tenet: secus in auferendo iurisdictionem. Ista tamen quæstio nō multum facit ad propositum, q̄a in casu de quo quærimus; statutum loquitur generaliter, & impartitur instrō vltra ius commune viam executiuā, & sic principaliter in materia sua disponit conferēdo nouum beneficiū: & dubiū est, Nunquid sicut actiue prodest clerico cōtra laicum; ita ex eadem æquitate, vt in rub. quod quisque iuris. possit laicus executiue astringere clericum in curia episcopali, & si coram iudice ipsius clerici ad obseruantiam instrumenti. Sed quæstio proxime tacta loquitur quādo principaliter, & expresse respectu ipsius clerici est iurisdictio denegata; propter qđ dicit Ange. in supra dicto §.

 diui.

prçiudicium clericorum. Et istud idem tangit Pe. de Anchar. in disputatione sua quæ incip. Ea quę fiunt à iudice maleficiorum, &c. Nec obst. etiam quod dictum est in concernentibus processum seruandam esse consuetudinem laicorum, quia immo seruanda videtur constitutio, & consuetudo iudicis ecclesiastici, circa modum procedendi, ex quo iudiciũ vertitur in curia episcopali, iuxta regulam l. 2. C. quemad. test. ap. in l. 2. C. de emanc. libe. per quæ iura probatur, quòd seruanda est consuetudo loci vbi agitur. Ad quod tex. in c. de clericis. de for. comp. & glo. bona in l. Papinianus. C. de sent. & ad hoc accedant no. in d. l. cunctos populos. & l. exigere dotem. ff. de iud. Insuper videtur & aliter dicendũ, quòd istud statutum non tendit ad litis ordinationem, sed ad decisionem, quia concernit executiuam. Et ad hoc accedit, qđ notabiliter notat Bar. in consi. suo, quod incipit, Quæritur an statutum trahatur ad ecclesiasticas personas. Vbi dixit, quòd statutũ dictans, ꝙ inter affines fiat compromissum, non prodest, nec nocet clerico, vt fiat compromissum, & dixit, quòd ipsum cõpromittere est pars executionis, potiusquam de ordine processus. Et esto, ꝙ ipse aliter consuluerit circa istum articulum cõpromissi, in consi. suo, qđ incip. An clericus. ista pars mihi æquior & iustior visa est. Assumo istam conclusionem, quòd cõtra clericum non potest peti executio dicti instrumenti. Et quia clericus opponit contra dictam instrumentum sicut si non fuisset apposita guarentigia; attẽto, quòd cõstitutio secularis non potest nocere clerico, nisi in quatuor casibus. Primus est, quando laicus est solus iudex causæ, & tunc opus est, ꝙ sit iudex, verbi gratia: Si statutum dicat, ꝙ nisi legata insinuentur coram vicario potestatis inf. a mensem citatis citantis, non valeant ipso iure, nam tunc si hæres institutus sit clericus, citari poterit corã dicto vicario ex quo alter iudex adiri põt, secũdum Bald. in l. testamenta. C. de test. Secundus casus est, qñ clericus nititur adminiculo eiusdem statuti, vt dixit Ia. Bu. & Bal. in d. l. omni in nouatione. C. de sac. san. ecc. & l. 1. C. de contrah. empt. Tertius casus est, quando sta-

tutum præcedit iurisdictionē non conferendo quo casu clericus non potest habere recursum ad illum iudicem, qui tunc quo ad ipsum caret iurisdictione, vt in d.auth. statuimus.C.de episco.& cleric.Quartus casus est quan do statutum laicorum concernit solum quę sunt proces sus, vt dicit Bal.& Bart. in d.l. cunctos populos, & Pe. de Anch.plenius in dicta disputatione, ea quæ sunt à iudice, circa finem.

## QVÆSTIO V.

HIS expeditis venio ad quintum dubium principale, videlicet, an creditor qui potest regulariter compellere debitorem, vt de debito faciat sibi publicum instrumentum, vt habetur in l. si contendat. ff. de fideiuss. & in l. sicut data. C. de libe. cau. & in l. dissolute. de condi. ex l. & per Specu. in titu. de instr. edi. §. postquam. versi. quid si, & per Bart. eleganter in l.si finita.§.eleganter.ff. de dam.infect.posset etiam debitorem ipsum astringere, vt recipiat guarē tigiam, & sic, quòd conficiatur instrm̄ guarentigiatum, & ad partem negatiuam est auctoritas Ang. & Ioan. de Imo.in l. si pupillus.in prin.ff.de noua. Qui dicunt non teneri, considerato, quòd per tale instrumentum possit incipi ab executione, vnde debitor grauaretur in eo, in quo non erat obligatus. Sed forte istorum sententia non est vera: Nam per appositionem istius clausulæ in instru mento non dicitur debitor in plus grauari, sed efficacius grauari, vt notabiliter dixit Bald. in l. is qui accessionis. ff. de fideiusso. Vbi propter ista rationem dixit, quòd fideiussor potest astringi ex instrumento guarentigiato, licet principalis ex tali instrumento non sit astrictus, & tamen constat, ꝙ non potest in plus fideiussor obligari, vt Instit.de fideiuss.§.præterea, & l. græce.§.1. ff.de fideiuss.& idem dixit notabiliter Bal. in l.error.C. de iur. & facti ignoran. Insuper cum consuetudo localis sit, quasi per totam Italiam, quòd tales clausulæ apponantur iuxta consuetudinem, vt dixit Barto. in l. pri-

ma.

una.§. si fraudator. ff. de his quæ in fraudem creditor, & per l. si pias.§.primo.de nou. operis nunciation.& quod per Bald.in l.1.C. de reuoca.his quæ in fraudem credit. & in l.pactum curatoris.C.de pact, & l.si pignore.C.de pigno. & in l. in vniuersorum. de pignor. actio. & per gio.in l.penultim.C. de fideiuss.& per Angel.in l.2.ff.de iurisdict. omn. iudi. merito propter ista duo tenerem, quòd astringi potest debitor, vt in instrumento debiti patiatur guarentigiatam.

## QVÆSTIO VI.

NVNC venio ad sextum dubium principale, videlicet, An si instrumentum sit inutile, confessio vel præceptum aliquid operetur, & videtur dicendum, quòd non, quia si instrumentum nõ valet, non debet valere quod sequitur ex eo, vt l. non dubium.C.de leg.& l.iubemus.§.sane.C.de sacrosanct. eccle.& in l.nemo clericus.C.de summa trinita.Et hinc est, quòd clausulæ accessoriæ regulantur secundum naturam sui principalis, vt l. si libertus ex modica.§. si patronum ex asse. ff. ne quid in fraud. patrona. & l. si quis cum debitore.ff. de iureiuran. & quod per Bal.in l. cum pater.§.curatoris.ff.de leg.2. Cum igitur instrumentum sit nullum, ipsa confessio, & clausula guarentigiæ nullam debet habere virtutem. Et quòd hoc sit verum in duobus locis formaliter Bal. hoc voluit in l. si absentes, C.si certum peta.& in repe.l.edita.C. de edend. In quibus locis dixit,quòd si non tenet principale, idest instrumentum, non tenet confessio vel præceptum, & de hoc dicit esse tex. singularem in l.fi.ff. de constitu.pecu. Vbi confessio & scriptura facta per illum,qui putabat se esse hæredem, vitiatur statim cum deficit principale.s.quòd non sit hæres. Sed in contrariam partem adducitur primo text.in l.si stipulatus. §. Grisogonus.ff.de verborum obligation.vbi probatur, quòd per confessionem appositam super inutili stipulatione resultat efficax probatio. Ad quod l. iubemus. C. de sac. sap. eccl. & l. 2. §. 32 ff. de præ-

erat hæres, & super hæreditate emanabat debitum, & confessio. Vnde non est mirum si ibi pereunt omnia accessoria ex quod deficit principale propter seruata solemnitatem in contrahendo requisitam à lege, vel statuto vt quia stipulatio non fuit solemniter concepta, vel quia fuit alteri stipulatus, & tunc licet pereat instrumentum vel contractus principalis, non tamen perit ipsa cõfessio, & ita loquuntur quæ supra proxime dicta sunt.

Modo ad casum nostrum de confessione, & præcepto, dico, quòd præceptum illud nõ potest operari virtutem executiuam super debito confessato, quia terminus ad quem fit relatio, i. instrumentum & contractus non subsistit; ergo nõ est aliquid exequibile. arg. l. in testamẽtõ. de condic. & demon. & Bal. in l. alia. C. de his qui. vt in di. allegando Innoc. in cap. cum venerabilis. extra de except. & in c. cum olim. de censibus. dixit, quòd si confiteor instrumentum falsum esse verum, quòd reprobato illo instrumentó tanquam falso confessio mihi non nocet, quia nec naturale, nec ciuile habet fundamentũ cui possit inhærere, vt l. cum precibus. C. de proba. Attentó, ꝙ illa confessio fuerit facta per rescriptum ad veritatem negotij debiti super quo factum est instrumentum, non tamen perit confessio. Et sic dico in casu isto, quòd illud præceptum guarentigiam causans tanquam fundatum super instrumento nullo modo operatur viam executiuam, nec impedit exceptionis obiectũ. Sed ipsa confessio quam fecit debitor asserendo se debitorem, bene nocet sibi si causa delicti non oriatur ex instrumento, sed aliunde, prout loquitur Bar. in l. 1 §. si quis simpliciter. de verbo. obli. verbi gratia. Si confiteor in instrumento nõ solemni, qualiter Titius mutuauit mihi decem in Calendis Martij, & ideo promitto obseruantiam, & recipio præceptum guarentigiæ, dato quòd creditor non posset se ex illo instrumento fundare, nec executionem petere, attamen poterit agere ordinarie, & per certi conditionẽ ex mutuo, & probabit mutuũ per istã confessionẽ interpositã super tali instrumẽto, vt dixit Bal. in d. l. 1. §. plane. ff. ꝙ fal. tut. auct. Et ista est conclusio quã puto verissimã.

QVÆ-

## QVÆSTIO VII.

DESCENDO igitur ad septimum dubium principale, videlicet, Nunquid post factum pręceptum guarentigiæ confessio possit tamquam erronea reuocari, ita quòd præceptum guarentigiæ nihil operetur. Bart. in l. non fatetur. de confe.& in l. error. C. de iur. & fac. igno. loquendo de præcepto de soluendo facto in foro iudiciario contentioso secundum formam l. si debitori. ff. de iud. dixit, quòd poterit licet confessio ex hoc capite non sit reuocabilis, vt est text. in d. l. error. ff. & C. de iur. & fac. igno. Nam dicit, quòd illud præceptum non potest dici sententia diffinitiua, quia non condemnat vel absoluit, sed tendit ad executionem confessionis, sic in l. apud Celsum. §. labeo. de doli excep. Sed Bal. in d. l. error. reprobat Bar. propter tria, & Primò dixit, quòd istud præceptum est terminus disputationis sicut conclusio in causa. Secundo ꝙ transit in rem iudicatam prout sententia diffinitiua, vt l. de debitoribus, ff. de re iudi. & l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. Tertio, quia ex tali præcepto oritur actio in factũ sicut ex diffinitiua, vt dicit glo. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quæ lib. ergo per ista secundum ipsum videtur, ꝙ habeat vim sententiæ diffinitiuæ. Et quòd Bar. non fuerit bene locutus. Quinimmo vltra ipsum quod sit eius naturæ cuius est diffinitiua, clare infertur, quia appellatur ab ipso præcepto de iure ciuili, vt l. quoniam. C. de appel. quod nõ foret, si esset interlocutoria, vt l. inter vtilem. ff. de mino. Ita quòd quãdo emanat post litem contestatam non assumit naturam interlocutoriæ, vt dicit l. si debitori. Ex quo infertur, ꝙ si non esset interlocutoria, opus est, quòd habeat vimdinitiuæ, & idcirco Bal. in l. si pecuniam. C. de re iudi. dixit, ꝙ quando præceptum iudicis causam terminat, tunc vnum & idem est sententia diffinitiua & ipsum præceptum. Quod maxime arbitror esse verũ, quando emanauit in sententia diffinitiua: Nam tunc idem & proprie dicitur sententia diffinitiua, vt est glo. singularis & peregrina in l. qui agnitis, ff. de excep.

super

super verbo, præcepto. Ad hoc accedit quod eleganter Bald. dixit in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. vbi dixit, quòd à tali præcepto appellatur, & quòd iustificatur, ex iam dictis in posterum probandis per l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & sic vim habet diffinitiuæ. Quod limito esse verum quando fertur cum causæ cognitione: secus autem si in discursu & ex abrupto, vt dixit Bal. in l. hi qui ad ciuilia. Nam tunc nec habet vim diffinitiuæ, neque trãsit in rem iudicatam, vt vult Innocen. in c. cum venissent. de in inte. rest. Sed in dubio ex quo in actu voluntariæ iurisdictionis interpositum est decretum, semper præsumitur habita causæ cognitio & quòd ordo iuris fuerit seruatus, vt dixit eleganter Bald. in l. his verbis. ff. de adop. allegando l. 1. C. de iure hastæ fisca. lib. 10. & in l. iurisgentium. §. quòd fere. ff. de pa. & Spec. in titu. de empt. & vendi. §. nunc videndum. versi. & habetur, & not. in l. actor. ff. rem ra. ha. Nec supra dictæ conclusioni obstat ratio assignata per Bart. cum dixit, quòd præceptum hoc non est sententia diffinitiua, quia tendit ad executionem confessionis. Nam & sententia mere diffinitiua lata in cõfessum non tendit ad alium finem quàm ad exequendum, vnde in l. proinde. ff. ad l. Aqui. dicitur, quòd in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in exequendo. Item licet præcipiendo iudex non vtatur formaliter verbo, condemno. Attamen vtitur verbo æquipolenti, & idem importanti quod tantum releuat, vnde Bald. in l. actori. C. de iureiur. allegando l. quid tamen. §. 1. ff. de arbit. dicit, quòd tantum est quòd iudex declaret quem debere dare decem Titio, & sic in proposito glo. in l. 1. C. de sent. quæ sine cer. quan. quæ dicit, quòd si iudex qui aditur super executione mandat exequendum quod petitur, ꝙ non requiritur alia condemnatio. Et supradicta locũ sibi vendicant quando iudex præcipiẽdo exercet iurisdictionem contentiosam, sed casus noster loquitur in iudice exercente iurisdictioonẽ voluntariam, quod Bal. in d. l. error. de plano fatetur, ꝙ in præcepto, quod fit per notariũ in cõtractu quod appellatur pręceptũ guarentigię.

Bart. sententia vera sit, scilicet, quòd prætextu erroris potest reuocari, nam solum cum ex tali præcepto obligatio non inducitur nec augetur, sed datur quidam modus agendi, vnde si obligatio est innefficax propter errorem, necesse est, quòd ipsum præceptum tamquam accessoriũ non subsistat. Ita tamen sua ratio non videtur bene concludere, quia vt dictum fuit supra in alio articulo, sublato principali, persæpe subsistit ipsa confessio, iuxta not. per Innoc. in cap. per inquisitionem. de elect. & in aliis glo. superius allegatis. Et ideo alia ratio efficacior reddi potest, videlicet, quòd notarius non potest iurisdictionẽ suam exercere, nisi præsupponatur voluntas partium, cũ dictum sit, quòd ipse non præcipit guarantigiam nisi de consensu vtriusque partis, & sic non potuit præceptum guarentigiæ fieri, quia errans non consentit, cum nil sit cõsensui tã contrarium & repugnans sicut error, vt l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. Et idcirco cum hoc casu confessio erronea fuerit, sequitur, quòd non interuenit consensus partis, & sic non potuit fieri præceptum guarentigiæ. Ex quo sequitur, quòd probatio de errore guarentigiæ nil operatur. Insuper ad hoc facit ratio, quia confessio ista habetur perinde ac si facta foret in iudicio, secundum Cyn. in l. 1. C. de confess. & Bartolus in l. possessio. §. possessio quoque. ff. de acquiren. possess. de quo infra late dicetur in secunda parte principali cum tractabitur de partibus guarentigiæ.

## QVÆSTIO VIII.

DESCENDO nunc igitur ad octauum articulum siue dubium principale, videlicet, An ista via executiua attributa instrumento virtute guarentigiæ terminetur in territorio vbi viget illud statutum loquens de guarentigia. An vero illud instrumentum guarentigiatum extendat vim ac potentiam à statuto sibi concessam vbique locorum in quibus dictorum instrumentorum peteretur executio: Quia iste passus est vtilis, & subtilis, est opus aliqualiter insiste-

re, &

re, & duos casus principaliter considerare. Primus est quid sit iudicandum si statutum Ferrariæ disponat, quòd instrumentum confessionatum mittatur executioni statim viso instrumento etiam non citata parte, an illud vẽdicet sibi locum si instrumentum istud sit factum Bononiæ, & petatur sit executio hæc Ferrariæ, & concluditur quòd sic. Nam licet confessio in Ferraria facta non fuerit, pur est verum dicere, quòd illud est instrumentum confessionatum, & tunc succedit regula, Quòd in his quæ concernunt ordinem processus, considerandus est locus vbi iudicium agitur: quod locum habet etiam si tractetur de ordine adhibẽdo etiam in ipsa executione, vt not. in l. 2. C. quemad. testa. ape. de quo per Bal. in. l. 1. circa fi. C. de confess. Vbi allegat tex. in l. missi opinatores. de exact. tri. lib. x. Et ad hoc accedãt notata per Bar. in l. cunctos populos. C. de summ. trin. & in l. à diuo Pio. §. sentẽtiam. ff. de re iudi. & etiam firmat in l. 1. C. ne filius pro pa. vbi dicit, quòd in ipsa executione instrumenti guarentigiati est quidam ordo irregularis, quia nõ seruatur quod aliàs seruari debet. Et dicit ibi, quòd attendi debet locus vbi petitur executio, non tamen attendendum est, vtrum litteræ iudicis iudicantis sint transmissæ, vel non, iuxta plene no. per Bart. in l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iud. & per Bald. in l. edicto. in fin. C. de edi. diui Adri. Quia quando executio, non sumit vim à iure communi, sed à statuto municipali, tunc executio non potest fieri per iudicem diuersi territorij ad litteras primi iudicis: Nam in exequendo debet sequi ordinem suæ iurisdictionis & non alterius, & hoc per tex. in d. l. missi opinatores. & ita concludit Bald. in l. 1. C. de execu. rei iud. & in d. l. 1. in fin. C. de confess. & ita etiam consuluit cõsilio suo quod incipit, Quæritur an captus, &c. Vbi quærit, An dictante statuto, quòd captus pro præcepto, spreto non possit recommendari pro alio debito, an tunc vicarius episcopi possit eum qui captus est & detentus in carcere communis, non autem ipsius episcopi pro aliquo debito, pro quo in curia episcopi data est licentia de capiendo ipsum recommittere in dicto carcere. Et

videtur

videtur prima fronte dicēdum quòd sic. Nam cum episcopus sit superior, potestas tenetur exequi sententiam suam, iuxta notata in l. ex ea. ff. de postu. & in cap. 1. de offi. ordi. & in cap. fi. de exce. lib. 6. Sed tamen hoc non obstante contrarium determinat in dicto consilio, dicendo, quòd in exequendo non attenditur auctoritas iudicantis, sed cōsuetudo, & stylus regionis vbi fit executio, & hoc per text. notabilem in d. l. missi opinatores, & quia carcer episcopi non est carcer communis, ideo dicit, quòd episcopus legem carceris mutare non potest.

Aliquando autem occurrit, quòd in loco vbi fit contractus viget statutum per quod datur auctoritas notario, vt possit facere præceptum guarentigię, & quòd prę ceptum sic guarentigiatum habeat vim executiuam, & tunc vertitur dubium, Nunquid si in alio loco vbi non viget tale statutum petita sit executio, sit opus tunc agere ordinarie & probare debitum per instrumentum, sicut si in illo loco vbi petitur executio, fuisset confectum tale instrumentum. Et super hoc dubio ad partem negatiuam arguitur primo sic. Quando petitur executio ratione destinatæ solutionis, certum est, quòd vbi destinata est solutio quis videtur contraxisse, vt l. contraxisse. de act. & oblig. per Bart. in l. Titium & Meuium. in prin. de admin. tuto. & in l. si conuenerit. ff. de iuri. omn. iudi. & per Anto. de But. in cap. 1. de iudi. Sed in loco illo vbi petita est executio, vt dictum est, viget solum in commune secundum quòd instrumentum non habet vim executiuam, vt l. si minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de mino. ergo non est considerādum statutum quod vigebat in loco vbi celebratus fuit contractus, sed solum ius commune quod viget in loco destinatæ solutionis. Secundo hoc corroboratur, quia cum ista executio detur à statuto contra ius commune, vt d. l. si minor 25. annis. venit restringenda ad hoc vt minus lædatur ius commune, vt in cap. cum dilectus. de consuet. & l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. Tertio adducitur ad hoc quod not. Guil. & Bar. in l. his verbis. & in l.

non aliter.ff. de adoptio.& Cyn. in l. cunctos populos. C.de sum.tri. in quæstione illa, An notarius creatus auctoritate statuti possit extra eius territorium conficere instrumenta. Nam determinauit, quòd ipse non possit extra proprium territorium exercere tabellionatus officium. argu.l. cum vnus.§.si is qui. ff. de bo. aucto. iudi. possi.& l.hac parte.C. de pro.sacro.scri.lib.10. Quarto pro ista parte arguit sic: Certum est, quòd quando intentatur ista via executiua vigore dicti instrumenti, quæstio solum vertitur super modo procedendi: Nam actor vult quòd solum procedatur executiue vigore dicti statuti, & reus vult, quòd procedatur ordinarie secũdum quod prouidet ius commune, vt l. nimis propere. C. de execu. rei iudi. Modo certum est, quòd respectu processus & iudicij attenditur locus vbi processus ipse fit, vt d. l. 2.C.quemadmodum test.aper.& l.si fundus.ff. de euict. ergo debet attendi ius commune, consuetudo & stylus, qui viget Ferrariæ, vbi actor inchoauit processum, & prosequitur iudicium. Quinto ad idem arguendo allegari potest notabile verbum Guil. de Cu. relatum per Bal. in l. secunda. ff. de eo quod certo loco. Vbi dicit, quòd statutum Florentinum dictans, quòd Florentinus maior decem & octo annis, non restituatur quòd Florentinus talis in ciuitate Perusij petat se restitui quod sibi competat restitutio de iure communi; & non attenditur statutum Florentinum, quia non extenditur ad contractos factos extra territorium proprium, & ad hoc optime facit glo.in d. l. secunda. ergo dici debet, & idem in casu isto, vt cum hoc statutum disponat contra ius commune, vt pluries dictum est, tale instrumentum non meretur executionem nisi infra terminos proprij territorij: & ad hoc facit text. in l. ex ea.ff. de post. vbi sententia prohibitiua in personam non extenditur vltra limites territorij. Ad idem accedat text. in cap.si sententia.§.fin. de senten. excommunica. lib.6. & quod habetur in cap. per venerabilem. qui filij sint legit. vbi Anton.de Butri.refert, quòd quando Papa non disponit in radice matrimonij, tunc legitimatio nõ se extendit ad

terras imperij, & sic vult, quòd effectus voluntariæ iurisdictionis terminetur in territorio. Sexto principaliter adduci potest tex. in l. 1. ff. de offic. proconsul. & leg. vbi probatur, quòd actus voluntariæ iurisdictionis gesti per inferiorem à principe non extendunt se vltra proprium territorium. Ad idem adducitur bonus tex. in ca. Romana. §. ne clericus. de fo. cõpet. lib. 6. & in l. cum vnus. §. si is qui. ff. de bo. auct. iudi. possid. Septimo pro ista parte allegatur tex. in l. iureperitos. §. qui oriundus. ff. de excusat. tuto. vbi tex. probare videtur, quòd nõ sufficiat decretum interpositum vbi pars sortitur forum: Sed requiritur quòd interueniat etiam decretum iudicis residentis in loco vbi fit in bonis realis executio, & ad idem in l. à proconsule. ff. de manu. vin. & l. si prædium. C. de præd. mino. per quam l. probatur, quòd decretum interpositum per iudicem qui habet subiectam personam nõ operatur in bonis positis in alio territorio: ergo & idem dicendum est in hoc præcepto guarentigiæ, quod non operatur cùm petitur executio in alio territorio, vt dixit glo. in l. non solum. §. testamento. ff. de execu. tut. Nisi curator fuisset datus à principe, vt l. 2. C. de excusat. tuto. de quo per Bar. in l. legitimos. ff. de legi. tut. & in l. cunctos populos superius allegata. Secũdo principaliter allegari potest auctoritas Bald. ad hæc in l. 2. in fin. C. quemad. test. aper. vbi dixit, quòd testamentum factum Paduæ insinuatum Perusij meretur executionem secundum statutum Perusinum, non autem Paduanum. Ratio est secundum ipsum quia cum assumat vires in Perusio propter insinuationem, ideo locus ille est attendendus. Modo cum in casu nostro assumpserit vires vbi factum fuit præceptum guarentigiæ, solus locus illæ videtur considerandus & attendendus, sed ad partem affirmatiuam arguitur primo sic. Notarius cum facit tale præceptum vt plures dictum est, exercet actum volũtariæ iurisdictionis, sed tales actus non circumscribũtur, vt est text. secundum communem opin. in d. l. 2. de offic. proconsul. & leg. in 1. responso. & l. emancipatus. ff. de adop. & in l. 1. C. de emancip. lib. & in l. ab ea parte. ff. de proba. &

ba. & in l. apud eum.ff.de man.vind. Ergo videtur, quòd istud instrumentum cum sua guarentigia, & fauore trãseat per omnia loca mundi. Secundo ad hoc adduci potest tex.in l.propter in litem.§.1.ff.de excu.tuto. Vbi decretũ interpositum in loco originis pupilli super tutela operatur vim suam vbique locorum, adeo, ꝙ tutor administrat vbique. Tertio ad hoc videtur bonus tex.in l. magis puto.§.illud.ff. de re. eorum vbi decretum interpositum in vno loco, extendit se ad bona in alio territorio sita, Quarto adducitur tex.in l.si non speciali.& l.fi. C.de test. vbi dr̃, quòd consuetudo, quæ vigebat in loco conditi testamenti inspicitur quo ad decisoria in quocũque loco vbi illius testamenti petitur executio. Ergo cũ in hoc casu tractetur de effectu executionis instrumẽti, ille locus vr̃ attendendus vbi confectum extitit instr̃m. Quinto ad hoc facit quod dixit Guil. & Bar.in l. non aliter. ff.de adop.vbi dicunt, ꝙ licet notarius factus solum auctoritate statuti, non possit vt publica persona rogari in alio territorio: instrumenta tamen confecta in loco, vbi fuit creatus tabellio, habent vim, & potestatem vbique locorum; ergo ita dicamus in hoc casu, vt vim & potestatem acquisitam virtute instru menti in ciuitate Bononiæ confecti conseruetur vbiq; locorum, & extendatur ad aliud territorium. Ad hunc finem adduco qđ Bar. dixit in l.legitimos. superius allegata. Vbi dixit, quòd iudex originis domicilij pupilli ad quem spectat dare tutorem, vt in l.1.C.vbi petan.tuto. & in l.1.C.de tuto.& cura. da. ab his, interponit decretum super alienatione bonorum pupilli consistentium in territorio, & ibi dixit ꝙ fiet executio si contradictio non insurgat. Virtus ergo decreti, & per consequẽs præcepti, qđ idem operatur, vt dixit Bar.in l.actor, ff. rem ra.ha. non terminatur territorio qñ emanat super his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis: ergo & idem debet dici de hoc pręcepto facto per notarium super instr̃o confessionato. Vltimo adduci ẽt bene potest, qđ notanter in quibusdã lecturis reperitur dixisse Bal.in l.fi.ff.de iurisdict.om.iud.vbi firmat, quòd notarius qui ex statuto Bononiensi habet faculta-

O tem

tem præcipiendi guarentigiam, quemadmodum posset resistere tempore rogitus in Bononia, dato, ꝙ statutum Perusinum super hoc aliquid non disponat,&c. Sed tandem his ita discussis arbitror concludendum, quòd si in ciuitate Ferrariæ statutum super executione instrumenti aliter non disponat, illud instrumentum Bononiæ cõfectum non habebit executionem paratam Ferrariæ, & hoc per iura allegata supra pro ista parte,& præsertim, quia ista executio concernit processum,& non substantiam negotij, ita, quòd non attenditur vbi sit factum instrumentum, sed locus vbi proceditur, vt d. l. missi opinatores. & l. 2. C. quemadmodum testamen. aper. & per hoc respondetur ad l. si non speciali. & l. fi. C. de test. & ad no. ibi, quia illa concernunt substantiam,& non processum, & ad hoc concurrit etiam, quia cum hoc statutum sit contra ius commune, debet stricte sumi, vt d. §. de viro. & istud maxime sibi locum vendicat si Ferrariæ destinata sit solutio: Nam tunc necessario locus ille cõsideratur, cum videatur ibi fuisse contractum, vt l. exigere dotem. & l. fideicommissum. ff. de iudi. & in l. contraxisse. de act. & obl. Et ideo Bald. in d. l. si non speciali. dixit, ꝙ illa differentia an actus cõcernat processum, vel substantiam negotij, non est ponderanda quãdo in loco vbi petitur non est destinata solutio. Nec huic conclusioni repugnat, quod dictum est de lege, si propter litem. §. 1. ff. de execu. tut. & l. ex ea. ff. de postu. & l. 2. ff. de offic. ꝓconf. & lega. Nam ibi disponit circa personam quo casu non attenditur territorium, vt. l. 1. C. de eman. lib. Secus autem quando lex agit in bonis, vel tendit ad solemnizandum contractũ, aut instrm: & ista est ratio differentiæ quare decretum iudicis in tutela operatur vbique. & in cura terminatur territorio, quia primo casu agit in personam principaliter, & in secundo casu in bonis principaliter, vt l. in copulãdis. C. de nup. & qđ no. Bar. in l. pupillo. ff. de tut. & cur. da. ab his. Sed si non sit quæstio de modo exequendi instrumentum,& executio sit parata, sed sit super aliquo effectu resultante ex instrõ ꝓpter virtutẽ guarentigiæ, verbi gratia, agit actor vigore illius

instrumenti confecti Bononiæ ex iure sibi quæsito per alterum, prout loquitur instrumẽtum, opponitur, quòd non potest, quia non est facta cessio, & ad hoc replicat actor, ꝙ ex instrõ guarẽtigiato trãsit vtilis sine cessione, vt dixit Bar. in l. possessio. §. possessio. ff. de acq. poss. & infra latius ostendetur. Vel agit creditor vigore dicti instrumenti in quo facta est confessio de recepto causa nõ apposita, vnde videtur, ꝙ non præiudicat confitenti, vt l. cum de indebito. in fi. ff. de proba. Ad qđ respõdet creditor, quòd non exigitur istud in instrumento guarentigiato, vt infra in secunda parte principali suo loco dicetur, & est notabile Cyn. in l. 1. C. de confess. Certe dico, quòd in dictis casibus & similibus actor obtinet, & non reus: Considerato, ꝙ ista concernunt substantialia instrumenti, & non ordinem processus, vnde locus Bononiensis vbi factum fuit instrumentum, debet attendi, & non Ferrariæ, vbi petitur executio. Vt per plura exempla in simili decidit Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & Bal. in l. si non speciali. dum loquitur de consuetudine Venetorum, & Ang. in l. fi. ff. de iurisdi. om. iu. & per hoc sit expeditum quantum attinet ad hoc dubium, quod principaliter hic occurrit.

## QVÆSTIO IX.

DESCENDAM nunc ad contrarium dubium principale. Et cum proxime discussum sit, An virtus executiua attributa instrumento ex potentia concedentis auctoritatem super guarentigia, extendat se vltra terminos territorij, & sic discussum sit, An operetur respectu alterius loci. Nunc videndum est an operetur respectu alterius personæ, quàm sit ista quæ specificata fuit in instrumento, & in discussione huius articuli sunt quatuor casus principaliter considerandi. Primus est quando statutum dicit, quòd contra debitorem ex instrumento guarentigiato fiat executio statim viso instrumento, an illud idem possit fieri contra hæredem debitoris, sicut contra ipsum principalẽ debitorẽ.

Et quid econtra si statutum dicat, quòd creditor habeat executionem paratam ex instrumento guarentigiato, an talis via executiua competat etiam hæredi ipsius creditoris. Secundus casus est, an dicta executio sit parata cõtra debitorem debitoris, sicut contra ipsum debitorem. Tertio an si creditor cedit iura sua ista via executiua cõpetat cessionario, & procuratori in rem suam, sicut ipsi cedenti; & iste est tertius casus. Quartus casus, Nunquid procurator generalis possit petere executionem dicti instrumenti: & nunquid procuratori generali possit fieri præceptum guarentigiæ.

Et redeundo ad primum, videtur prima fronte dicendum, ꝙ non comprehendatur hæres debitoris: Nam ipse non fuit qui debitum contraxit, & sic in ipso deficiunt verba statuti, quia non videtur proprius debitor, sed hæres debitoris, cõtra quem hæredem debet agi ordinarie dato libello, vt in auth. offeratur. C. de lit. conte. Et hinc est, quòd si statutum disponit, quòd notarius possit pro omni causa conueniri coram consulibus notariorũ, attamen hæres ipsius notarij, qui irregulariter sortitur forum ex persona defuncti, vt l. heres absens. ff. de iud. non poterit hoc casu corã dicti consulibus conueniri. Et ratio huius est, quia iurisdictio, quæ per statutum dicitur esse stricti iuris, non est extendenda. argumẽ. l. quicquid astringendæ. de verbo. oblig. qđ decidit Bal. in l. quædã. §. nihil. ff. de eden. in apostill. Istud tamen dictum suum non transit sine dubitatione. Nam vult, ꝙ illud qđ dicit tex. in d. l. hæres absens. s. ꝙ hæres sortitur forum ex ꝑsona defuncti, sit verum quando proceditur de iure: secus autem quando exercetur iurisdictio solum ex forma statuti. Nam Cyn. referendo Pet. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. in quæst. illa de vidua succedente rustico, indistincte tenet, quòd hæres non solũ forum, sed etiã iudcẽ metitur ex persona defuncti. Insuper pro ista parte negatiua, facit qđ no. Bal. in l. 1. C. de executio. rei iudic. vbi dixit, ꝙ si statutum disponit, quòd pro executione, quę fit contra condemnatum, potestas habeat decem, quod non comprehendit hæredem condemnati.

Ad qđ

Ad qđ tex. bonus in l. qui Romę. §. Augerius. de ver. obl. Et fortificatur hoc per auctoritatem Barth. in l. qui decesserit. ff. qui satisda. cog. Vbi dixit, quòd pactum factũ cum defuncto, vt possit capi auctoritate propria, nõ nocet hæredi: nam in contractibus, & per consequens in instrumentis persona extrinsecus non comprehenditur, vt l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. de verbo oblig. Sed in contrariam partem adduco primo auctoritatem Barthol. in l. postulantem in prin. ff. ad Treb. vbi dicit, quòd statutum disponens, quòd debitor ad instantiam creditoris ponatur in carcerem, locum sibi vendicat etiam contra hæredem debitoris. Et ratio est, quia ipse debitor est vt l. debitor, de verborum significa. non tamen contra eũ poterit fieri executio, nisi de nouo citetur ipse hæres, dato quod respectu defuncti citatio necessaria non fuisset, secundum Innocen. in c. quia ver. de iudic. & Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quan. iud. & in l. post edictum. ff. de iud. & in l. per diuersas. C. manda. & pro eo, quod dixit Bar. in d. l. postulantem. allegari potest bonus tex. in l. sicut. §. si debitor. ff. quib. mob. pig. vel hypo. sol. & in l. promittendo. ff. de iure do. & in l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pignor. act. & in l. qui in futurum §. ex altera. ff. de pact. Quæ tamen iura Bar. non allegat. Si ergo in casu nostro statutum loquatur per verbũ verbale debitor, vt quia dicat, quòd contra debitorem fiat executio instrumẽti guarẽtigiati, pro indubitato debet haberi, ꝙ comprehendatur hæres debitoris, cum ipse ẽt sit verus debitor, vt d. l. debitor. & l. hęredis. ff. de regu. iur. & l. ex contractu. ff. de testa. tut. & sic pro decisione huius dubij considerandum est principaliter, an sit habitus respectus ad personam, an vero ad ipsum debitum. nam primo casu non conprehenditur hæres, nec actiue, nec passiue, quia quod est personale non egreditur personam, & ideo non transit in hæredem, vt l. quia tale. ff. solu. matrimon. & in l. 2. ff. de serui. leg. vnde Barto. in d. l. si decesserit. dicit, quòd si feci pactum, vt auctoritate propria capi possim, non comprehendit hæredem meũ cum illud pactum sit mere personale. Et ideo in casu

nostro si statutum disponat, quòd ille qui contraxit, habeat vim executiuam ex instrumento guarentigiato contra illum qui promisit, non comprehenditur hæres contrahentis, quia vere non cõtraxit hæres, nec ipse fuit qui promisit, sed defunctus quem ipse representat per fictionem.l.mortuo. ff. de fideiusso. quæ fictio non militat in statutis, vt l.3 §. hæc verba.ff. de nego. gest. Sed in alio casu principali quando lex, vel statutum non habet principaliter respectũ ad personam, sed ad debitum, vt quia dicunt, quòd contra debitorem ex instrumento guarentigiato fiat executio, tunc ita procedit contra hæredem, sicut contra defunctum, vt supra dictũ est. Sed ad vnum aduertendum quid foret, si statutum dicat, quòd compromissor pro debito capi possit, vel quòd contra promissorem possit fieri executio instrumenti guarentigiati, an tunc comprehendetur hæres compromissoris. Angel. in d.l. postulante. in casu quando statutum loquitur de captura, dicit, quòd si illa sit permissa de iure communi, tunc comprehenditur hæres: secus si sit contra ius commune, quia considerato, quòd hæres vere non promisit, sed succedit promissori, & materia est odiosa, & laborat contra ius commune, verba debent sumi stricte in vero & proprio promissore. Sed forte quidem indistincte tenendum esset in tali casu hæredem promissoris astringi, considerato, quòd ipse non est nominatus in instrumento, nec est verum dicere, quòd ipse promiserit aliquid creditori, sed solum obligatur ex quodam quasi contractu resultante ex ea aditione hæreditatis, vt l.3. §.idem scribit.ff.de peculio .vnde cum ipse non promisit, sed fingitur promisisse, non potest dici, quòd statutum trahatur ad hæredem promissoris, sed ad ipsum, qui immediate, & primo loco promisit: nec est mirum si aliud dicitur in hærede debitoris statuto loquente de debitore, quàm in hærede promissoris statuto loquente de promissore. Et ratio est, quia hæres debitoris est proprius, & verus debitor, sed hæres promissoris, licet ipse sit debitor, non tamen ipse fuit promissor. Cæterũ illud quod dicit Angel. quòd quando captura est permissa de

iure communi comprehēditur, hæres promissoris. Istud est de raro occurrentibus. s. quòd permittatur captura de iure communi pro debito ciuili, vt dixit gloss. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tuto. & Ange. in repe. l. nemo carcerem. ff. de exacto. tribu. & Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. Vbi dicit, quòd propter nimiam contumaciam potest reus pro debito ciuili personaliter capi, & ad iudicem duci. Et per hoc infert ibi esse tex. singularem, ꝙ in ciuili causa propter nimiā contumaciam fit aliquando remissio de loco ad locum. Hoc modo expedito venio ad secundum casum, videlicet, an tale instrumentum guarentigiatum possit mitti executioni contra debitorem debitoris quando debitor meus est mihi obligatus per instrumentum guarentigiæ, & debitor debitoris reperitur similiter obligatus per instrumentum guarētigiatum ipsi debitori, & sic vertitur dubitatio, an ista via executiua quando de iure communi potest haberi regressus contra debitorem debitoris. prout nota. in l. secunda. C. quando fisc. vel priuat. competat tunc mihi contra debitorem debitoris. Et videtur primo dicendum, quòd sic, considerato, ꝙ quando creditor agit contra debitorem debitoris, venit tanquam successor ipsius debitoris. ergo debemus illud posse quod poterit ipse debitor. l. hæredem. ff. de reg. iur. & quod per Bar. in l. 2. de actio. & oblig. & ad hoc bene facit ratio dictans, ꝙ quando permittitur consequens omnia antecedentia, videntur esse cōcessa per quæ ad illud cōsequens deueniatur, vt l. illud. ff. de acq. hær. & late per Bart. in l. ambitiosa. de decre. ab ordi. facien. & l. oratio. de spon. Merito data potentia creditori, vt possit habere regressum cōtra debitorē debitoris, vtiq; videtur etiam concessa ista via executiua, per quā clarius & efficacius fiet executio. Insuper ad hoc facit, quia statuta persæpe loquuntur impersonaliter dicendo, ꝙ instrumēta guarentigiæ mittantur executioni tanquā sententia diffinitiua, & non dicunt contra quē: & in tali casu sunt intelligenda contra omnem illū, qui pro debito conueniri potest, cum generalis prouisio generaliter operetur, vt l. 1. §. &

generaliter.ff.de lega.præst. Sed in conrarium facit primo tex.& dictum Bar.in l.1.ff.de his qui in testa. delen. vbi Bart.firmat per illum tex. quòd instrumentum non potest habere executionem in eo,quod legi non potest, qđ reuera sit debitum, & per testes appareat esse probatum.Sed in casu nostro constat,ꝙ nomen secundi debitoris non est in instrumento descriptum, quo obligatus est primus debitor creditori : ergo ex illo instrumento non potest obtinere executionem contra debitorem debitoris, considerato,ꝙ in vno instrumento non est appositum nomen primi debitoris,& in altero non est appositum nomen primi creditoris: sic potest dicere secũdus debitor primo crediteri,ꝙ si ipse creditor vult se fundare ex instrumento, quòd prætendit creditor contra primum debitorem,& non potest, quia in illo instrumento debitor debitoris non apparet nominatus. Et si velit se fundare ex alio instrumento,in quo secundus debitor est obligatus primo debitori similiter, quia primus creditor non apparet ibi nominatus,vnde potest repelli dicendo hoc instrumentum non cantat de te,sicut notabiliter dicit Bal. in l.si pro te.C. de dot.promiss.per illum tex.quem dixit ibi, quòd instrumenta cõfessionata, quæ debent ex forma statuti mitti executioni, semper intelliguntur in casu quo creditor ibi nominatus petat executionem,& non ad instantiam tertię personę extrinsecus venientis quantumcunque sua intersit.Cæterum ad hoc adduco tex. notabilem in l. sibinæ.ff.de instrumento rupto, & irrito testamento. per quem tex. infertur, ꝙ non probatur per scripturam illud quod in ipsa scriptura nõ continetur.Et ideo dicit Bald.ꝙ caute excipitur si dicas: hoc instrumentum tibi non prodest, quia tu non es nominatus in ipso & ad idem est tex.in l. ad probationem seruitutis.C. de proba. Vnde per ista videtur posse concludi, quòd creditor non potest intentare hanc viã executiuam contra debitorem debitoris, & eo maxime videtur hoc dicendum in cessionario à lege vel ab homine, vt est in procuratore in rem suàm, vt non possit vti beneficio guarẽtigiæ ex persona cedentis. Et ad hoc adducitur

ducitur notandus text.in l. similiter.§. ex asse.ff.de iure dot.vbi legislator decidit,quòd restitutio per Trebellianicam non potest fieri procuratori in rem suam quod non procedit ex alio, nisi quia habetur, vt persona distincta & separata à persona fideicommissarij, cui faciẽda est formaliter restitutio,Dato,quòd hic sit positus in locum cedentis, & ad propriam vtilitatem,vt dicit Bar. in l.in prouinciali. ff. de no. oper. nun. & in l. qui quadraginta.ff.ad Trebell.Quod tamen intelligitur esse verum quando procurator in rem suam petere restitutionem fieri tanquam procuratori in rem suam. secus autem si concluderet restitutionem fieri fideicommissario ad vtilitatem tamen ipsius procuratoris in rem suam. Nam tunc obtineret cessionarius, & esset sibi fienda restitutio: & hoc per text. in l. si seruo inuito.§.fina.ff.ad Trebell. secundum quod notabiliter dixit Ang. & Ioan. de Imol. in l. ille à quo. §. vtrum. eodem titu. Modo his ita deductis prò vtraque parte vera conclusione assumẽda super hoc articulo considerandi sunt aliqui casus possibiliter occurrentes.Nam aliquando quis prætendit interesse ex aliquo instrumento, & tamen ibi non est nominatus,nec est procurator creditoris, aut cessionarius & tunc indubitate non potest intentare viam executiuã ex illo instrumento, & hoc modo intelligi debet text.l. si pro te. & l. ad probationem. superius allegatis. Et sic esto, quòd hic se possit pro interesse suo assistere, & iura sua producere etiam reo contradicente, vt habetur in l. si suspecta.ff.de inoffic.testa. & in l.si is à quo. ff. de rei vendi. & per Innocen. in cap. cum super de re iudi. aliàs de re iudica. non tamen potest executiue agere ex instrumento sic guarentigiato.

Aliquando vero occurrit, quòd quis habet obligatũ debitorem ex instrumento guarentigiato,& similiter habet hypothecata bona sua, quæ nunc per tertium possidentur, & dubium vertitur, Nunquid tunc si statutum disponat quòd in causis vertentibus super instrumento guarentigiato proceda tur executiue, talis possit via executiua intentari contra tertium possidentem bona dicti debitoris

debitoris, ficut poffet contra ipfum debitorem, de quo loquitur inftrumētum,& dicendum eft breuiter, ꝙ non: quia præceptum vel perfonalis perfecutio non fequitur fundum.l.1.C.fi cer. pet.& l.1.§.fi hæres.ff.ad Treb. & ita formaliter decidit Bal.in l.1.in prin.C.cōmunia de le. Et iftud idē quod dicitur de tertio poffidente conuen to hypothecaria intelligit Bal.ibi locum habere quādo agitur contra fingularem fucceffore m. Sed aliquādo oc currit, quòd quis fe fundat ex inftrumento guarentigiato,& tunc illud remedium quod intentat, non apparet infertum inftrumento, fi tacite per l.virtualiter importa tur, verbi gratia, quia petitur executio ex inftrumento notarij, in quo non eft expreffa ftipulatio, & vult executionem quemadmodum fi ftipulatio fuiffet expreffa per hominem cum fit tacite fubintellecta per legem, vt l. 1. §.accedit.de rei vxo.actio.Et dubium vertitur, Nunquid poteft?& dicendum eft, quòd fic: quia dato, quòd ex inftrumento ftipulatio nō appareat, tamen fatis eft, quòd virtualiter comprehendatur, vnde ficta, aut præfumpta ftipulatio dicitur de tenore inftrumenti: efto quòd ex le ctura inftrumenti non refultet, vt vult glo. in l. iuregentium.§.quod fere.ff.de pact.& infti. de inut.ftipul.in §.fi ita fcriptum.& ita vult Bald.in l.1.ff.de his, quæ in tefta men.del.& in l.ad probationem feruitutis.C.de proba. Vbi dicit, quòd iftud fuit primum confilium quod vnquam dederit ex promiffione fibi facta.Et ad corróborationem huius, fcilicet, quòd habeatur pro expreffo illud quod virtualiter refultat, adduco quod dixit Barto. in l.certi condictio.§.quoniam.ff.fi certum petatur. vbi dixit, quòd probatio facta per teftes ad corroboratione inftrumenti, dicitur probatio inftrumētaria,& habetur perinde ficut fi defcripta fuiffet in ipfo inftrumento, vt hebetur per Bald.in l. fin. C. de fideicommiff. Secundo ad idem adduco notandum verbum pofitum per Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. Vbi dixit, quòd quando ex aliquo expreffo inftrumento fequitur de neceffitate aliquod tacitum, tunc illud tacitum perinde habetur, ac fi fuiffet expreffum. Et ex hoc infert, quòd licet in in-
ftru

strumento nihil sit dictum de hypotheca, attamen præsuppositа dote in consequentiam tacite venit hypotheca virtute instrumento dotalis, quæ operatur circa hypothecam, sicut si fuisset formaliter expressa in instrumento. secus autem foret quando non resultat virtualiter ex instrumento confessionato, nam tunc ex illo instrumento nullam meretur executionem, verbi gratia: Vxor habet instrumentum dotale contra maritum, qui postea vergit ad inopiam, modo vxor dicit, quòd ex dispositione l. vbi adhuc. C. de iure dotium. dos debet restitui, aut in totum consignari, tunc non poterit agere vigore instrumenti dotalis, quia illa prouisio non resultat ex instrumento, sed venit à lege præter instrumentum. Et idem foret, si illud tacitum requirit aliquod factum hominis vltra legem, verbi gratia: Dicitur quòd instrumentum locationis pro vno anno erat guarentigiatum: Modo colonus continuauit post annum, ita quòd videtur facta tacita reconductio per l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. An tunc ista tacita reconductio intelligatur habere guarentigiam sicut prima, de qua loquitur instrumentum. Et breuiter est dicendum, quod non: quod firmat Bal in l. legem. C. locati. Et ad idem potest adduci, quod not. Bar. in l. 1. §. si ita. ff. de hæredi. instit. & Bald. in l. errore. C. de testamen. vbi voluit, quòd quando ex præcedentibus & sequentibus comprehenditur de certo id quod omissum est in scriptura, illud omissum debet haberi prout si fuisset expressum formaliter in instrumento. Et ex hoc inferunt, quòd si in sententia sint descripta ista verba, victum victori in expensis quarum taxationem nobis reseruamus, &c. & non sit ibi descriptum verbum, condemnamus, quod inde resultat effectus sicut si fuisset expressum, ex quo per præcedentia, & sequentia apparet, quòd iudex non potuit aliud intelligere. Secus autem si iudex non apposuisset illam clausulam, quarum taxationem nobis reseruamus, &c. Nam tunc illa sententia respectu expensarum foret nulla secundum Bartolum in l. præses. C. de sen. Cæterum hoc idem fortificatur per dictum

tac.

Iac.Butri. de quo mentione fecit Bald.in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. in 3. colum. vbi dixit, quòd licet episcopus sit descriptus in testamento, tamen habet beneficium l. edicto. C. de edic. di. Adri. toll. Nam licet ipse non sit descriptus, tamen representat pauperes qui sunt in testamento descripti. Et ad idem bene facit etiam quod no. Ange. de Peru. in l. si ita stipulatus.§.Grisogonus.de verbo.obliga.vbi tenet, quòd licet statutum dicat, quòd scriptura manu debitoris confecta habeat paratam executionem, & scripta apparent facta manu tertij & subscripta manu debitoris, certe dicit, promeretur habere executionem, quia subscribens videtur totum virtualiter scripsisse, vt l. fin. C. quando licet ab emp. disce. Et facit quod not. Bald. in l. patris & filij.ff.de vulga.& pup.& Bald.in d. l. 1. ff. de his quę in testa.delen.vbi vult, quòd substitutus qui venit ex tacita pupillari, habet beneficium l. edicto.& tamen constat, quòd illa substitutio non fuit expressa in testamento. Vnde ex omnibus suprascriptis pono istam conclusionem in casu nostro, Quòd in illis casibus in quibus aperta est via contra debitorem debitoris, de iure communi habebit creditor viam executiuam propter guarentigiam, sicut ipse habet contra immediatum debitorem, etiam sicut ille immediatus debitor habebat contra secundum sebitorem.

Item quòd agenti nomine alieno ex iure sibi cesso, & sic tanquam procu. in rem suam similiter competit beneficium guarentigię. Et maxime si occurrit quòd in instrumento sit apposita illa clausula, Ponens eum in locum suum, &c. Nam ex hoc reducitur per omnia ad instar cedentis, vt dicit Bart. in l. prouinciali. ff. de no. per. nun. Quinimmo tunc eneruatur omnis potentia directarum, vt notabiliter voluit glo. in l. si cum emptore. ff. de pact. per quam dixit ibi Ange. quòd tunc non habet locum illa prouisio l. 3. C. de noua. & ad hoc bene facit tex. in l. qui quadraginta. ff. ad Trebell.

Et ad hoc accedat quod not. Bal. in l. ex legato C. de leg. Hoc tamen non vēdicant sibi locū in generali procu

ratore

ratore propter defectum mandati, cum ad petendũ executionem requiritur speciale mandatũ, vt not. in l. si procurator. §. 1. & in l. Pomponius. ff. de procura. & l. hoc iure. ff. de solu. Vbi Bar. dixit, quòd procurator ad agendũ non potest petere, quòd sententia mandetur executioni: Esto, ꝙ procurator ad lites & causas respectu aliarũ rerum, in quibus non est lata sententia, mandatũ suum nõ intelligitur esse finitum, vt ibi Barto. dixit. Vnde cautela est, quòd in mandato adijciatur clausula, & ad exigẽdum. Nam tunc potest petere & exigere ab inuito lata sententia, vt dixit Iac. de Are. Oldra. & Bal. in l. si procurator meus. ff. de procu. & Spec. in titu. de procu. §. vt autem. versi. notabis autem. Et ex prædictis infertur, ꝙ procurator qui contraxit alieno nomine, ꝙ instrumentum guarentigiæ licet habeat mandatũ ad agendum, non tamen potest petere ipsius instrumenti executionem, sed si debitor si sponte solueret vtique liberaretur, ita quòd ipse non exigit, sed si sponte soluat, talis solutio liberat soluentem per l. si vnus. ff. de pact. & istud est quod Paul. de Cast. in d. l. si procurator meus. ff. de procu. dixit pluries fuisse consultum. Sed nunc superest querere quid è contra, videlicet, An procuratori generaliter cõstitutiõ possit fieri præceptum guarentigiatum in instrumento celebrato per eum quando contraxit. Et dicendum est, quòd non, quia executio non cadit in procuratorem nisi in casibus notatis per gl. & Doct. in l. Plautius. ff. de procu. & per ista fit declaratum quantum attinet ad hoc dubium principale.

## QVÆSTIO X.

MODO cum in articulo sit tractatum quando executio locum habet in casibus in quibus locum habet scriptura vt nil desit, opus est vt attingamus decimum dubium principale videlicet, An si instrumento guarentigiato est promissum aliquid quod consistit in facto, & illud factum culpa debitoris non est impletum, an tunc virtute dicti instrumenti agi

possit

possit executiue contra debitorem ad interesse. Et videtur primo, quòd non: quia de interesse non loquitur instrumentum: ergo, &c. Item quia licet interesse subrogetur loco facti, non tamen assumit naturam eius, in cuius locum subrobatur quando illud contingit ex post factum per accidens. Vbi dicit illa glo. not. in l. certi condictio. in prin. super verbo, ex omni causa. circa fi. ff. si cer. pet. Ibi dum dicit, quòd subrogatum non crescit per inficiationem, sicut crescebat actio legis Aquiliæ, in cuius locum facta est subrogatio. Insuper an hoc astringit dictum Guil. de Cu. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. de quo mentionem fecit Anto. de Butr. in repe. iuris ciuilis, in littera G, in verbo, Guarentigia. Vbi dicit, quòd solum debet attendi quod principaliter deducitur in contractum. Sed in contrariam partem videtur primo decisio Barto. in l. Iulianus. ff. de confess. Vbi dixit, quòd si petatur executio in rem, & apparet, quòd res illa non extat executio vigore eiusdem instrumenti fiet in extimatione licet aliter posset responderi dicendo, ꝙ Bartolus non loquitur ibi de interesse, sed de extimatione, quæ maiorem habet conformitatem cum re extimata, quam interesse super facto, in cuius locum succedit. Nam extimatio iudicatur re non extante idem quod ipsa res. l. si seruum. §. fin. & quod ibi per Barto. de verborum oblig. Sed aliud est in interesse, vt infra latius ostendetur. Secundo pro ista parte facit quòd notat Barto. in l. 1. ff. de eden. vbi dixit, quòd in instrumento confessionato est promissa indemnitas, & sic factũ. Attamen contra promittentẽ fit executio ad interesse vigore eiusdem instrumenti. Et ad idem accedat, quod ipse not. in l. 3. §. 1. hoc. ff. cõm. Vbi dicit, ꝙ propter instrumentum cõfessionatum in quo debitor promisit factũ post moram, fit executio ad interesse. Insuper ad istum finẽ Ant. de But. in repetorio iuris ciuilis, in litera G. in verbo, guarentigia. allegat tex. in l. si pœnam. ff. de verbo. obliga. esto ꝙ earum videatur astringere. Sed longe melius adduco ad propositum tex. in l. si stipulatus es opus. ff. de fideiu. vbi principaliter obligauit se ad factum & fideiussor ad interesse,

tereſſe, & valet fideiuſſoria obligatio. Ex quo infertur ꝙ non eſt diuerſitas inter factum & intereſſe: nam ſi foret fideiuſſoria obligatio non ſubſiſteret, vt Inſtit. de fideiuſſ. §. preterea. & l. græce. §. illud. ff. de fideiu. Et ſic tex. ille videtur decidere hunc caſum, videlicet quòd inſtrumentum guarentigiatum ſuper facto ſit exequibile ſuper intereſſe, Quod debet intelligi facta prius liquidatione, quòd debitore fuerit in mora, quia non ante ſuccedit oblatio ad intereſſe, vt dicitur per Bar. in l. ſtipulationes non diuid. §. Celſus de verb. obl. vel quòd fuit liquidatum ipſum factum adimpleri non poſſe, vt dicit Bar. in l. 1. ff. de eden. &c.

## QVÆSTIO XI.

VENIO nunc ad vndecimum dubium de extimatione, videlicet, Nunquid ſit idem iudicandum de extimatione quod de intereſſe, ita, quòd ſi ſit mihi promiſſus equus in inſtrumento confeſſionato ipſo non extante debitore conſtituto in mora poſſit fieri executio in extimationem, & dicendum, quòd ſic: per tex. in d. l. Iulianus. ff. de confeſs. & prout dicit ibi Barto. in d. l. ſi ſeruum. ff. de verb. oblig. Habet enim tantam conformitatem, quòd procedit iſte libellus. Peto ſtichum ad hoc vt conſequat extimationem ipſius, vt vult Bart. in d. l. Iulianus. §. 1. & benefacit quod not. gl. in l. exhibitionis. C. ad exhiben. Quinimmo ſi creditor petat equum ſibi promiſſum, & de extimatione nihil dicat, & occurrit, ꝙ pendente proceſſu appareat iudici culpa debitoris equum illum non extare amplius, poterit ex officio condemnare debitorem in extimatione, vt dicit Bar. in l. ſi id quod ex pāphila. de leg. 2. & in l. 1. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. Et bene facit ad hoc quod ipſe not. in d. l. ſi ſeruum. §. fi. & in l. ſtipul. non diuidun. dum loquitur de practica. ff. de verb. oblig. Fungitur ergo extimatio penitus loco rei inextimatæ, quando res ipſa non extat: Alias vero ſi extaret, non deuenitur ad extimationem ſi obligatio conſiſtit in dādo: nam tūc res ipſa neceſſario peti debet, & extimatio ſolui non pōt. vt l. ſi ſeruū. §. fi. & qđ ibi per Bar. ſuperius alle. Ita ꝙ

tali

tali casu habet se tanquam diuersa: & ideo dicit Ang. In l. quæ extrinsecus. de verb. oblig. ꝙ si dico; promittis mi mi stichum; & tu respondeas promitto extimationem, ꝙ tunc non valet stipulatio, quia responsio nõ tendit ad id ad quod facta est interrogatio, & per hoc sit expeditum quantum pertinet ad huius articuli decisionem.

## QVÆSTIO XII.

SVPEREST ergo nunc duodecimum, videre quo remedio consulatur patri quando statutum dicit, quòd instrumenta guarentigiata mandentur executioni prout sententia diffinitiua, & non aliter insistendo Bald. in l. exceptionem. C. de probat. dicit quòd tunc opus est recurrere ad iudicis officium. Et per hoc subdit vnum verbum satis not. dignum dicens, quòd cum hoc casu iudicis officium concernat duntaxat executionem ante euentum diei & termini quantumcumque certi, istud iudicis officium non est in rerum natura productum. Et licet aliàs debitor ante diem certam sit ante euentum diei obligatus, vt l. interdum. de verbo. obliga. & quod per glo. in l. cedere diem. ff. de verbo. sign. & in l. certi condictio. in princ. ff. si certa peta. cum dies certa non impediat actum obligationis, vel actionis, vt principaliter habetur per Barto. in l. ita stipulatus. de verbo. obliga. secus tamen est quando debitor solum iudicis officio astringi potest. Nam tali casu cum causa finalis sit originis, sit executio antequam dies eueniat, executio est permissa, & ideo ante euentum diei iudicis officiũ non est natũ, vt plene refert Bal. in d. l. exceptionẽ. sed ipse nihil allegat cõprobãdo hoc dictũ Ego allego text. notabilẽ in l. Sempronius Attalus. ff. de vsufru. lega. vbi probatur, ꝙ dñium rei legatę ad diẽ certã nõ transit in legatariũ ante euentũ diei: quod ex alio non deriuat, nisi quia si diceremus, ꝙ dominium transiret ante euentũ diei, executio esset nata ante euentum diei: quod esset absurdum prout attestatur ipse Bald. in l. fi. §. sed quia. C. communia de leg. Insuper Bal. in conclusioni-

clusionib. Spec. in tit. de appel. in §. sed nunquid. dicit, ꝙ licet aliàs ex præcepto oriatur actio, vt dicit glo. in l. fi. §. necessitatem. de bon. quæ lib. tamẽ hoc casu de iure com muni non oritur actio, nec etiam iudicis officium. Quia cum fiat præceptum à notario, fit à iudice non habentẽ administrationem, nec executionem. Fatetur tamen, ꝙ hoc casu iudicis officium causatur ex iussione statuti di- ctantis, ꝙ instrumentum guarentigiæ mittatur executio ni, &c. Insuper ꝙ iudicis officium producatur, adduci po test auctoritas Bar. in l. cũ satie. C. de agri. & cen. lib. 11. vbi notabiliter dixit, ꝙ vbi statutum disponit, ꝙ iudex teneatur defensare scholares, tũc vigore talis statuti pro- ducitur actio per l. statuas. ff. de acquir. rer. do. Sed quan- do statutum loquitur in genere, vt quia dixit, prouideat iudex, ne damna dentur, vel ne iniuriæ inferantur, sed so- lum iudicis officium intentetur, & hoc per glo. in verbo, per iudicem. vnde per ista videtur, ꝙ in casu supradicto sit opus recurrere ad iudicis officium super executione talis instrumenti. Ista tamen cõclusio videtur dubia, con siderato, ꝙ, vt supra pluries dictum est, instrumentum guarentigiæ habet vim sententiæ, & pro executione sen tentiæ oritur actio in factum, vt l. si prætor. ff. de iudic. & l. miles. §. iudicati. ff. de re iud. & quod per gl. in l. fi. §. ne- cessitatem. C. de bon. quæ lib. Ergo & id dicendum est in casu isto. Nisi respondeatur, ꝙ instrumentum guarenti giæ habeat vim sententiæ quantum ad effectus, qui pro- pter sententiam causantur, sed non quo ad modum. Vel, & istud arbitror esse verius, dici debet, ꝙ potest intenta ri vtrumque remediũ, scilicet actio, & iudicis officium, sicũt vtrumque remedium competit pro executione sen tentiæ, vt d. l. si prætor. ff. de iud. & vt not. Bal. in d. l. si minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de min. & vno casu. s. quando intentatur actio, erit opus dare libellum. In alio vero non requiritur, vt dicetur infra, in princ. se- cundæ partis. Ad quam secundam partem opus est, vt nunc descendam, cum ea quę pertinent ad primam, sint, vt arbitror, discussa & determinata.

## INCIPIT SECVNDA PARS principalis.

### QVÆSTIO PRIMA.

QVIA ista secunda pars concernit causam finalem, & effectum per quem ipsa guarentigia est vtilis, & necessaria nõ deuiando ab ordine quæsitorũ, de quibus supra in prin. dictũ est. Stat primo videre, Quid resultat, quãdo statutũ simpliciter prouidet, ꝙ notarius cõfessum possit facere præceptũ guarẽtigię. Et substantialiter respondendo dico, ꝙ propter hoc tale instrm̃ non acquirit virtutẽ executiuã, nec aliquẽ effectũ qui solet causari ex actu in iudicio celebrato. Et ratio huius est, quia guarentigia exorbitat à iure cõi, & operatur mediãte fictione merito nil importat, nec vltra extenditur, quàm sit specificatum. arg. l. qui delatorẽ. ff. de iu. fisc. & no. glos. in l. 2. §. diuus. C. eo. & Bal. in l. 1. C. de hær. insti. alleg. tex. singularẽ in l. fi. C. de fide instr. Et hac de re ipse Bal. in conclusio. Spec. in ti. de appell. in versi. sed modo quid contra præceptum, concludit, quòd in executione talis instrumenti possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, prout dixit Cyn. in l. in contractib. C. de non nume. pec. & omnes alias exceptiones, quæ opponi possent si non fuisse guarentigia.

### QVÆSTIO II.

SECVNDO principaliter est viuendum, Quid resultat quando ibi statutum disponit, quòd instrumentum guarentigiatum habeat virtutem executiuam non declarando vlterius, & tunc dico, quòd illud censequitur quod verbum sonat, videlicet, quòd potest intentari via executiua, sicut occurrit in sententia, postquam transitum fecit in rem iudic. & in iuramento, & confessione, quia ista tria quo ad effectum sunt æquiparata, vt dicit glo. in l. sed & si possessioni. §. 1. de iureiur-

iureiurando. & plene Bald. in repetitio. l. pluraliter. ff. de iureiurando. & in l. 2. C. de execu. rei iudica. & quia guarentigia concedendo executionem in instrumento prouidet contra ius commune, vt l. si minor 20. ann. cui fideicommissum. ff. de minor. præterquam in duobus casibus, videlicet in deposito, vt l. pe. C. deposi. & in dote secundum aliquos, vt l. si quos post hac. C. de bon. præscri. non fit extensio, vt dictum instrumentum guarentigiatum comprehendat aliud in effectu, nisi illud quod est declaratum in statuto, videlicet de effectu executiuo. argumento l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & istud est quod secundo occurrit principaliter aduertendum. Sed secundo occurrit aliquando, quòd statutũ prouidet latius dicendo, quòd instrumentum guarentigiæ mereatur executionem, & habeat vim sententiæ. Vel dicit, ꝙ illud instrumentum operatur perinde sicut si fuisset factum à iudice in iudicio: & in hoc casu est primo ponderandum, quòd cum statutum dicat, quòd habeat vim sententiæ, intelligitur loqui de sententia diffinitiua, maxime cum prouideat contra ius commune. argum. eius quod dicit glo. in l. 1. §. item sententiæ. ff. quando appel. sit. & quod per Bald. in l. prima. ff. de offic. perfect. prætor. & not. in l. duo iudices. ff. de re iudic. Quod est forte limitandum, nisi materia conueniat solum interlocutorie, nam tunc verba sunt sumenda secundum subiectam materiã. argumen. l. si inter vestem. ff. de aureo, & argen. lega. & l. hæredibus. ff. ad Trebellian. & ex hoc, quod verba statuti volunt, quòd instrumentum habeat paratam executionem, & quòd habeat vim sentẽtiæ, infertur manifeste, ꝙ assumat naturam sententiæ, nedum quo ad executionem, sed etiam quo ad omnia beneficia, quæ sententiæ diffinitiuæ intelliguntur esse concessa argumen. l. 1. de leg. 1. & l. 1. C. communia de leg. & quod notatur per Bal. in l. omnia. C. de epis. & cle. & in l. certum. C. vnde cogna. Est enim hoc certum de iureiuran. Quòd ea quæ reperiuntur in termino referente transfusa videntur in termino ad quem fit relatio, vt probant iura superius allegata. Et ideo Doc. in ista mate-

ria guarentigiæ ſemper cum reperitur aliquot beneficium conceſſum ſententiæ, extendunt illud ad inſtrumẽtum guarentigiæ, vt ſcilicet, in iſta eadem parte per plura exempla apertiſſime demõſtrabitur. Quod tamen arbitror eſſe verum quantum ad effectus qui ex ipſa ſententia oriuntur, ſed non quo ad ſolẽnitates requiſitas ad valorem, & eſſentiam ipſius ſententiæ, ita, quòd illa ſolemnitas, quæ requiritur in ſententia non propterea infertur in inſtrumento guarentigiato. Et ideo licet ſentẽtia non poſſit ferri die feriata, attamen inſtrumentũ guarentigię poteſt confici etiam die feriata in honorẽ Dei. Acquirit ergo inſtrumentum vim ſententiæ, ſcilicet perfectæ in eſſe ſuo, poſtquam tranſitum fecit in rem iudicatam, quia tunc proprie dicitur ſententiatum, vt no. in l.3.§.condemnatum.ff.de re iud. & quod per Bald. in l.diuus.ff.de mil. teſtam. Et iſtud probatur in ſimili, quia ſi ſtatutum diſponit, ꝙ donatio habeat vim teſtamenti, vel codicillorum, non tamen ſunt tot teſtes neceſſarij ad ordinandum ipſam donationem quot ſunt neceſſarij ad ſolemnizandum teſtamentum, vel codicillos, vt dicitur per Bal. in l. fi. C. de teſta.

## QVÆSTIO III.

MODO his ita præſuppoſitis deſcendo ad tertium, & exempla per quæ inueſtigatur an dictum inſtrumentum guarentigiæ, & ſententia ad paria iudicentur, vnde quæro, an ſicut in executione ſententiæ, quando non fit nouus proceſſus, ſed iudicis officium meretur, petitur executio ſuper qua lata eſt ſententia, opus non eſt citare partem, vt dicit Innoc. in c. ex ratione. de app. l. & Bar. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. cum vt dicit Ang. in. l. qui reſtituere. ff. de rei vend. executor procedet compellendo, non autem cognoſcendo, illud idem dici debeat quãdo dicti inſtrumenti petitur executio, & in hoc Bald. in l. ab executione. dicit, quòd tale inſtrumentum non meretur executionem, niſi parte citata, & ſic quo ad hoc non habet conformitatem

cum

cum sententia. Et ratio est, quia cum pro primo non sit habita aliqua causæ cognitio, necesse est, quòd citatio præcedat executionem, vt Institut. de pœna temerar. litigan. §. final. & quod habetur in l. nimis propere. C. de execution. rei iudicat. Et propter hoc infertur, quòd non semper tenet ista cõsequentia: ista solemnitas non requiritur in instrumento guarentigiato, quia non requiritur in sententia. Sed an istud dici debeat in libello, hoc est, nunquid in executione instrumenti guarẽtigiati sit opus adire iudicem dato libello, & in hoc dicendum est, quòd cum ipsa productio instrumenti sit loco libelli, secundum quod not. Speculat. in titul. de libell. concep. dicendum est, opus non esse aliter dare libellum, & ita firmat Bald. in l. ab executione. C. quorum appella. non recip.

## QVÆSTIO IIII.

QVARTO quæritur, An illa dilatio, quæ miserationis causa conceditur iudicatis per l. si debitori. ff. de iudic. propter conformitatem prædictam competat etiam debitori quando petitur executio dicti instrumenti: & videtur dicendum, quòd sic, per text. in d. l. promissor stichi. §. 1. ff. de constit. pecun. per quem text. Bald. ibi dixit, quòd absolute quando ex aliquo instrumento petitur executio debitori, danda est dicta dilatio. Quod ego arbitror verum esse, nisi illud debitum ad quod conuenitur, fuerit contractum occasione delicti, nam tunc sicut condemnato ex delicto talis dilatio non conceditur, vt dixit Bald. in l. eos. de execution. rei iudicat. allegando Innocent. in capitulo quærenti. de offic. delega. dixit, quòd cum furibus, & latronibus non est agendum misericorditer, vt in. §. oportet. in auctentico, vt differ. iudi. Esto quod aliter dixerit ipse Bald. in d. l. promissor stichi. §. primo.

QVÆSTIO V.

VENIO nunc igitur ad quintum dubium, videlicet, Nunquid quemadmodum instantia est perpetua, quando proceditur summarie, sine strepitu, & figura iudicij, secundum Bart. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. Considerato, quòd lex properandum, quæ disponit, quòd instantia non duret vltra triennium loquatur in càsibus, in quibus fit litis contestatio cum instantia, tunc proprie inchoet, vt dicit l. properandum. §. si quidē. C. de iudi. & qđ no. in l. causas vel lites. C. de transa. & in l. postquā liti. C. de pac. & in istis executiuis proceditur summarie, & sine tela iudicij, ergo sicut secundum Bar. tunc per trienniū non contrahitur hermodotiū, & pōt iudex propterea iudicare, ita à paritate rationis videtur dicendum quando petita est executio dicti instrumenti, & vtiq; istud dictū esset verum, si quod dicit Barto. in d. l. litibus. militaret. Sed sua opinio per posteros communiter est damnata, & maxime per Bal. in l. si causam. C. de exec. rei iud. & in l. 1. C. de iur. cal. & per Ang. in l. si seruum. ff. de his qui no. infa. nam esto, ꝙ instantia inchoetur à litis contestatione, tamen vbi lis non contestatur, statim, ꝙ iudex incæpit tractare de meritis causæ, resultat idē effectus, sicut si fuisset facta litis contest. vnde Cy. in l. nihil. C. de procura. dixit, quòd in casu in quo lis non contestatur proximis, actus qui solet sequi post litem contestatam causat effectū litis contestatæ, & istud voluit ēt ipse Bal. in l. ab executione. §. fi. ff. de app. & in l. defuncto. ff. de pub. iud. & Bal. in conclusio. Spec. in tit. de arb. & in d. l. properandum. §. 1. C. de iud. vnde super hoc amplius non insisto.

QVÆSTIO VI.

VENIO ad sextum dubiū, de quo hic principaliter quæritur, videlicet, An fideiussor obligatus ex tali instr̄o regressum habeat contra principalem

lem debitorem, ſicut habeat quãdo eſt per ſententiã diffinitiuam condemnatus per tex.in l.fideiuſſor pro venditore.ff.de fideiu.& per text.notabile in l.1. de fide inſtr. & videtur primo dicendum,quòd ſic,propter auctoritatem Cy. & Bal.in l.certum.C.fam. erci.& Bar. in d.l. ſi fideiuſſor pro venditore. Sed certe iſtorum ſentẽtia,nec mihi iuſta, nec æqua viſa eſt. Nam ſi recte conſideretur ad quid ſe obligat fideiuſſor antequam ſoluat, vult habere regreſſum contra debitorem; eſſet enim inutilis ſua prouiſio ſi celeriter eximeretur ad obligationem, vt l. qui ſic.ff.de ſolu.Et ideo iura volunt,quòd ille qui commodat,vel mutuat,non ſtatim repetat,ſed cum intercapedine temporis, vt per gl.& Doc.in l.2.commodati.& notatur in l.pœnam.ff.de verb.obl. Et ideo tex. & gl.in l.Lucius.ff.mand. vult, quòd fideiuſſor qui non eſt obligatus per guarentigiam,nõ poſſit habere regreſſum contra debitorẽ, vt eximatur ab obligatione, niſi poſtquam diu in obligatione permanſit. Item quia,vt dicit Ange. in d.l.ſi fideiuſſor pro debitore.fideiuſſor quando intercedit, ſemper videtur tacite promittere de ſoluendo, vt l.indebitam.ff.de condict.ind.ergo non poteſt ante agere, quàm promiſſa ſeruauerit, vel ſaltem diu in obligatione durauerit.Nec obſt.quòd inſtrumentum guarentigiæ ſit æquiparatum ſententiæ, quia vt ſupra dictum eſt in primo exemplo,an requiratur citatio, illa æquiparatio tunc militat quando ſunt cætera paria: & ſic quando rationes ſunt hincinde conformes,quod non occurrit in hoc caſu.Nam inter ſententiam & promiſſionẽ communiter interuenit magna temporis intercapedo,quod non occurrit in caſu noſtro. Item quia ſententia nouat præcedentem obligationem, pro qua fideiuſſor interceſſerat,vt l.1. & quod ibi per gloſſ.C. de iudic. & ideo tunc non eſt mirum,ſi tunc fideiuſſor habet regreſſum contra debitorem.Sed iſtud non occurrit in hoc caſu,quia fideiuſſoria obligatio non reperitur eſſe nouata, nec aliter extincta. & illud ſufficiat quantum ad hoc dubium.

## QVÆSTIO VII.

SED nunc septimo principaliter quæritur, An virtute talis instrũti transeat vtilis sine cessione. Et in hoc articulo Bar. in l. possessio. §. poss. ff. de acq. poss. motus solũ per istã conformitatem, quã habet istud pręceptũ cum actibus in iudicio celebratis, dixit, ꝙ sicut vtilis trãsit sine cessione ex actu in iudicio celebrato, vt dixit gl. in l. causæ. §. fi. ff. de procu. ita & hoc casu ex stipulatione facta per procuratorẽ in instrumento guarentigiato transit vtilis in dominum sine cessione, & istud idem consuluit Bald. suo consi. quod incip. Donatus de Turbeto. vbi inter cætera dixit, quòd si quis stipuletur tertio per verba inflexa, secundum, quòd dicit glo. illa notabilis in l. huiusmodi in prin. ff. de legat. 1. ex tali stipulatione sit deducta in instrumento guarentigiato, quæritur vtilis illi tertio absque alia cessione.

## QVÆSTIO VIII.

OCTAVO loco quæritur, Nunquid quemadmodum per confessionem in iudicio factã actio quæ aliàs non erat sui natura transitoria in hæredem, efficitur transitoria, vt dicit Specul. in tit. de accu. §. 1. ver. qui si latro. & Bart. in l. 1. ff. de priu. delic. & Bald. in l. 1. C. ne ex deli. defun. Ita sit hoc casu quando confessio emanat in dicto instrumento guarentigiato, & arbitror, quòd sic cum ad vtrunq; casum ratio sit communis & vniformis quod reputo esse notandum, & per alios non reperi esse tactum.

## QVÆSTIO IX.

DESCENDO igitur ad nonum principale quæsitum, videlicet, Nunquid periculum intertius speciei debitæ occasione instrumenti confessionati super quo interuenit præceptum guarentigiæ concernat

nat ipſum debitorem ſi non ſit facta interpellatio, vel aliter non conſtat moram fuiſſe commiſſam. Et prima fronte videtur dicendum, quòd ſic. Conſiderato, quòd pro litis conteſtatione debitor conſtituitur in mala fide, & mora contrahit, vt l. 1. & 2. C. de peti. hære. & poſt moram periculum interitus pertinet ad moroſum, vt l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. & l. quod te. ff. ſi hæred. pet. vnde cum inſtrumentum guarentigiæ habeat vim ſententiæ, ſequitur, quòd habet vim litis conteſtatæ, & per conſequens periculum interitus concernere debet debitorem. Sed tamen in contrariam partem ſtat deciſio vera. Et ratio eſt, quia non debet eodem momento introduci obligatio, & mora committi, vt l. quoties. ff. de verbo.obliga. & iſta ratione motus Barto. in l. eum qui. §. 1. ff. de iureiur. dixit decidendo iſtum caſum, quòd vigore talis inſtrumenti debitor non conſtituitur in mora ſi dies nō ſit appoſita ſolutioni. Et ideo concludit, quòd debitor de interitu non tenetur. Quod ego limito eſſe verum ſi pro primo non erat obligatus ad illam ſpeciem: ſecus autem ſi fuiſſet primo obligatus, vt quia primo promiſit coram teſtibus, deinde illud idem promiſit per inſtrumentum guarentigiæ, nam tunc ceſſat illa ratio, & illud inconueniens, quòd obligatio, & mora non debet ſimul, & ſemel reſultare. Nam in caſu de quo loquor obligatio erat primo producta, merito tunc ex inſtrumento poteſt mora produci ſicut inducitur ex actibus in iudicio celebratis, quod arbitror eſſe notandum cum ſit noua limitatio ad dicta per Barto. in d.l. eum qui. §. 1.ff. de iureiuran. Et per hoc ſit declaratum quantum ad hoc quæſitum arbitror fuiſſe opus.

## QVÆSTIO X.

QVARE tranſeo ad decimum quæſitum, ſeu articulum principalem, videlicet, Nunquid confeſſio tendēs ad obligandum facta ſimpliciter in inſtruemento guarentigiato non appoſita aliqua cauſa

noceat

noceat confitenti, & videtur primo, quòd non, per tex. in l. cum de indebito. §. fin. ff. de proba. Indiscreta, & sine causa non præiudicat confitenti, & ad hoc facit cap. si cautio. de fi. instrum. & bene facit in argum. tex. in l. numquam nuda. ff. de acqui. re. do. & quod no. Io. de Im. in l. si à Titio. ff. de verb. obl. vbi tenet, quòd promittens per stipulationem simpliciter decem Titio causa non apposita effectualiter non obligatur. Nam dicit, quòd illa promissio est potius iudicanda erronea quàm iustificanda ex præsumpta causa donationis. Et ideo firmabit ibi, quòd cautela est, quòd in instrumento quando fit promissio, apponatur illa clausula, Sciens se non teneri, de qua per Bart. in l. fin. ff. de condi. inde. vnde per ista videtur, quòd talis confessio non præiudicet confitenti. Sed in contrariam partem decidit Cy. in l. 1. C. de confess. solum propter istam conformitatẽ, quam habet istud præceptum, & idem sequitur Bald. in l. sicut. C. de repu. vel absti. hære. vbi dixit, quòd sicut confessus in iudicio informiter, & sine causa habetur pro condemnato, ita est quando est confessus in instrumento guarentigiato, in quo causa non requiritur, cum ibi sit præceptum iudicis chartulari factum in confessum, quod perinde debet haberi sicut si fuisset facta in iudicio. Sed ad idem releuet, quando confessio esset facta coram arbitro sicut quando facta est coram iudice. hoc tangit gl. sing. in l. 1. circa fin. de inter. act. Et supradicta potest etiam assignari alia ratio per Doct. non tacta, videlicet, quòd in stipulatione facta in iudicio, quia non est opus exprimere causam, conseruatur colore iudicij, vt dixit notabiliter Bald. in d. l. fin. C. si cer pet. per l. si quis. §. fin. ff. si quis cau. & bene facit quòd no. Bart. in d. l. cum de indebito. §. fin. ff. de prob. Ita erit hoc casu quando promissio est facta in instrumento guarentigiato per stipulationem, quia obligat promittentem sicut confitentem, & operatur prout si in iudicio vero emanasset, & ista est noua ratio per Doct. non assignata.

## QVÆSTIO XI.

VENIO nunc ad vndecimum, quod principaliter hic quæritur, &c. videlicet, Nunquid sicut ex duplicatis confessionibus, vt dicit Barto. in l. cum scimus. C. de agrico. & censi. lib. 11. est valida dispositio, vt ipse not. in l. triticum. de verb. obligat. Ita sit dicendum quando de debito confessionato apparent duo instrumenta guarentigiata: & dicendum est forte, quòd sic, propter dictam æquiparationem, & quia materia est conformis, & ratio est æqualis. Istud tamen aliter non determino cum sit nouum, & per Doct. non aliter declaratum.

## QVÆSTIO XII.

VENIO igitur nunc ad duodecimum dubium supra formatum, videlicet, Nunquid pactum nudum mittatur executioni, quando est appositum in dicto instrumento, sicut quando est in iudicio celebratum, quo casu Barto. in l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pact. per illum tex. dicit, quòd vestitur legis auxilio per l. legitima. eod. tit. & ideo concludit, quòd iudex exequitur illam conuentionem, quantumcunque nudam, & pro ista parte bene facit text. in l. 1. ff. de cura. bo. dan. & l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fi. tuto. vbi probatur, quòd actus apud acta publica celebratus remaneat validus prout si vera stipulatio interuenisset, quod summe no. Bal. in l. statutis. in fin C. de sen. & interloc. om. iud. & in l. hac consultissima. in prin. C. de testa. Esto, quòd Bart. in intellectu dicti §. aliqualiter variauerit; nam in d. §. fi. dixit, quòd ibi concurrit duplex fauor, vnus est, quòd actus fuit gestus apud acta, secundum alios additur tertium speciale, scilicet, quòd ibi concurrat præsentia & patientia illius, de cuius obligatione tractatur secundū l. cum quis decedens. in prin. ff. de legat. tertio. Bart. solum ponderat vnicam rationem dicendo, quòd istud speciale, quia in iudicio interuenit, & secundum

cundum hoc eſt tex. qui probat, quòd nuda conuentio veſtitur calore iudicij, & ad hoc etiam adduci poteſt tex. in l. quidam in iure. ff. de dona. Sed in contrariā partem tenet Bald. in repeti. dicti. §. qui prouocauit. alleg. tex. in l. ſiue apud acta. C. de tranſactio. vbi text. quo ad productionem actionis ex pacto non videtur differentiam facere, an pactum nudum fuerit factum in iudicio, vel extra. Sed ſi diligenter ponderetur text. in d. l. ſiue apud acta, ad hoc propoſitum parum facit. Nam cum dicit in princip. quod tranſactio eſt ſeruanda pariter, ſiue ſit facta extra acta, ſiue in actis, non loquitur quando interuenit nudum pactum, ſed tex. ille vult notanter, quòd ita eſt ſeruanda tranſactio ſcriptura interueniente, ſine actis, ſicut quando apud acta conſtat tranſactionem factam fuiſſe. Sed vtroque caſu præſupponitur pactum non fuiſſe nudum, ſed ſtipulationem interueniſſe, & hoc aperte demonſtrat text. qui ſequitur in ver. ſed quoniam. vbi ponit caſum quando pactum fuit nudum & nulla interuenit ſtipulatio, & ideo forte rectius meditando in l. ex placito. in fine. C. de re. permu. dixit, quòd contra executionem talis inſtrumenti non poteſt opponi de nullitate pacti, & vult, quòd tale pactum dicatur tunc veſtitum auxilio ſtatuti, & idem dixit in l. ſi cauſam. in fin. C. de execu. rei iudi. vbi dixit, quòd pactum nudum in inſtrumento guarentigiato veſtitur litteris, ex quo ſtatutum vult, quòd tale inſtrumentum mittatur executioni. Iſta tamen ratio iudicio meo parum aſtringit, quia poſito, quòd inſtrumentum confeſſionatum mittatur executioni prout ſententia diffinitiua, per hoc ſequitur, quòd veſtiat nudum pactum, immo debet intelligi, quòd inſtrumentum habet ſua ſolemnia ita, quòd ſi ſtipulatione vallatum, vt dicit Bald. in l. diuus. ff. de teſta. mili. quando ſtatutum loquitur de inſtrumento, quòd intelligatur ſolum de inſtrumento ſolemniter celebrato. argumen. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & quod per Barto. in l. iure gen. §. prætor. ff. de pact. ſed ſiue iſtud pactum veſtiatur calore iudicij, ſiue legis auxilio litteris, vel diſpoſitione ſtatuti

ſatis

ſatis eſt, quòd iſta eſt vera concluſio, ſcilicet, quòd obſtante nuditate pacti per iudicem debet mitti executioni ſicut ſi fuiſſet in iudicio celebratum.

## QVÆSTIO XIII.

VENIO nunc ad decimum tertium principale dubium, videlicet, An ſicut non appellatur ab executione ſententiæ ſi non ſit factus exceſſus, ita non appellatur ab executione talis inſtrumenti, & in hoc articulo Bald. in conclu. Spec. in titu. de app. cap. dicunt quidam. Bald. dicit primo, quòd non videtur permiſſa appellatio, quia cum ipſe receperit præceptum in confeſſum, non poteſt prætendere ſe grauatum, & ſi non eſt grauatus, non appellat. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. non enim patitur iniuriam qui conſentit. Item quia iſtud pręceptum eſt ſententa interlocutoria, quæ non iuſtificatur, niſi ex primis actis, vt in cle. appellanti. de appel. ſed iſtud foret impoſſibile in caſu iſto. Item quia iſtud præceptum in iſta confeſſione videtur emulgatum, vt l. tale pactum. §. 1. ff. de pact. ergo vlterius non appellet. Item, quia per confeſſionem debitum efficitur notorium, ergo non admittitur appellatio, vt l. fin. C. quorum appel. non non reci. Sed hoc nō obſtante dic appellationem eſſe permiſſam ad finem corrigendi errorem ipſius confeſſionis iuxta notata in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. & l. fi. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. & iſtud idem firmat Bald. in conclu. Spe. in tit. de exec. ſententiæ, allegando Barto. in cap. ex parte in Chriſto. de verb. ſignifi. ſed huic ſententiæ multum repugnat conformitas, & vnitas rationis quę viget ex ſtatuti diſpoſitione inter ſententiam, & inſtrumentum guarentigiatum. Nam ſicut à ſententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam non licet appellare. l. eos. C. de appell. & l. 1. C quando prouoca. non eſt neceſſ. ita nec licita eſt appellatio ab iſto pręcepto quod habet vim ſententiæ diffinitiuæ: & ad hoc benefacit quod not. Bald. in l. 1. C. de arbi. vbi dicit, quòd licet

de iure

de iure canonico à sententia arbitrorum appelletur. 2. quæstio. 6. cap. statuendum. & de iure ciuili ab arbitramento similiter appelletur secundum Bart. in l. fin. de appell. recipien. esto quòd Bald. contrarium dixerit in l. hi ad ciuilia. C. de appel. attamen si statutum disponeret, quòd laudum siue arbitramentum mittatur executioni prout sentētia diffinitiua, quæ transiuit in rem iud. cum dicit, quòd nullo modo poterit appellari. Ergo & idem dici debet in casu isto, & pro tanto arbitror concludendum fore, quòd in tali executione non liceat appellare, sed si aliqua iusta causa noua occurreret propter quam quis velit tractare præceptum, aut confessionem illam tanquam erroneam, tunc dico, quòd dabitur restitutio ex clausula, Si qua mihi iusta causa, &c. sicut in similibus dicit Bald. in l. 1. C. de condict. inde. & in l. sub prætextu. C. de transact.

## QVÆSTIO XIIII.

SVPEREST ergo nunc, vt descendam ad decimumquartum dubium quod principaliter hic occurrit, videlicet, An fideiussori obligato in instrumento guarentigiæ competat beneficium discussionis, ita, quòd detur sibi exceptio propter beneficium ordinis de quo loquitur text. in auth. præsentes. C. de fideiuss. & in corpore, vnde sumitur: & in hoc aliter non insistendo arbitror, quòd non competat, considerato, quòd ista est exceptio dilatoria, quę si non opponitur, vt l. ita demú. C. de procu. Ita non competit hoc casu propter conformitatem quam habet sententia, & instrumentum, vt supra pluries dictum est. Cæterum, quia vt pulchrè dixit Bald. in apostillis suis, in l. 2. ff. quæ satisd. cog. quòd talis exceptio non competit fideiussori iudicatum solui. argum. l. si non remunerandi. §. maurus. ff. man. & in l. cum quis. §. de peculio. ff. de solu. & no. in l. 1. ff. iud. sol. Et ratio huius est, quia persona fidiuss. videtur conclusa in ipso processu, vt l. 3. §. videamus. ff. iudic. sol. Vnde per viam innocentiæ statim, quòd fuit iudicatum de

prin-

principali, videatur iudicatum de fideiussore iudicatum solui. Ideo est, quòd non est sibi danda noua dilatio, nec propter executionem retractanda est executio. Modo cum in isto casu statutum velit, quòd instrumentum habeat vim condemnationis. & ita operetur in fideiussore contractus obligati in ipso instrumento sicut in debitore principali, necessario sequitur, quòd exceptio executionis, & exceptio ordinis opponi non potest, quæ, vt dictum est, non competit condemnatis, & ideo Bald. in d. l. 2. motus ista ratione concludit pro ista parte, esto, quòd dixerit in fideiussore iudicatum solui, vt l. fin. C. de exec. rei iud. vbi tenet, quòd fideiussor iudicatum solui habeat beneficium excussionis, quod non puto esse verum pro rationem superius assignatam.

## QVÆSTIO XV.

DESCENDO igitur ad decimum quintum artic. de quo supra facta est mentio, videlicet, Nunquid regulariter dictum instrumentum possit retractari in illis casibus, in quibus etiam post factam executionem retractari potest diffinitiua sententia: & in hoc arbitror esse dicendum, ꝙ sic: & primo propter auctoritatem Angel. in l. fi. ff. de pet. hære. vbi dicitur, quòd sicut post latam sententiam quãdo petens executionem est in dolo, potest conuentus implorare iudicis officium vt agens remoueatur ab illa petitione dolosa, & dixit notabiter hoc practicari posse, quando petitur executio instrumenti confessionati, si petenti potest dolus imputari: & idem dixit notanter Ang. in repe. l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. ob. occurrere ex parte rei quando ipse est dolo absolutus. Nam tunc cautela est, ꝙ actor iterum agat actione prima, & sic excipiat de re iud. actor obtinet replicando de dolo per l. sub prætextu. & l. siue apud acta. C. de transa. & ita dixit tenere Innocent. in cap. grauis. de depo. & per hoc solemniter imitetur. l. si prætor. §. Marcel. ff. de iud: & l. si is ad quem. ff. de acq. here. & quod per ipsum Ang. in l. pen. ff. de pet. here. Vnde ad

de ad casum nostrum redeundo si occurrit, quòd actor petat executionē instrumenti, & agatur executiue contra reum dolo inductū ad promittendum, poterit tunc dicere reus qualiter dolo fuit inductus ad promittendū & recurrere ad iudicis officiū ad hoc vt interponatur silentiū ne reum vlterius inquietet, & si forte ei ignoranter soluisset, haberet conditionem sine causa ad repetendum, cum casus sit reductus ad non causam, vt in condemnato per sententiam dixit Bartol. in l. 1. §. 1. in fin. ff. quod vi aut clam. & Bald. in l. 1. C. de cond. inde & si dolus fuit ex parte rei, poterit tunc actor petere executionem instrumenti, & iuuatur replicatione, prout supra dictum est de sententia.

## QVÆSTIO XVI.

NVNC capio decimum sextum articulum principalem, An cum exceptiones regulariter militent post sententiam, similiter opponi possint contra executionem talis instrumenti, verbi gratia, in exceptionibus, quæ non perimunt, sed modificant sententiam, de quibus per glo. & Docto. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. & per Bartol. in l. ex diuerso. ff. solu. matri. & in l. Nesennius. ff. de re iudi. & per Bald. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non poss. & dicendum est breuiter, quòd tales exceptiones impediunt, & opponuntur post, & retractant executionem instrumenti guarentigiati prout ipsam sententiam, & vult ita Bart. in l. si filius. ff. quòd cum eo. nisi verba statuti aliter importarent, vt dicit Bart. in d. l. si filius.

## QVÆSTIO XVII.

NVNC superest decimoseptimo videre, An poterit opponi executione, quòd contractus ille est contra legem, & concludendum est quod sic: quia si factus est contra legem, sequitur, quòd nullus ast, vt l. non dubium. C. de legi. & in l. nemo martyres. C. de sac.

C.de sac. san. eccles. & si est nullus, talis exceptio non est proprie exceptio, prout infra dicetur in vltima parte: ergo perpetuo opponi potest.

## QVÆSTIO XVIII.

CONDESCENDO nunc ad decimumoctauum articulum satis in hac materia ponderandum, videlicet, Nunquid missus in tenutam ex primo decreto propter contumaciam debitoris, vigore talis instrumenti faciat fructus suos, & videtur, quòd non: quia missus ex primo decreto nō possidet nec naturaliter nec ciuiliter, sed est merus detētator, & loco custodis, vt l.1.§.1.ff. ne vis fiat ei. & in l.is cui.§.quæri.ff. vt in poss.leg.& quod late per Bar.in l si finita.§.Iulian. ff.de damn. infe. & ideo non facit fructus suos nisi propter magnam contumaciam debitoris, vt l.Fulcinius.§. si.quibus ex cau.in poss.ea Attamen contrarium dici debet in hoc casu, nam illud quod supra dictum est, intelligitur esse verum, nisi quando mitteretur in tenutam ex causa iudicati pro executione sententię, quo casu missus ex primo decreto possidet naturaliter, & ciuiliter, & per consequēs facit fructus suos, vt dicit Bar.in l.à diuo Pio. §.si super.ff.de re iud.& Bal.in l.consentaneum.C.quō, & quando iu.vbi dicit, quòd hoc casu si immissus ex primo decreto turbetur, habet interdictū vti possidetis vnde vi, licet aliàs missus in tenutā ex primo decreto, non habeat, nisi iudicis officium pro recuperatione suę tenutæ, vt dixit notabiliter glo.in l.non tantum.ff.de pet hære.& l.Aquilius regulus.ff.de don.& istud idem vult Bal. in l.sicuti.ff.de exec. rei iud.modo cum istud instrumentum habeat vim sententię, sequitur necessario, quòd qui ex instrumento assumit tenutā ex secundo decreto, est verus possessor, non autem detētator, & facit fructus suos, vt vult Bal.in d.l.consentaneum.& in d.l.etiam.& si cōpellatur, non est opus recurrere solum ad iudicis officium, sed habet interdicta recuperatiua, prout habent veri, & legitimi possessores.

## QVAESTIO XIX.

DECIMVMNONVM principale dubiū est, Nunq̄d debitor obligatus ad factum per instr̄m guarentigiæ compellatur, si potest mere ad tradendum, vel liberetur, si velit soluere interesse, prout est regulariter in eo q̄ tenetur ad factum, vt l. stipulationes nō diuiduntur. §. Celsus. de ver. oblig. & non aliter insistendo Bald. formaliter decidit istum casum dicendo, q̄ compellitur factum adimplere si potest, vt l. 1. C. de sen. quæ pro eo, qđ interest. Et ratio est secundum eum, quia idem est in eo q̄ tenetur per senten. vt l. qui restituere. ff. de rei vendi. & idem ēt occurrit in eo, q̄ est debitor cum iuramento secundum glo. notabilem. l. si. pecuniā. ff. de condi. ob cau. Esto, q̄ sententia illius glos. mihi nunquā placuit cum iuramentū non mutet naturam contractus, vt l. fin. ff. qui satisd. cog. & l. fin. C. de non nume. pecu. & per Inno. in cap. per tuas. de arbi. vnde est de natura contractus, q̄ debitor liberetur præstādo interesse, certe idē erit si iuretur sicut si iuramentum non esset appositum.

## QVAESTIO XX.

VIGESIMO & vltimo quæritur, An sicut in executione sententię non cadit compromissum, licet statutum velit, quòd inter affines compromittatur secundum Bar. in l. post rem. ff. de transac. & l. eleganter. in priu. ff. de condi. inde. & ratio est, quia tunc per sententiam causa est finita, vnde non potest quæstio suscitari, vt l. fratris. C. de transac. & per Bal. in l. si iudex. in fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. ita fit quando petitur executio dicti instrumēti, & concludi debet idem in instrumento, quod in sententia, vt habetur per Bar. in dictis locis, & per ipsum Bal. in. §. quibus. in prima constitutione. & in l. si cum dies. §. item si forte. ff. de arbit. & in l. 2. C. quando prouo. non est necess. & per ista sint declarata omnia secundam partem concernentia.

INCI.

# INCIPIT TERTIA PARS principalis.

## QVÆSTIO PRIMA.

DESCENDO igitur nunc ad tertiam, & vltimam partem principalem, in qua versantur plura per se vtilia, & persæpe de facto occurrentia. Et præsuppono primo istud statutum vigens cõmuniter per Italiam, videlicet, ꝙ contra instrũ guarentigiati executionem nulla exceptio opponi possit, & tunc possunt occurrere dubia infrascipta. Et primo an possit opponi exceptio solutionis, & satisfactionis. Et videtur vtique, ꝙ sic: nam sicut virtute sentẽtiæ absolutorię nascitur reo absoluto exceptio rei iudicatæ, vt l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. inde. & l. miles. §. iudicati. ff. de re iudi. ita virtute solutionis causari videtur exceptio solutionis, p l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiu. & per Bald. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non poss. & in l. exceptionem. C. de prob. Modo cum statutum velit, ꝙ nulla exceptio opponi possit, sequtur, ꝙ oppositio istius exceptionis videtur esse prohibita: Sed cõtrarium dixit Guil. in Spec. in ti. de excep. §. 1. vers. defensiones. & ver. seq. vbi dicit, ꝙ exceptio solutionis, & satisfactionis nõ sunt propriæ exceptiones, sed sunt defensiones: & ideo Bal. ibi in suis conclusionibus firmat, quòd si statutum facit mentionem de exceptionibus, non concludit istas, & quòd si remoueat exceptiones istæ non videntur esse remotæ, cum statutum ad impropria non trahatur, & maxime in hac materia exorbitanti. Immo dato, quòd ista esset vera, & propria excep. semper videtur reseruata ad hoc, vt non trahatur istud statutum ad iniquum compendium, vt dicit notabiliter Angel. in l. non tantũ. §. 1. ff. de pet. hære. arg. l. fi. C. pro empto. Non enim vult lex fauere illis, q sunt de pda soliciti, vt l. minoris actum. ff. de admi. tuto. Et ideo numquã videtur pmittere ẽt si remoueat exceptiones, ꝙ semel exactũ iterũ exigatur,

iuxta no.per.Bal.in l.sub specie C.de re iud. & per hoc firmat ibi, quòd licet statutum vniuersaliter prouideat, quòd nulla exceptio opponi possit contra executionem instrumenti guarentigiati. Ista tamen exceptio solutionis, & satisfactionis semp creditur reseruata, & sic concurrunt duæ rationes finales. Ex quibus infertur, quòd si debitor opponat de solutione, & illam probet, quòd impeditur executio instrumenti confessionati, licet statutũ velit, quòd nulla exceptio admittatur. Sed stando in prima ratione, quòd istud fit solum ex eo, quòd ista non est proprie exceptio, sequitur, quòd ita erit, quando opponeretur exceptio inepti libelli: de qua in cap. cum dilecti de emp.& vend. Nam illa secundum Bald.in conclu. Spe.in tit.de concep.libell.non est proprie exceptio.argum, l.si patronus libertam.ff.de iureiur. Quinnimo statuto ita dictante exclusa nõ videtur exceptio nullitatis, cum illa nõ sit proprie exceptio, vt dixit notabiliter Bal. in l.1 C.de iur.& fac.igno.probatur hoc in l.pactum.C. de transac.secundum lec. Azo. Nam ibi reus repetit data & repellit actorem à limine iudicij, ex eo quia nulliter egit, vnde reus tunc repellit, non tamen excipit. Et hoc modo respondetur ad l.cum proponas.C.de pact vbi dicit, quòd reus non potest excipere, & datum repetere: & hinc est, ꝙ ipse Bald. in l.2. C. de exec.rei iud. dixit, ꝙ licet contra laudum non possit aliquid excipi vel opponi. Attamen dici potest de nullitate ipsius laudi. Et ad hoc etiam accedat, quod ipse no. in conclu. Spe. in tit.de execu.sen.§. vt autem. vbi referendo Ioan. Andr. dicit, quòd licet omnis exceptio si prohibita, de nullitate tamen semper opponi potest. Et idem dixit Ang. de Peru. in l. plane. & l. fin.ff. de pet.hære.quod maxime verum est, quando nullitas causatur ex defectu iurisdictionis: nam tunc talis exceptio videtur reseruata, vt dixit illa communis, & singularis gl. in clem. 1.de sequest.poss.& fruct pro, qua glo. secundum Bal.est tex. in l.sicut oportet §.fin.ff.de execu.tuto. Et hinc est quod notat notabiliter Pet.de Ancha.in suo consi.quod incip. De iure communi quæstio nullam habet dubitationem.

conſu-

consuluit, quòd licet statutũ remoueat omnes exceptiones, & velit, quòd contra executionem sententiæ nulla possit opponi exceptio; attamen si sententia fuit lata cõtra minorem indefensum, potest per obiectũ exceptionis impediri executio opponendo de nullitate. Et illud idem consuluit Gas. de Cal. & Bar. de Sali. & istud idem vult Bal. in l. diuus. ff. de testa. mili. Vbi dixit, ꝙ quamuis statutum dicat, quòd sententia consulum mittatur executioni nõ obstante aliquo defectu, &c. Attamen exceptio incompeten. iudicis non videtur exclusa nec potentiæ dicendi, quòd illud instrumentum contra quod nihil poterat opponi, non est instrumentum, ex quo non fuit confectum à notario: quod etiam comprobat Angel. in l. sciendum. ff. de verb. obl. & hinc est, quòd Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam dixit, quòd semper potest opponi excep. nullitatis quando causatur ex defectu iurisdictionis: quod est intelligendum verum etiam si interueniat trina sententia ad idem tendens confirmatoria primæ, vt dixit notabiliter Pet. de Anchar. in cle. n. 1. de re iud. vbi alleg. Lap. de Castel. istud tenuisse in suis quæstionibus. Esto, quòd istud dicit, quod licet dicere de nullitate postquam sententia illa fuit confirmata, forte non sit verum, & contra not. per Inno. in cap. 1. de confir. vti. vel inut. & in cap. super litteris. de rescrip. & per not. per Bal in l. 1. C. si à non compe iudi. Sed in hoc nõ est opus aliter insistere, sed sumenda est illa conclusio, quòd licet contra executionem instrumenti ex forma statuti nil possit opponi vel excipi : attamen opponi potest excep. solutionis vel satisfactionis ineptitudinis, & nullitatis præsertim occurrentis ex defectu iurisdictionis, & forte videtur reseruata omnis alia exceptio inclusa in corpore eiusdem statuti, iuxta not. per Cyn. in l. ita pudor. C. de adulte. & per Bart. in d. l. 1. §. 1. in fi ff. quod vi, aut clam. & per Angel. in d. l. non tantum. §. 1. ff. de petit. hære. vbi expresse firmauit. Et per supradicta sit plene expeditum quantum attinet ad primum dubium istius tertiæ partis.

## QVÆSTIO II.

VENIO nunc ad secundum, videlicet, Nunquid stante dicto statuto opponi possit exceptio simulationis, & videtur primo, ꝙ sic. Nam si contractus fuit simulatus, sequitur, ꝙ fuit imaginatus, & sic non habuit consensum. l. 1. C. plus valere qđ agitur per totū. Et si non interuenit consensus, non fuit causata obligatio, vt l. consensu. ff. de ac. & obl. ex capite nullitatis impeditur executio: nā talis exce. nō est impeditiua executionis, vt supra proxime dictū est. Sed tñ in contrariū se habet veritas, vt dicit Bar. in l. 1. §. 1. ff. qđ vi, aut clam. Vbi dicit, ꝙ talis exceptio non potest opponi contra tale instrumentum: Nam dato, ꝙ contractus sit nullus, & simulatus, instrumentum tamen in se est verum & proprium instrumentum, vnde dicit Bartol. quòd resultat verum instrumentum de simulato, & imaginario contractu. Quod arbitror esse verum, nisi de illa simulatione constaret ex præsumptione iuris, & de iure: Nam tūc illa exceptio semper videtur esse reseruata, vt infra declarabitur: & ita notabiliter dixit Bal. in l. 1. C. plus valere, quod agitur. Et in hoc etiam arbitror ponderandū, quòd quando statutum loquitur de simulatione, intelligitur de vera, & ꝓpria simulatione, de qua loquitur Bal. in l. sub specie. C. de postul. Vnde est opus, quòd tunc in vero nullus contractus inter partes sit celebratus, vel, quòd ille qui reuera gerebatur, esset à lege, vel statuto reprobatus, iuxta nota. per Bal. in l. si expressio aliàs, pretio. C. si cer. peta. vbi dixit, ꝙ tunc militat exceptio simulationis, quando promissio est facta simulate propter causam iniustam, & reprobatam, sed quando vna causa iusta exprimitur, ex qua re vera non contrahitur, sed alia similis tacite occultatur, ex qua re uera contrahentes intendunt contractum facere, & tunc non resultat simulatio: & istud idem dixit in rubr. C. de postu. per text. ad hoc summe notandum in l. Lucius. ff. de po. Insuper antequam ad vlteriora discurram, est hic aduertendum

tendum

tendum, quid foret si reus hoc casu se videns se non posse opponere exceptionem simulationis, ad impediendam executionem instrumenti, comparet, & dicit iudici, Domine istud instrumentum est simulatum, & est dolus quæsitus, quare ipsi contradico tanquam sit simulatum, & imaginarium; & protestatur, quòd interim non procedatur ad executionem, an tunc iudex debeat præferre reum actori, vel econtra: Et, quòd reus sit audiendus & admittẽdus, ita, quòd interim non fiat executio. bene facit text. in l. 1. §. si quis dicatur. ff. de quæst. & l. data opera. C. qui accusa. non pos. & quod nota. in l. qui prior. ff. de iudic. Sed tamen Odof. & Guil. asserentes Azon. sic etiam fuisse consultum, dicunt, quòd super vtraque petitione eodem tempore procedi potest, ex quo simul emergunt, sed pronuntiandum est primo super principali, deinde super incidenti. Et ad decisionem huius dubij optime facit quod in simili not. Bald. in l. si filius. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. Et istud sufficit quantum attinet ad secundum dubium principale.

## QVÆSTIO III.

SVPER tertio autem dubio, videlicet, An possit opponi exceptio compensatiationis, & dico, quòd non potest: quia licet compensatiō sit species solutionis, vt l. solutionis verbo. ff. de sol. & l. Iulianus ait. ff. de condi. & demon. & per Bal. in l. 1. C. de compensa. vbi vult, quòd statutum loquens de soluente, verificatur etiam in compensante: Attamen quia ista compensatio non reducit rem ad iniquum compendium, prout facit vera solutio, & est in se exceptio vera & propria, vt in toto titulo de compensa. & ex vna oritur exceptio iuris, ex alia vero exceptio facti, vt dicit Bart. in rub. ff. de solu. dico, quòd non tenet consequentia, opponi potest exceptio solutionis: ergo opponi poterit exceptio compensationis.

## QVÆSTIO IIII.

SVPER quarto autem, an obstet exceptio non nume. pecu. similiter dico, quòd Cyn. & Bal. in d. l. in contractibus. C. de non nume. pecu dicunt, quòd quando præceptum iudicis factum est in instr̃o guarentigiato, tunc quia illud præceptũ emanat per modum voluntariæ iurisdictionis in confessum sequitur naturã sui principalis. Et ideo infra sua tẽpora obstat exceptio sicut occurrit quando confessio emanat simpliciter super mutuo, aut sup dote. Secus autẽ dicit ibi Bal. esse seruandum quando pręceptum emanat in iudicio dato libello, quoniam tunc dicit præcise standum esse statuto, & confessioni emananti in iudicio, quæ præsumitur esse vera secundum ipsum. Ista tñ differentia, videlicet, An præceptum emanat extra iudicium per modum voluntariæ iurisdictionis, vel in iudicio cõtentioso non videtur vera, quia vt supra in 2. parte per plura exempla ostensum est, ista duo vadunt à pari, & ideo Bartol. in l. non fatetur. ff. de confessis. idem dicit esse seruandum in vno, quod in alio, vt in l. possessio. §. & si possessio. ff. de acquir posses. Vbi voluit, quòd sicut vtilis transit sine cessione ex actu in iudicio contentioso celebrato, ita sit si emanat in instrumento guarentigiato. Et ideo forte tutius est tenere, quòd ista exceptio tanquam reprobata à statuto opponi non possit. Sed si statutum non repelleret exceptiones, licet concederet guarentigiam, tunc perinde potest opponi exceptio non nume. pecu. sicut potest quando præceptum factum non fuisset. Et istud est, quod super hoc quarto dubio puto dicendum, & ad hoc adduco nota. per Bald. in l. illicitas. ff. de offic. præsid.

## QVÆSTIO V.

SVPER quinto autem dubio, videlicet, An possit opponi exceptio pretij non soluti, dico, quòd si statutum concederet solum viam executiuam in instrumento

strumento prout facit ius commune in sententia diffinitiua, tunc esset vidēdum, Nunquid in executione sententiæ, quam habet pro se emptor possit opponi exceptio pretij nō soluti, & in hoc Bar. in l. si duo patroni. §. si qs. ff. de iureiur. tenuit partem negatiuam, ꝙ non possit, cuius oppositum tenuit Bal. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. & in l. perēptorias. in tertia column. C. sentent rescind. non pos. & istud puto verius per rōnes, & iura per ipsum ibidē allegata. Et potissime ista exceptio quæ in contractu deriuatur ex eodē fonte ex quo deriuatur actio: ergo & cum actori datur actio, vtiq; reo danda est exceptio, vt dicit Bald. in l. si causam. C. de executio. rei iudica. Ad alium tamen finem dum dicis, quòd semper quando licet actori facere articulos arctatiuos, semper tunc temporis videtur data licentia reo, quòd articulos obstatiuos. Item ad hoc optime facit, quòd dicit Bald. in l. ex prædijs. C. de euict. vbi dicit, ꝙ quando ex eodem instrumento venit actio, & exceptio, ita est confessionata exceptio sicut actio, & actio sicut exceptio: sed quia in casu nostro statutum remouet exceptiones ab executione instrumenti confessionati, dico, quòd non potest opponi talis exceptio, vt in simili dicit Bart. in d. l. si filius. ff. quod cum eo. & istud sufficiat.

## QVÆSTIO VI.

VENIO ad sextum, videlicet, an obstat exceptio Velleiani, vel Macedoniani. Et in hoc concluditur breuiter, quòd non: quia sub generali prohibitione facta à statuto, includitur inhibitio, vt non liceat excipere, sed vbi hoc non est, quia statutum non opponeret, talis exceptio posset opponi, quia non perimit, sed modificat, vt supra in 2 parte principali dictum fuit, allegando gl. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.

## QVÆSTIO VII.

SVPER septimo autem, An possit opponi exceptio vsurarum, dicendum est tunc, quòd si opponatur instrumentum, non meretur executionem: quia cum dicitur instrm fuisse confectum in fraudem vsurarum, semper videtur talis exceptio opponi ad hoc, vt non deueniat ad iniquum compendium, de quo diximus supra in quæstione illa, An obstet exceptio solutionis. Constat enim, quòd hoc casu si reus non posset excipere actor incurreret vsurariam prauitatem, quod est non solum contra ius diuinum, sed etiam contra ius canonicum & ciuile, iuxta nota. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & in auth. ad hæc. C. de vsu. vnde ad hoc, vt tale statutum non nutriat peccatum, æqua est interpretatio, vt talis exceptio non videatur esse comprehensa. Esto, quòd Martinus de Fano, & quidam alij moti ex generalitate verborum statuti disponentis, quòd nulla exceptio opponi possit, dicunt, quòd talis exceptio opponi non possit. & ad decisionem huius articuli accedat nota. per Ang. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Et ponderandum est, quòd si istorum sententia vera foret, scilicet, quòd obstaret exceptio, consulendum foret reo, quòd solueret, & deinde solutum repeteret per condictionem indebiti, iuxta no. per Bar. in l. 1. §. 1. in fi. ff. quod vi aut clam, & per Bal. in l. 1. C. de condict. inde. & quod no. in cap. debitores. extra de iureiur.

## QVÆSTIO VIII.

SVPER octauo autem dubio, videlicet, An obstat exceptio cedendarum, & in hoc articulo videtur dicendum, quòd nõ ob. nisi eo respectu, quia perimit, vel si contra instrumentum: sed quia est exceptio dilatoria, & concernit executionem instrumenti, vt in simili not. Bart. in l. si filius. ff. quod cum eo. & istud est, quod primo verum putabam esse, nisi quia postea reperi Bal. in au-

in auth.præsente.C. de fideiuss. oppositũ determinasse. Nam ibi firmat, quòd si statutum dicit, quòd contra instrumenti guarentigiati executionem non possit opponi, excep. aliqua per hoc non tollitur, quominus reus opponat exceptionem cedendarum actionum.

## QVÆSTIO IX.

VENIO nunc ad nonum, videlicet, An excep. falsi habeat impedire executionem dicti instrumenti; & videtur pro quòd sic cum sit præiudicialis, per quam concluditur illud non esse instrumentũ arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. sed in contrarium est veritas, quia illud instrumentum debet interim haberi ꝓ vero, vt l. cũ precib. ff. de prob. & l. fi. C. de edic. diu. Adr. tol. Item quia talis exceptio requirit altiorem idaginem, ergo non impedit executionem instrumenti, vt l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. & istud arbitror esse verum, nisi iudici constaret de manifesta falsitate instr̃i, quia tunc retardanda esset executio per no. in simili in cap. suscitata, de in inte. rest.

## QVÆSTIO X.

SVPER decimo autem, Nunquid possit opponi exceptio dicendo, non debet audiri, quia non soluit collectas, vel quia est bannitus vel excommunicatus: & in hoc concludi debet, quòd opponi possit talis exceptio, quia nõ venit contra instr̃m, nec principaliter respicit in executionẽ instr̃i, sed opponit̃ contra ꝑsonã agentis, iuxta no. ꝑ. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ꝙ vi aut clã. & per Bal in l. diuus. ff. de mil. test. & in conclu. Spec. in titu. de proc. ver. sed nũquid. Et istud ego intelligo esse verum, qñ statutũ habet respectũ ad instr̃m, vt quia dicit, quòd contra instr̃m & executionem instr̃i non possit excipi, sed si loqueret̃ generaliter dicẽdo, ꝙ nihil possit obijci, vel opponi propter quod impediatur executio talis instrumenti, tunc talis exceptio non militaret.

## QVÆSTIO XI.

SVPER vndecimo autem, videlicet, An si contra promissorem dotis peteretur executio, obstet excep. si promissor dicit, quòd dos sibi non debetur, quia matrimonium non est secutum. & hoc casu dicendum est, quòd excep. admittitur & executio impeditur: & ratio est, quia illa promissio de dote simpliciter facta, in se habet tacitam conditionem, scilicet, si matrimonium subsequatur. tex. est in l. tali. ff. de iur dot. Sed constat, quòd ante euentum conditionis etiam tacitæ, vt dicit gl. in l. si mora. ff. solu. matr. nō est nata obligatio vel actio, vt l. cedere. ff. de verb. sign. merito in repellendo actorem hoc casu reus, licet se opponat, non dicitur excipere, cum exceptio sit actionis exclusio, vt l. 1. ff. de excep. & ideo vocatur excep. facti & intentionis, vt l. se debere. ff. de condict. ob cau. Et illa ratio est proprie exceptio, vt ibi plene habetur; merito nōn comprehenditur sub statuto. & ad hoc accedant no. per Bar in l. vt mihi donares. ff. de dona. & istud notanter repetit Bald. in l. sancimus. C. de dona. Et ex hoc infertur, quòd quando instrumētum guarentigiatum habet in se conditionem quòd ipsa pendente non petitur executio. Et ad hoc bene facit, quod dictum fuit supra in 1. parte huius operis in quæstione illa, an sit opus, quòd primo probetur instrumentum esse purum & liquidum.

## QVÆSTIO XII.

SVPER duodecimo autem, videlicet, An debitor contra quem petitur executio ad Stichum quem promiserat, possit excipiendo dicere, quòd non est amplius in rerum naturam, & sic, quòd ipse est liberatus interitu rei promissæ mora non præcedente, vt l. si ex legati causa, & l. scire debemus. § si. de verborum obligat. & dicendum est, ꝙ hoc casu licet excipere, nam quarōne supra dictum est, quòd licet excipere de solutione

iam

iam facta eadem rõne ex ęq̃tate oritur exceptio pp rem peremptam, cum p vtrunq; modum reus sit liberatu. & cõtractus dissolutus. Item q̃a hoc casu constat, ꝙ omnis actio & obligatio est extincta, merito reus, licet repellet non tñ proprie excipit, vt supra in alio dubio dictũ est.

## QVÆSTIO XIII.

SVPER decimotertio dubio, videlicet, An possit opponi exceptio incompeten. judicis coram quo petitur executio, concludendum est, quòd sic. Et ratio est, quia redditur iudicium retro nullum, vt l.fi.C. si à non competen iud. Item quia statutum vult, ꝙ operetur exceptio contra personam iudicis, & istud non est probatum statuto, sicut supradictum fuit in illo articulo quando opponitur excep. contra personam actoris, quia erat excommunicatus vel bannitus,

## QVÆSTIO XIIII.

SVPER decimoquarto dubio, An reus possit se excipiendo tueri ex confessione facta per actorem in judicio in fauorem ipsius rei, nam vt pluries dictũ est, instrumentum propter guarentigiam censetur in iudicio fuisse celebratum, vt dicit Cy. in l 1. C. de confess. & Bar. in l. non fatetur. ff. de edend. & in l. possessio. §. & si possessio. ff. de acquir. poss. Sed ita est, quòd confessione facta per actorem in iudicio in fauorẽ rei, potest reus se tueri etiam in casibus, vbi aliàs non est permissa exceptio contra instrumentum, vt notanter dixit Bal. in l. si vnus. §. pactus ff. de pac. Ergo hoc casu reus ex ista confessione poterit se tueri, quod tene menti, quia est notabile verbum, & per Docto. non aliter digestum vel ruminatum, & ex prædictis sumi potest ista cõclusio, quòd licet statutum remoueat exceptiones: attamen exceptio, quæ deriuatur ex confessione facta in iudicio, aut instrumento guarentigiato semper videtur reseruata. Ad hæc bene facit quod not. Bartol. in l. eum qui ita. ff. de pub.

de pub. vbi dixit, ꝙ excep. quæ oritur ex inſtrõ producto coram iudice poteſt allegari per iudicem ex officio, licet ſit ad vtilitatem priuatæ perſonæ, ex quo defenſio ineſt illi inſtrõ; & ad hoc accedat quod not. Bald. in auth. præſente. C. de fideiuſſ. & in l. ex prædijs. C. de euict. vbi vult, quòd ſicut actori cõpetit via executiua propter guarentigiam appoſitam in inſtrumento, ita in reo videtur ſemper reſeruata exceptio, quæ producitur virtute illius inſtrumenti. Et vltra prædicta adducas notabile verbum Bal. in l. ex placito. in fi. C. de rerum permut. vbi notanter dixit, quòd quando cauſa excipiendi deriuat ex eodem inſtrumento, tunc reus qui opponit, dicitur venire contra inſtrumentum, aut contra ipſius inſtrumenti executionem: & ideo concludit, quòd talis exceptio ſemper videtur reſeruata.

## QVÆSTIO XV.

SVPER decimoquinto, videlicet, An poſſit opponi excep. quæ venit de natura contractus, videlicet: Ille cui promiſſus eſt vſusfructus fundi per inſtrumentum guarentigiæ petit executionem, & reus excipiendo dicit, quòd actor tenetur cauere de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, vt l. in fructu. C. de vſufr. & actor dicit, ꝙ reo non licet excipere virtute dicti ſtatuti, certe dicendum eſt, quòd immo reus hoc caſu auditur, quia non dicitur venire contra inſtrumentum, quia excipit ſecundum naturam contractus, de quo loquitur inſtrumentum, ſecundum Bal. in l. 1. C. de vſufr. accre. l. ſed & ſi poſſeſſori. in verbo, ſed ſi rerum. & in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. Et ſic illa verba, quòd non licet excipere contra executionem inſtrumenti interpretanda ſunt reſtrictiue, niſi illa exceptio oriatur ex natura contractus. ar. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & l. venditores. de verbo. ſig. & iſtud vult Bart. in l. 1. C. de vſufru. & Bald. in d. l. ex placito. in fi. de rer. permu.

## QVÆSTIO XVI.

SVPER decimosexto, videlicet, An tunc opponi possit excep.rei non traditæ, vel male traditæ, verbi gratia: Quòd emptor contra quem petitur executio instrũ, vt tradat pretium, opponit exceptionẽ rei non traditæ, vel non perfectæ traditæ, iuxta l. Iulianus.§. offerti.ff.de actio.emp.& in hoc dicit, ꝙ illa exceptio videtur seruata, & non includitur sub illa generali prohibitione statuti, & ita concludit Bal. in l.ex prædijs.C.de euiction.& rõ est secundũ ipsum, quia qñ ex eodem contractu oritur exceptio, sicut actio, ita intelligitur priuilegiata à statuto, & cõfessionata exceptio, sicut ipsa actio, quod est verbum dignum memoria, & bene facit quod ipse no.in l.si causa.C. de execution.rei iudic.

## QVÆSTIO XVII.

SVPER decimo septimo, videlicet, An excipi vel opponi possit, quòd ordo substantialis non fuit seruatus in executione dicti instrumenti, vt puta, in citatione non fuit seruata forma statuti, & dicendum est, quòd opponi potest arg.l. & si cognitio.C. si contra ius vel vti.pub.& l. si prætor.ff.de iud.& accedat quod not. in l.à diuo Pio.§. si super rebus.ff. de re iudica.& l. cum vnus.in prin.ff.de bon.aucto. iud.poss. Et ratio reddi potest, quia quando ordo formalis qui debet præcedere actum non fuit seruatus, sequitur, ꝙ actus redditur nullus, vt dicit glo. in l.vniuersa.C. de precib.impe.offe.ergo ille qui hoc casu excipit de ordine non seruato, non dicitur venire contra executionẽ instrumenti, quia deducere nullitatem, non est impugnare instrumentum, vt dicit Bal.in l.diuus.ff.de testa.mil. Ad quod bene facit l.non putauit.§ non quæuis.ff. de contracta. & quod super latius est ostensum.

QVÆ-

## QVÆSTIO XVIII.

SVPER decimooctauo, videlicet, An quando petitur executio instrumenti in quo laudum continetur, possit excipi contra ipsum laudum: Breuiter dico recurrendum fore super decisione huius articuli ad notata per Bar. in l. 2. ff. de arb. Vbi dicit, quòd potest opponi, quia tale instrm non est confessionatum à partibus: & ideo non dicitur continere guarentigiam, sed instrm compromissi est confessionatum, & sic continet guarentigia exceptionem contra laudum, vult etiam, quòd possit, quia non venit contra compromissum, licet impugnet laudum, cum ista sint separata, vt ibi dicitur per eum.

## QVÆSTIO XIX.

VENIO nunc ad decimumnonum, videlicet, An si statutum vltra prouideat, dicendo, quòd contra executionem instrumenti non liceat etiam opponere de nullitate, An sit intelligendum, scilicet, de nullitate incompassibili cum ipso instro, vel intelligitur etiam si sit compassibilis: Et an debeat intelligi, & limitari, nisi nullitas fuerit euidens, & manifesta. Item an debeat intelligi, nisi nullitas deriuaretur ex defectu iurisdictionis vel compromissi, & sic non factæ commissionis, vel non factæ citationis, aut ex ineptitudine libelli. Et in hoc eleganti artic. concernenti nullitatē, præmitto primo, quod licet statutum possit. præcludere viam nullitatis: attamen istud non potest induci pacto priuatarum personarum. Nam per pactum quis non potest se excludere à beneficio nullitatis, nisi interuenerit iuramentum, aut l. conscientia. secundum quod nota. dixit Bald. in l. antiquæ. C. ad Velle. in fi. allegando auth. matr. & auiæ. C. quando mul. tute. offic. fun. potest. & ad hoc accedit quod not. Bartol. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Ex hoc infertur, quod tenet consequentia negatiue

ue sumpta dicendo, Istud non potest fieri per pactum, ergo nec per statutum, de quo per Bart. in l. Titio centum.§.primo.ff.de condiction.& demonstration. Modo hoc præsupposito dico, quòd stante dicto statuto non videtur exclusa nullitas, quæ apparet ex serie dicti statuti, aut instrumenti, vt probatur in capit. litteras. in vltimo responso. de restitutione spoliator. Et ratio hæc esse potest, quia quando constat ex serie instrumenti, transit in notorium: ergo non videtur exclusa, iuxta illud quod not. glos. in l. si vnus.§. pactus ff. de pact. quæ incipit, In opponendo. Et bene facit quod not. Bartol. in l. cum ita. §.qui ita.ff.de verbo.oblig. & quod nota.glo.in l.vbi pactum. C. de transaction. Secundo principaliter dico illud esse verum in nullitate, quæ non est compassibilis. semper enim videtur reseruata, vt notanter firmat Anton. de Butri. in repertorio iuris ciuilis in littera G. in verbo, guarentigia. allegando glo. in cap. primo. de probation.& in cap. si dignum. de accusation. Et tu ad hoc potes allegare tex. in l. eum qui.§. si iurauero.ff.de iureiurand. Tertio loco dicit istud esse verum, scilicet, quòd non potest excipi de nullitate, nisi esset patens & manifesta, vt dixit illa glo. notabilis, in l.1.§.sin autem.super verbo imperfectum. ff. de tab. exib. pro qua bene facit tex. in d. capit. litteras. de restitutione spoliator. Et accedat quod no. Bald. in l. edicto de edict. diui Adrian. tollend. & in l. data opera. C. qui accu. non poss. & in l. peremptorias. C. sent. rescind. non poss. & in l. si quis testib. circa fi. C. de testib. vbi admittit manifestam probationem etiam post didicita testificata. Quarto quod supra dictum est limito esse verum, nisi nullitas causaretur ex defectu compromissi, vt puta, quia arbiter excessit fines compromissi: nam tum quatenus excessit laudum fuit nullum. l. non distinguemus.§.de offic.ff.de arbitr. Et de tali nullitate licet opponere non obstante statuto disponente, ꝙ de nullitate obiici non possit, & ita consuluit Oldrad. suo consilio, quod incipir, De iure communi. hoc ergo nullam habet dubitationem, & idē forte esset dicendum quando nullitas causaretur ex de-

fectu iurisdictionis,& hoc per gl. illam in clement.1 de sequestration. possess. & fruct. de cuius intellectu supra latius dictum est. Et est hoc etiam limitandum, nisi vbi super hoc appareat lata trina sententia, nam tunc opus est acquiescere, vt dicit Ioann. de Imo.in l.de pupillo.§. qui opus.ff de nou.oper. nunciation. allegando glo. in clement.prima de re iud. Item quinto loco adiungi potest alia limitatio,dicendo, ꝙ licet statutum velit,quòd non posset excipi etiam de nullitate,istud debet intelligi, nisi sententia fuisset lata per falsa instrumenta dolo fabricata:nam hoc casu non obstante statuto poterit excipi de nullitate. Et istud consuluit Petr. de Ancharan. in dicto consilio supra allegato, vbi dixit,quòd etiam similiter potest excipi de nullitate quando causatur nullitas sententiæ ex defectu non factæ citationis, nam tũc resultat vitium naturale, & contra ius diuinũ; quo casu semper exceptio videtur reseruata, licet secus sit, quando non est contra ius naturale, siue diuinum, sed tantum contra ius positiuum. Vnde Salicet.& Gas.de Cal. sequentes consilium Pet.de Ancharan. dicunt,quòd statutum exclusiuũ nullitatis videtur habuisse respectum solum ad nullitatem,quę causatur solum à iure positiuo, & sic ad casus,de quibus loquitur Specul. in tit. de prolation. sen. non autem quando nullitas causatur à iure naturali, vel diuino, aut ex aliis principiis: & ista sunt verba satis ponderanda, quod non tantum releuat si statutum prouidet, quòd actus non possent reprobari, per hoc non intelligitur exclusa nullitas, vt dixit notabiliter Bal.in l.cum lege.de episc.& cleri.Et si statutum remoueret,vt puta quis diceret,quòd reus non admittatur ad defensionẽ aliquam,tunc præsupposita validitate statuti, de quo habetur in l. defensioni facultas. C.de iu. fisc. li.10.& per Bal.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.& l. pe.C.de pac. tunc dico, quòd etiam nullitas, & iudicis officium videtur esse sublatum. Et de quo vide per Ang.in l. fi.ff. de pet.hęr.& in l.plane.eo.ti.Esto,quòd Bal in auth.pręsente.C.de fideiuss.notanter dixerit, ꝙ licet statutum velit,quòd contra instrumentum confessionatum reus non admit-

admittatur ad aliquam defenſionem per hoc non tollitur quominus conuentus poſſit opponere & inſiſtere ſuper beneficio ceſſionis,& ſicut poteſt excipere dicendo, quòd ſibi fienda eſt ceſſio, & aſſignat rationem, quia quando defenſio diſcendit ex eadem cauſa, ex qua producitur actio, & ineſt ipſi actioni ex natura contractus, nunquam intelligitur eſſe remota. Et iſta ſufficiant quantum attinet ad articulum nullitatis.

## QVAESTIO XX.

DESCENDO igitur nunc ad vigeſimum, videlicet, An remota omni exceptione per ſtatutum poſſit conuentus implorare iudicis officium ad hoc, vt præceptum fiat actori, quod deſiſtat à petitione. Angel. de Peru. in l. fin. ff. de petit. hær. dixit, quòd ſic; quando actor erat in dolo, & hoc per illum text. quem ad hoc ſignanter ponderat, dicendo, quòd per hoc infertur, quòd ſi contra inſtrumentum guarentigiatum non poteſt opponi aliqua exceptio, cautela eſt, quòd reus implorat iudicis offic. & petat remoueri ab illa petitione, à qua venit remouendus probato dolo: & ad hoc bene facit text. & quòd ibi per Bartol. in l. non ſolum. §. fin. ff. de iureiur. vbi vult, quòd licet ſit prohibita exceptio, non tamen prohibitum videtur iudicis officium.

## QVAESTIO XXI.

DESCENDO igitur nunc ad vigeſimumprimum articulum, videlicet, An dato, quòd non poſſit accipi contra dictum inſtrumentum, & quòd non poſſit dici de nullitate, nec aliter ſe defendere reus ſi ſit grauiter læſus mediante dolo culpa actoris competat ſibi in integ. reſt. ex clauſula, ſi qua mihi, &c. & videtur, quòd ſic: per no. in l. ſub prætextu. C. de tranſaction. & per Bartol. in l. 1. C. ſen. aduer. fiſc. lat. lib. 10. & per Bald. in l. 1. C. de condiction. indeb,

& bene facit quod nota. in l. imperatores. ff. de re iudic. & in l. sub prætextu. 2. C. de transact. & puod per Inno. in cap. vltra tertiam. de test. vbi dixit, quòd quando actori non fuit possibile reperire instrumentum ante setentiam, & ideo reus fuit absolutus, quòd tunc præmissa restitutione ex dicta clausula, si qua mihi sententia, venit retractanda per instrumenta de nouo reperta: & hoc est quod multum no. Batol. in d. l. prima. C. sentent. aduer. fisc. lat. lib. 10. ad limitationem l. sub prætextu. C. de transact. & nota. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Modo cum in integrum restitutio non sit exceptio propria, & non se opponat directo contra dictam executionem instrumenti, videtur, quòd statuto disponente, prout supra dictum est, istud sit bonum remedium cum aliter reo non possit esse consultum, & si præsupponatur esse verũ. Succedit immediate vtilis inuestigato, videlicet, Nunquid præcedente ista discussione, scilicet an competat restitutio, impediatur interim executio instrumenti: & in hoc sumenda est ista conclusio, quòd si primo petita est executio, quòd restitutio tunc regulariter executio non impeditur, vt in ca. suscitata. de in integrum restitution. Et ratio est, quia si restitutio sit petita per modum conuentionis principaliter tunc cum ipsa restitutio (aliàs, executio) sit summariæ postulata, nec impeditur, nec suspenditur per ordinariam petitionem, quæ requirit plenariam cognitionem, vt l. fina. C. de compen. & l. secunda. C. de edict. diui Adrian. tollend. & in l. ille à quo. §. 1. ff. ad Trebellian. & in l. is à quo. ff. vt in poss. leg. & quod per Bartol. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. & plenius in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligation. Sed si sit petita per modum exceptionis, sicut occurrit in l. Papinianus. §. quòd si filius. ff. de inoffic. testamen. tunc non operatur, vt dicit Bartol. in l. nam posteaquam. §. si minor. ff. de iureiuran. & ratio quare non operatur, est, quia iudicium iam est finitum per sentẽtiam, vnde petitio inclusa in exceptione non potest corrigi post sententiam, sed debebat intentari eo tempore, quo exceptio poterat deduci in iudicium,

cium, merito tarde venit, quando post sent. vult opponere, vel petendo impedit ipsius executionem. Hoc tamen fallit in duobus casibus. Primus est quando ipsi iudici liquet manifeste, quòd ipsa restitutio danda est, sicut occurrit in l pen. ff. de aucto. tut. Secundus casus est quando illa executio foret irretractabilis, nam tunc est supersedendum in eo, prout in simili no. dixit Paul. de Leazar. in clemen. 1. de re iud. & Pe. de Ancha. in sua disputatione: Ea quæ fiunt à iudice. & Io. de Imo. in l. qui à latronibus. ff. de testam. vbi referendo dictum Pau. de Leaz. dicit, quòd tex. in d. clem. 1. de iud. qui singulariter disponit, quòd quando ad idem concurrunt tres senten. diffinitiuæ, exceptio nullitatis non habet impedire execu. Limitatur nisi quando executio foret irretractabilis; nam tunc in executione supersedendum est: vnde à paritate rationis propter graue prȩiudicium, & irreparabile idem dico in casu isto. Si vero primo sit petita restitutio quàm executio, tunc concludi debet, quòd si restitutio sit petita propter non factas probationes, & tunc executio non est retractanda (alias, retardanda) vt est tex. in d. cap. suscitata. secundum vnum intellectum. Sed si vult de directo restitui contra sententiam vel instrumentum, & tunc si iudici constet, quòd in fraudem peritur restitutio, & non est retractanda executio, vt est tex. secundum alium intellectum, in d. ca. suscitata. vbi autem hoc non concurrit, debet ponderare an sit irretractabilis executio, & tunc impeditur, & supersedetur in ea, vt supra ꝓxime dictum est, quando ꝓcedit titulo restitutionis regulariter suspenditur executio, sed non econtra, vt habetur in l. si causa cognita. C. de transact. & nota. in l. 1. C. etiam in integ. rest. po. & approbat istud Bal. in addi. Specu. in ti. de prob. in c. quod incipit. 25. annis. Et ista procedunt si teneatur, quòd possit peti restitutio, & ita foret practicandum quando statutum prouidet, quòd contra executionem instrumenti possit excipi vel opponi. Sed cautius est tenere, quòd tunc dicta restitutio ex clausula, si qua mihi, intentari non possit: nec etiam propter defectum ætatis recurri potest ad extraordinarium re-

medium restitutionis concessum à prætore mortuo per titu. de mino. ad hoc adduco auctoritatem Cyn. in suis additionibus, quam refert Bald. in l. causæ. ff. de mino. vbi dubitat, an sit vera. Et ratio dubitandi est, quia cum statutum velit, quòd nulla exceptio opponi possit, vtiq; videtur exclusa in integrum restitut. cum per ipsam deueniatur ad obiectum exceptionis, & regula iuris est, q quando aliquid prohibetur, prohibitum videtur esse id per quod ad id deueniri potest, vt l. oratio. ff. de sponsa. Item quia ista restitutio de se est species exceptionis, vt habetur per gloss. & Docto. in l. tertia. §. sed vtrum. ff. de minorib. Vnde per ista videtur posse concludi, quòd nõ competit in integrum restitutio. & ad hoc etiam accedat quod nota. Angel. in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudicata. & Bald. in l. falsam. C. si ex fals. instrument. & Ioann. de Imol. in l. Imperatores. ff. de re iudicata, Sed quid si statutum dicit, quòd nil possit obiici contra excutionem instrumenti, an possit peti tunc reductio ad arbitrium boni viri, dicas, quòd non: & ita conclusit Bald. in additione Specul. in titulo de arbitr. in §. sed cum pendente. & allegat ad hoc l. 1. §. quod autem. ff. de alea. Et per hoc sit expeditum quantum attinet ad hunc articulum.

## QVÆSTIO XXII.


DESCENDO igitur tunc ad vltimum articulum principalem, videlicet, An reus videns se exclusum à iure excipiendi, restituendi, querelandi de nullitate dicendi, & se aliter defendendi; an saltem in subsidium posset habere recursum ad ecclesiasticum iudicem, dicendo, quòd actor dolo vel fraude præiudicium vult facere animæ suæ, petendo executionem talis instrumenti, & ideo cum mortaliter peccet, petit per episcopum inhiberi iudici seculari, vt non exequatur huiusmodi instrumentum, nam iste casus sæpe occurrit, & an tunc si episcopus mittit litteras inhibitorias iudici seculari, prohibendo ne exequatur, sit

tur, sit parendum tali inhibitoriæ. Certe in hoc passu est primo ponderandum, an ille inferior iudex recognoscat iurisdictionem à superiore, qui misit litteras inhibitorias, & hoc casu dicendum est, quòd opus est parere inhibitoriæ, per l. iudicium sol. ff. de iudic. sed si illæ litterę inhibitoriæ non emanant à superiore, tunc regulariter non est parendum, quia diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet, & ad hoc vide no. per Hostien. in ca. volentes. de offic. deleg & per Archid. 11. q. 1. de persona. Et hinc est quod not. Federi. de Senis, vt refert Bald. in l. prima. C. quomodo & quando iudex. consuluit, quòd si clericus coram iudice sęculari induxit falsos testes contra laicum, & ideo clericus fuit accusatus de falso coram episcopo, & tunc episcopus, coram quo pē det quæstio falsi, non potest prohibere seculari ne fungatur partibus suis, & ne procedat in causa quantumcunque accusatio falsa sit præiudicialis, & maior. Sed ista opinio Feder. & Bal. videtur valde dubia, cum episcopus sit maior iudice seculari, & cognoscat de articulo magis præiudiciali; quo casu videtur supersedēdum, iuxta l. final. C. de ordin. iudic. Et subdit ibi Bald. aliud quod videtur esse magis mirandum, videlicet, quòd si in contemptum talis inhibitoriæ episcopus excommunicabit iudicem secularem, vt quia diceret, inhibeo ne procedas in tali causa sub pœna excommunicationis, ex nunc ipso iure imponēda: attamen dicit, ꝙ iudex secularis non debet curare, quia talis excommunicatio nulla est, quia incipit à præcepto ipso iure inualido. Sed hoc puto esse necessario limitandum, nisi iudex secularis procederet super crimine ecclesiastico, nam tunc in contemptum clauium potest episcopus inhibere, & excommunicare iudicem secularem, de quo vide per Bald. in l. consulta. C. de testamen. Vnde si episcopus mandat sub pœna excommunicationis potestati, ne exequatur testamentum vsurarij potestas parere debet, aliàs incurret excommunicationem. Et de ista materia, vtrum & quando episcopus possit inhibere, & an sit opus, quòd primo citetur pars, & an secula-

 ris com-

ris compellatur ad obseruantiam inhibitoriæ per ecclesiasticam censuram, vltra non progredior, sed remitto te ad no. per Anton. de But. in cap. secundo, de ordin. cogn. & ad notata per Ioann. And. in cap. statutum. el primo. de hære. libro 6. & per Ange. in l. ex ea. ff. de postula. & per Ioan. de Imol. in d. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Et per ista sit huic opusculo finis impositus, ad laudem omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis eius matris gloriosæ. AMEN.

FINIS TRACTATVS
DE GVARENTIGIA.



TRA-

# TRACTATVS DE EXECVTIONE INSTRVMENTORVM.

## D. ANTONII A CANARIO.



### SVMMARIVM.

1 *Exceptiones iustæ, an possint obiici contra publicum instrumentum stante statuto, quod, &c.*

*Verbum generale omnia comprehendit.*

*Genus tantum valet, quo ad omnia; quantum species quo ad speciem.*

2 *Promittens nullam exceptionen opponere, intelligitur de malitiosa, & non de legitima.*

3 *Exceptiones iustæ, an possint opponi, si dictum sit, quod nõ possit opponi nisi exceptio falsitatis, & solutionis.*

4 *Exceptiones quæ opponi possint, statuto dictante, quod exceptione falsitatis, & solutionis non obstante, instrumenta publica executioni demandentur.*

5 *Statuto dictante, quod publica instrumenta executionem habeant paratam nulla nisi solutionis, & falsitatis exceptione obstante, an possint obiici alia exceptiones iustæ.*

6 *Sententia; iuramentum, & confessio de iure communi executionem habent paratam.*

7 *Clausula, & post prædicta, in fine contractus posita, quid operetur.*

*Gabella non soluitur de pracepto in confessum, statuto stante, quod de omni sententia condemnatoria soluatur gabella.*

8 *Instrumenta guarentigiata, vbi fundentur & vbi confessionata, & vbi simplicia.*

9 *Statuta loquentia de executione instrumenti guarentigiati non exorbitant à iure communi.*

10 *Electio Papæ non ex toto subiicitur iuri positiuo.*

11 *Exclusio generali exceptionum ad processum non excludit speciales*

*ſpeciales exceptiones procedentes à ſtatuto vel iure communi.*

12 *Statuta ſecundum ius commune ſunt interpretanda & reſtringenda.*

13 *Exceptio quæ poſt ſententia opponi poſſit.*

14 *Exceptiones, quæ poſt ſententiam contra ſententiam opponi poſſint.*

15 *Cognitio ſummaria adhibetur in ſententia executione.*
*Exceptiones quæ admittantur in ſummariis cognitionibus.*

16 *Exceptio peremptoria duplici ratione opponi poteſt contra inſtrumenta.*
*Exceptiones quæ contra inſtrumen. opponi poſſunt, an etiam poſſint opponi contra executionem inſtrumenti.*

17 *Inſtrumenta de iure communi, an aliquo caſu habeant executionem paratam.*

18 *Exceptiones à iure ciuili introducta cenſentur excluſa ſtatuto ſtante, quòd inſtrumenta ſecundum ius gentium executionem ſortiantur.*

19 *Exceptiones quæ, & quando indaginem altiorem requirere cenſeantur.*

20 *Statuto diſponente, quòd exceptio contra inſtrumentum ſit ſtatim probanda, an aliæ exceptiones non reiectæ debeant probari intra terminum iuris communis.*

21 *Exceptio nullitatis contra executionem inſtrumenti oppoſita an poſſint eam impedire.*

22 *Exceptio altiorem requirens indaginem non admittitur in cognitione ſummaria.*
*Obligatio viribus carens, nulla lege firmari poteſt.*

23 *Præceptum non dicitur quod non rite præcipitur.*

24 *Exceptio præſcriptionis inducta à iure communi vel ſtatuto, an poſſit contra inſtrumentum obiici.*

25 *Exceptio ſimulationis, an poſſit opponi contra inſtrumẽtum, aut contractum.*
*Statutum dictans exceptionem contra inſtrument. non opponendam exceptionem contra contractum non excludit.*

26 *Hæres contra inſtrumentum defuncti venire non valens, inſtrumentum eſſe ſimulatum opponere poteſt.*
*Nomine carere debet, quod effectu caret.*

27 *Simulationis multa ſunt ſpecies.*

28 *Contractus iuſtus dicitur ſi ex vna cauſa promittatur, & ex alia debebatur.*

29 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quo casu opponi possit.*
30 *Instrumentum asserens esse simulatum speciem simulationis exprimere debet.*
31 *Exceptio simulationis cum quali distinctione possit opponi.*
32 *Instrumenta non liquida, an possint executioni mandari.*
*Instrumentum duobus modis liquidari potest.*
33 *Instrumentum non liquidum obligationem velatam continet quæ tam testibus, quàm instrumenti detegi potest.*
34 *Modus secundus instrumenti liquidandi, qualis.*
*Instrumentum liquidari potest ante executionem petitam, & etiam post in processu petitæ executionis.*
35 *Exceptiones personam concernentes, an possint opponi, non obstante statuto de exceptionibus non opponendis.*
36 *Minor iurans se maiorẽ et confessus debitũ quãdo teneatur.*
37 *Filiusfamilias asserens se patremfamilias, & iurans super contractum, an possit postea de nullitate opponere.*
*Obligatio non oritur ex contractu ipso iure nullo.*
38 *Filiusfamilias ratione iuramenti potest ad soluendum compelli, licet repetere possit.*
39 *Filiusfamilias quando exceptionem Macedoniani possit opponere.*
40 *Exceptio Macedoniani non potest opponi contra creditorem ignoranter cum filiofamilias contrahentem.*
41 *Ignorantia quando præsumatur, & quando non.*
42 *Exceptio Macedoniani quare contra creditorem filiofamil. mutuanti opponatur.*
43 *Exceptioni ne quis conueniatur vltra quam facere possit, renuntiari non potest.*
44 *Instrumento quod executioni mandari debet intra decẽ dies secundum formam statuti, opponi potest, quòd non sit factum secundum l. non dubium. C. de legi.*
45 *Dispositio iurata in instrumento deducta, an debeat executioni mandari.*
46 *Periurium est crimen ecclesiasticum.*
47 *Iuramenti causa quando coram iudice ecclesiastico tractari debeat & quando coram seculari.*
48 *Petitio restitutionis in integrum, an impediat executionem publici instrumenti.*
*Executio sentent. dicitur fieri iusta à qua appellatũ nõ fuit.*
49 *Euidens esse non potest, nisi id de quo apparet, aut incontinenti apparere potest.*

mentum obligati, statuto stante, quòd instrumenta mandentur executioni.

67 Statutum, quòd debitor pro debito ciuili possit ad instãtiam creditoris personaliter carcerari an valeat.

68 Instrumenta, an possint ex partium cõuentione executionem paratam habere.

69 Conuentio partium, quòd liceat creditori capere debitorem, & captum in carcere priuato retinere, quare non valeat.

70 Debitor de fuga suspe. ex pacto capi põt in causa suspicionis.

71 Executio instrum. vel sententiæ si petatur, an finiatur intra viginti dies statuto stãte, ꝙ instãtia finiatur cursu tacio.

72 Instrumentum factum Perusii per notarium Perusinum de contractu facto inter Perusinum & Canariensem, vbi debeat executionem sortiri.

73 Instrumenti publici appellatione quid contineatur.

74 Instrumentum publicum qualiter definiatur.

75 Reo non habenti instrumentum secum ad probandam exceptiones, an succurratur aliquo remedio.

76 Statutũ disponens instrum. manu publica scriptũ executioni mãdandũ, an habeat locũ in sumpto iudicis auctoritate.

77 Actor producens protocollũ notarij mortui & petens eius executionem sicut publici instrumenti, an sit audiendus.

78 Petitio executionis, an procedat si petatur execut. mãdari instrum. in quo debitor se obligauit procuratori creditoris.

79 Debitor, an si statim in mora constitutus si instrumenta vim rei iudicatæ habeant.

80 Tempora quæ dantur iudicatis & confessis, an concedantur pro instrumentorum executione.

81 Citatio in executione semper facienda est corã iudice nouo Citatio, an sit necessaria in executione instrumentorum.

82 Conductio prima si facta sit per publicum instrumentum executionem paratam habens, an finito tempore conducto censeatur tacite renouata cum virtute instrumenti.

Fideiussor obligatus per instrumentum, quod executionem statim meretur, an agere possit.

83 Appellare, an possit is contra quem executio instrum. petitur.

84 Appellatio ab interlocutoria est ipso iure nulla.

85 Appellari quando possit à sententia de exequendo.

86 Appellatio ab execut. an sit nulla quoad oẽs effectus suos.

87 Processus qualis esse debeat in causa appellationis.

Sententia interlocutoria dicitur quæ instrumentum exequendum

*quendum pronunciatur.*

88 *Monitio iudicis facta hæredi de legatis soluendis, interlocutoria dicitur.*

89 *Emptor rei emptæ fructus petere potest sequestrari, vẽditore appellante à senten. lata, de exequendo venditionis instr. Officium iudicis implorare potest, qui ab exceptionibus proponendis exclusus est.*

90 *Debitore munito exceptione à statuto exclusa, an possit creditor lite pendente executionem petere.*

91 *Executio facta lite pendẽte, & facta inhibitione, an valeat, & quando.*

92 *Officium iudicis non poterit implorari, stante statuto, quòd nulla exceptio an defensio admittatur.*

93 *Debitor exacto habenti iustas exceptiones per statutum exclusas, quo subueniatur remedio.*

94 *Aestimationis ratio, an sit habenda à tempore moræ si petatur executio instrum. continentis debitum frumenti, &c.*

95 *Creditor, an possit via ordinaria agere post decennium, statuto stante, quòd post id tẽpus non possit executio peti.*

96 *Clericus debitori laico per instrumentũ obligato succedens, an possit astringi coram iudice laico.*

97 *Contractus hodie per mutum celebrati, an sint validi.*



COLLIGAM quæstiones quasdam per numerum circa materiam executionis instrumenrorum, secundũ formam statutorum, quę communiter sunt per Italiã. Confidens non in modulo mei rudis ingenij, sed in gratia illius, qui affluenter dat, & nõ improperat.

1 PRimo, Quæro. Dicat statutum, † quòd contra pũblicum instrumentum nulla exceptio possit opponi, an aliquæ iustæ exceptiones opponi poterunt, & videtur, quòd non: quia verbo generali omnia comprehenduntur. ff. de lega. 1. l. si cui seruos omnes. C. sine censu vel reliq. l. omnes. ff. de leg. pręstan. l. 1. §. & generaliter. 18. distin. si Romanorum. de maio. & obe. solitæ. & vbi lex non distinguit, nec nos debemus distinguere. ff. de arbit. l. 1. §. nondum. & ff. de pub. l. de pretio. & quod ibi not. & tantum valet genus, quo ad omnia, quantum

species

ſpecies, quo ad ſpeciem.ff. de adminiſt. tut.l. ſi duo. de leg.3.ſi chorus.in prin.de vſu & hab.l.ſi ita.C de quad. præſ.l.2.de præſcr.30.ann.l. ſi omnes. quæ iura ad hoc alleg. Dyn. in cap. generi de regu.iur.lib.6. Et pro iſta parte videtur tex in cap.ex parte tua de offi.deleg.in 2. reſponſo. In contrarium eſt veritas, quòd ſolum exceptiones friuolæ videntur excludi.argum.ff.qui & à qui. appell.non licet.l.1.§.interdum.de appell.cap.paſtoralis.&c. vt debitus.& eſt text. iuncta glo.ff. de petit. hære.l.& non tantum.§. ſi pro emptore.quod vi,aut clam. l.1.§.& parui refert. & in d.ca.ex parte. iuncta glo quæ incipit,ſupple.& 12.quſt.2.ſine exceptione. in 1.gloſſ. & in ca.licet canon.de elec.in gloſſ.ſuper verbo,in exceptione.poſt prin. & nota.in ca.cum quis de reſti. ſpo. in fi.primæ glo. & quod ſuper ea addit Io.An. allegans iura quæ allega.glo.in d.§.& parui refert. & hoc in his
2 terminis tenet Cyn. in l, ita pudor. ff. de adulte. † Pro hoc quia idem dicimus in promiſſione conuentionali, quando quis promittit nullam contrariam exceptionem opponere, quia intelligitur de malitioſa, nam legitimas opponere poterit pacto non obſtante, ita dicit Specul. in tit. de obligatio. & ſolu.§.1.ver. inſtrumentum. ſuper verb. nullam aliam contrariam exceptionem. alleg. ff. de pac.l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. de elec.c.cauſam quæ.de præſcr. cum adeo.& d.c. ex parte. hoc idem eſt in reſcripto, quoniam quantumcumque præciſe reſcribatur, iudex debet legitimas exceptiones admittere, ſecundum Hoſtien.in ſumma de off. deleg. §. quòd ſi eius officium. verſic. item ad officium eius pertinet. Alleg.d.ca. ex parte.& cap.ſuper eo.eod. titu.& de iud.cap.exhibita.& de præb cap.fin.niſi executio tantummodo demandetur.de offic.deleg.cap.paſtoralis.§.quia vero ſecundum eum, & idem tenet in d. ca.ex parte.dicens,exceptiones dilatorias, moratorias. & ſic friuolas, vel praui præiudicij, non autem peremptorias per dicta generalia verba excludit, vt refert Io. Andr.in d.cap.ex parte.ſuper ſecunda gloſ.ad hoc facit etiam de procur. cap. qui ad agendum. lib. 6. Et quod

ibi notat Ioan. And. in nouella. & quod not. Spec. de eo qui renuntiauit omnibus exceptionibus, in titu. de renun. & conclu. §. 1. versicu. pone ergo. & versicu. si quis. Non obstant allegata in contrarium, quia procedūt, vbi non est præsumptio in contrarium: nam generalitas pręsumptionibus restringitur. ff. de pec. l. qui peculij. & not. in d. cap. ex parte. in glo. supple. Et constat ex multis generalia verba restringi, quæ diffuse ponit Ioan. And. in d. cap. in generali. in mer.

3 SEcundo. † Quæro si non possit opponi, nisi exceptio falsitatis, & solutionis, An aliæ iustæ exceptiones opponi poterunt. Non vr; quoniam exceptio firmat regulam. de reg. iur. l. 1. in fin. primæ glo. cū ergo certi sunt casus exceptuati, in reliquis regula firma manet: & statutum loquēs de certis exceptionibus taxatiue, ad alias extendi non potest. C. de pact. qui fil. distra l. 2. & quod no. in ca. in argumentū. de reg. iu. lib. 6. per Dy. ista proprietas, nisi, est dictionis taxatiuæ, quæ excludit quicquid non includit ex vi sermonis. ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. libertus. In contrarium est veritas. tex. est iuncta glo. in l. ita pudor. C. de adult. Et hoc in terminis tenet ibi Cyn. pro hoc rationes, & iura supra proxime quæstionis pro hac parte alleg. Non obstant contraria: quoniam licet exceptio firmet regulam, non ampliat, vt includat vltra quam alia de se regula includeret, vt l. generali. ff. de auro & argen. legat. vbi hoc tenet Bart. & esto, quòd dictio taxatiua excludat quicquid non includit, illud quod excludit, remanet sub regula, & quo ad exclusa nihil operatur, nisi, prout virtus regulæ importat, vt d. l. 2. C. de pact. qui fil. distra. Vnde in proposito esto, quòd statutum disponat, quòd nō possit aliqua exceptio opponi, nisi solutionis et falsitatis, quoad ad alias tamen habetur ac si nulla fuisset excepta, cum remaneat sub regula, quæ licet sit generalis, non tamen excludit exceptiones legitimas, vt dictum est supra proxima q. Qua ratione attenta, hoc idem dicēdum est si statutum diceret, quòd nulla exceptio possit opponi, nisi solutionis & falsitatis, & nulla alia possit opponi, quia eo mo-

do quo prima generalitas restringitur, sic & secunda. Sed contra prædictam in hac & præcedenti quæstio. videtur dictũ Bar. in d. l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam, concludentis exceptiones procedentes ex aliquo capit. statuti opponi posse: exceptiones vero procedentes ex aliquibus partibus iuris, non. Sol. ibi dictum Bar. debet intelligi quando statutum disponit, quod instrumenta publica executioni mandentur, & quòd nulla exceptio possit opponi nisi solutionis, &c. non autem quando statutum loquitur simpliciter, quod nulla exceptio possit opponi, nisi, &c. Rationem huius & declarationem videbis statim in 3. quæst.

4 TErtio. Quæro † pro prædictorum, & dicendorum intelligentia clariori. Dictat statutum, quòd non obstante exceptione falsitatis, & solutionis, & aliis quibuscunque publica instrumenta executioni mandẽtur, vel firma, vel valida habeantur, an aliæ iustæ exceptiones opponi poterunt. Respon. Neque nominatæ, neque aliæ opponi poterunt, quæ sint pares vel minores expressis, vt no. But. in d. c. ex parte. in glo. supple. in fi. & Io. And. post Host. super ea. ad hoc. de procur. qui ad agendum. & quod nota. Bart. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quęsitum. Differt hæc quæstio à præcedentibus, quoniam in præcedentibus exceptuati casus ponuntur exceptiuę & restrictiue, vnde non ampliant generalitatem: hic ponuntur dilatiue, & ampliatiue, & sit clara est statuentis intentio.

5 QVarto. Quæro † statutum dictat, quòd instrumenta publica habeant executionem paratam, & nulla exceptio possit opponi, nisi solutionis falsitatis, &c. an aliæ iustæ exceptiones opponi poterunt? aduerte in his terminis debet intelligi, quia sic communiter statuta loquuntur, licet simpliciter statuta loquantur. Bar. in d. §. & parui refert. distinguit, quia, aut alię exceptiones descendunt ex aliquo capitulo statuti eiusdem ciuitatis, & illæ possunt opponi. argum. d. §. & parui refert. cum sua glo. & in d. l. ita pudor. non enim est verisimile, quòd se per illa generalia verba voluerit corri-

gere, vt. ff. de cond. & demon. l. nam & eo. & C. de inof. testam. l. si quãdo. Si vero exceptiones tales descendũt ex aliis partibus iuris, tunc dicit, ꝙ nõ possint opponi, quia debemus inhærere verbis statuti, quamquam duris, vt l. prospexit. ff. qui & à qui l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exer citor. secũdum eum, quem licet per alia verba, in effectu sequitur Anto. de Butr. in d. capit. item cum quis. de restit. spol. vbi epilogat. oĩa dicta Bart. in d. §. & parui refert. Contra primam partem distinctionis facit terminatio supra 1. & 2. qq. Ideo quia in hac quæstione consistit plurimum intelligentiam huius materiæ.

6 † Sciendum est, quòd de iure communi sentẽtia, iuramẽtum, & cõfessio executionem paratam habẽt. Primum probatur. C. de execut. rei iudic. l. 1. & l. si vt proponis. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. sic exequũtur. & l. si cum nulla. ff. ad Turpi. l. 1. §. fi. & in Spec. de exec. sent. §. 1. per totum. De secũdo videlicet cõfessione iudiciali, est text. de cõfessis. l. 1. ibi, nam & soluere cogitur. ff. de re iudic. l. si debitoribus & l. post rem. videlicet, quãdo emanat in iudicio nõ oblato libello, vt no. in d. l. 1. & l. si debitoribus probatur & l. 1. C. eod. tit. per Doct. & in l. 1. C. de lit. contest. Et si dicatur, qualiter hoc procedit, cum in l. si debitoribus. ff. de iud. dicatur, quòd sit præceptum. Respõdeo, quòd illum præceptum nõ est sentẽtia, sed tẽdit ad executionem, secũdum Bartol. in d. l. 1. De tertio videlicet iuramẽto, est text. in l. fin. C. de fideiusso. & in l. sed & si possessori. ff. de iust. & iure. & in d. l. post rem. vbi hoc tenet Bartol. & intellige de iuramẽto volũtario vel iudiciali, nõ in necessario, vt l. nam & postea. §. fi. ff. de iureiur. Et hinc dicit Bartol. in l. 2. ff. de

7 iureiur. † quòd si in fine cõtractus opponeretur ista clausula, & post prædicta, quia de prædictis posse dubitari, dictus promissor detulit dicto stipulatori iusiurãdum, vt si iurauerit se debere recipere, quod teneatur, qui stipulator statim sibi delato iuramẽto debere recipere iurauit tũc tale instrumẽtum de iure communi mãdetur executioni, & miratur Bartol. quòd cõsueto hunc modum nõ adinuenit. habet ergo cõfessio & iuramẽtum vim sen

tentiæ,

tentiæ, non tamen proprie dici possunt sententia, secundum glo.in d.l.1.ff.de re iud.per quam dicit Bar. ibi, q si statutum dicit, quòd de qualibet sentẽtia cõdemnatoria soluatur gabella, quòd de confessione, seu præcepto in confessum non soluetur gabella. Ex his statuta Italiæ disponentia instrumenta publica executioni mãdari ha
8 bẽt fundamentum: † nam instrumẽta guarẽtigiata, quæ in certis partibus executioni mandantur, fundantur in præcepto notarij habẽtis iurisdictionem ordinariam inter consentiẽtes, qui in iure appellantur chartularij, de quo facit mẽtionem glos.ff. de iudic. l.1.& tex.in l.rem nõ nouam.C.eod.& vbi ad quem in integr.rest.postu.l. fi. Instrumenta vero confessionata fundantur in confessione emanãte coram notario, vt præmittitur inter consentiẽtes ordinariam iurisdictionem habẽte. Instrumenta vero simplicia, quæ habent executionem paratam ex forma statuti capiunt fundamentum per similitudinem prædictorum.

An autem de iure communi reperiatur, quòd instrumenta publica habeãt executionem paratam, vide infra
9 quæstio.septima.†Ex his patet, quòd statuta loquẽtia de executione instrumẽti guarentigiati, seu cõfessionati, nõ vidẽtur a iure communi exorbitare. Statuta vero loquentia de executione instrumẽtorum simplicium sic. & hoc tenet Angel.in l.si prætor.§.si iudex.ff. de re iudic. quod facit ad plura. statuta vero redigunt instrumenta ad vires sententiæ confessionis, & iuramẽti, & amplius disponunt, quòd nulla possit obijci exceptio, quominus illa executionem paratam habeant, & vires rei iudicatæ, & consequenter ex natura actus dispositi excludit omnes exceptiones processum concernẽtes, vt quia non sit oblatus libellus, lis contestata iuratum de calumnia, sententia lata, & similia, & omnes alias quas excludit res iudicata, cõfessio, & iuramẽtum. C. sent.rescin.non poss. l.peremptorias.C. de præscrip.lõg.tempor.l.cum emptor. Exceptiones autem quas non excludit res iudicata, confessio & iuramentum, dicta statuta per dicta verba generalia nõ intelligũtur excludere, probatur hoc

aperte in c.licet de vitanda.de elect. vbi consideratur, ꝙ quandoque datur inhabilitas actus gesti de iure naturali & positiuo: & tunc reiectio omnium exceptionũ hanc non tollit, quia reiectio omnium exceptionum fit contra actus quatenus aliquid recipit esse & nõ est, si omni iure deficit. Ideo si opponeretur in terminis d.c. licet de vitanda, ꝙ Cardinales qui elegerunt, non fuerunt Cardinales, admitteretur hæc exceptio. similiter in proposito, si diceretur; instrumentum publicum guarentigiatũ, vel confessionatum, vt dicam infra 11.q. Quandoq; datur habilitas actus gesti, seu causæ agentis, saltem inspecto iure naturæ, licet deficiat iure positiuo: & tunc si actus est talis cuius validitas ponderatur de iure naturali, obiectus exceptionis concludentis effectum inhabilitatis actus gesti, seu causæ agentis, iure positiuo non admittitur. Si vero eius validitas ponderetur secundum ius positiuum, vt quia est actus qui subiicitur iuri positiuo, & admittitur exceptio, vt patent hæc ex d.cap.licet de vitanda. quod loquitur in actu electionis Papę, in qua pro-
10 ceditur secundum merum ius naturę, † quia eius electio non subiicitur ex toto iuri positiuo. Et ideo non admittitur exceptio ex iure positiuo procedens. Modo in proposito ex dispositione statuti ponderatur actus iuris exequendi, non actus iuris procedẽdi, & reiectio exceptionis venit ad ius exequendi, non autem ad ius procedendi; ideo non possunt ex natura actus dispositi: exceptiones vero concernentes ius exequendi sic, non obstante generali exceptionum executionem concernentium reiectione per dicta supra in 1. & 2. qõ. Distinctio igitur Bar. in terminis nostræ q. vera est, videlicet, ꝙ exceptiones procedentes ex aliquo capitulo statuti, opponi possunt; procedentes vero ex dispositione iuris communis non. Ratio, quoniam statutum ex quo descendit exceptio, considerat instrumentum exequibile, & propterea non obstante reiectione generali exceptionum, opponi possunt iustæ, procedentes a statuto: sed ius commune ex quo exceptiones descendunt, nõ considerat instrumentum exequibile, quia de iure communi instrumenta

non

non merentur executionem: ideo non possunt opponi ad ius exequendi introductum à statuto. Sed si statutum non introduceret ius exequendi, bene opponi possent,
11 & sic loquitur 1.& 2.q. † Conclusio igitur est, quod generalis exclusio exceptionum ad processum non excludit speciales exceptiones a iure communi, seu statuto procedentes per dicta in 1. & 2. q. Et eadem ratione generalis exclusio ad ius exequendi non excludit iustas exceptiones, quæ ad executionē possunt opponi, siue procedant a statuto, siue a iure communi: sed actus dispositio bene potest excludere exceptiones concernentes processum, & etiam executionem, vt dicam infra quęstio. 6. quo casu per generalitatem reiectionis exceptionũ non importatur vltra naturam actus dispositi, quominus iustæ exceptiones opponi possint; siue à iure communi, siue à statuto, vt dictum est, procedentes; & hoc vult clare Ioann. And. in titu. de sentent. §. vt autem. in addition. ad Speculat. ibi, & maxime cum procedat nullitas ex vi alterius statuti, &c. & dicam infra quæstio 11. hoc etiam voluit Franc. Accur. vt patet infra quæst. 18. vbi eius verba refero pro hoc, quia statutum ius ciuile est. ff. de iust. & iure. & in l. omnes populi. & sic sicut generalis dispositio iuris ciuilis omnium exceptionũ exclusiua legitimas non excludit, sic nec dispositio statuti.
12 † Pro hoc quia statutum debet interpretari secundum ius commune. C. de noxa. l. si serui vestri. & restringi ne quis damnum indebite patiatur. ff. de iure patron. l. adigere. §. quamuis. & specialia generalibus derogant, siue præcedant, siue sequantur. ff. de regu. iur. l. in toto. & l. quod quæsitum. §. pen. ff. de fundo instru. per Bart. vnde in terminis nostræ propositæ quæstionis conclusio est, quòd exceptiones quæ non excluduntur ex natura actus dispositi per dictam generalitatem non intelliguntur exclusæ, vnde omnes exceptiones, quæ opponi possunt ad executionem seu ad ius exequendi, seu ad rem iudicatã, opponi poterunt contra instrumẽta huiusmodi, non obstãte generali exceptionum reiectione, per iura alle. sup. in 1. & 2. q. Exceptiones vero quæ opponuntur ad pro-

cessum, nō quia illæ excluduntur ex natura actus dispositi, dum statutum disponit, quòd instrumēta habeāt executionem paratam, & de illarum exclusione sensit statutum, non de iustis exceptionibus, quæ opponi possunt ad ius exequendi, & nunc habes intellectum huius materiæ. Et adde, quòd de exceptione peremptoria dico infra q. prox. in fi.

QVinto. Iuxta præmissa quæro, quæ sunt exceptiones, quæ possunt opponi post sententiam in executione, vbi attendēdum est, quòd quædam exceptiones opponuntur post sentētiam, non contra sentētiam, sed

13 contra actionem primam. † Et in istis siquidem aliqua earum oritur post sententiam, vel oritur vel renouatur in ipsa sentētia, tūc potest opponi post sentētiam, ita loquitur ff. de trāsactio. l. post. ff. ad Macedo. l. tam & si. Declaro, mulier tuta Velleiano condemnatur exceptione non opposita, certe in ipsa sententia mulier intercedit pro alio, & de nouo in ipsa sentētia obligatur, merito potest opponere exceptionem post sententiam, quia in ipsa sententia oritur & renouatur. facit l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudica. Si vero exceptio habuit originem ante sentētiam, tūc regula est, quòd nō possit opponi post sentētiam, vt d. l. peremptorias. C. sent. rescin. nō poss. Fallit in minore, qui petita restitutione in integrū post sentētiam potest opponere, vt ff. de minor. l. minor xxv. an. omissam. Fallit in milite, qui restituitur ipso iure, vt possit opponere exceptionem. l. 1. C. de iur. & fac. ignorāt. Fallit in Macedoniano odio creditorum, vt d. l. tam & si. Fallit in alijs qui restituūtur ex clausula generali, vel iusta causa absentiæ, vt l. fi. ff. de restitut. in integrum. secūdum Bart. in d. l. 1. C. de iur. & fact. igno. quæ enumerat multos alios casus, cuius verba quasi ad litte-

14 ram sunt prędicta. † Quædam vero exceptiones opponuntur post sentētiam contra ipsam sententiam, & hic aduertendum, aut de illa exceptione liquet nullo alio probato extrinsecus, vt quia fuit prolata nulla procedēte instātia, vel fuit condemnatus dominus, vbi deberet condemnari procurator, & similia: & tunc etiam impe-

ditur

ditur executio, vt l. 1. C. de execut. rei iud. & ff. eod. l. si
cum nulla. Si vero requiritur alia probatio extrinsecus,
& tūc aut ista probatio requirit altiorem indaginem, &
nō impedit executionem, vt l. fi. C. de ordi. cognitio. &
l. secunda. C. de fal. & de in integr. restitutio. capi. au-
ditis. Si vero illa exceptio posset probari incontinenti,
tunc impediretur executio, casus est in l. fi. C. si ex fals.
instrumēt. nam illa l. loquitur quando iam in alio iudi-
cio instrumenta erāt probata falsa, ita quòd falsitas erat
prompta & manifesta. Hæc distinctio probatur per ra-
15 tionem: † nam in executione sententiæ adhibetur co-
gnitio summaria, vt l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de
re iudica. sed in summarijs cognitionibus admittuntur
exceptiones, quæ possunt probari incontinenti, non il-
lę quæ requirunt altiorem indaginem, vt l. tertia. § ibi-
dem. ff. ad exhiben. & l. ille à quo. §. si de testamento.
ad Trebellia. & l. is a quo in princip. vt in possessio. le-
gato. & quando dicatur exceptio probari incontinenti,
vide infra quæstione nona. Ex hoc habebis practicam
quādo formas exceptiones contra executionem senten-
tiæ, quia debes dicere quas paratus sum incontinenti
probare, quia si non posset probari incontinenti, iudex
posset eam respuere: quod est notandum, & menti te-
nendum secundum Bartolum in dicta l. fi. C. si ex fals.
instrument. cuius verba fere ad litteram sunt prædicta.
& idem licet non sic diffuse ponit in dicta l. prima. C. de
iure & fact. ignorant. & probatur proxima distinctio in
l. secūda. C. de edicto diui Adriani tollend. Quando au-
tem exceptio dicatur habere altiorem indaginem, vide
infra in nona quæstione. Ex his habes quæ exceptiones
opponi possunt in executione instrumenti in terminis
proximæ quæstionis, plurimas tamē specialiter subdam
in hoc tractatu. Aduerte tamen, quòd licet contra sen-
tentiam exceptio peremptoria opponi non possit, vt l.
peremptorias. C. sent. rescind. nō poss. & supra dixi hac
eadem quæstio. contra instrumenta opponi potest du-
plici ratione.
16 † Prima, quia oritur cū instrō, q nō cōtingit in sentē-

tia. Secunda, quia ad excludēdas exceptiones, instrumentum non habet vim sententiæ, quia nulla causæ cognitio præiuaidialis præcessit, secundū distinctionem præmissam. & hoc tenet Bal. in d. l. peremptorias. C. sent. rescin. non posse.

SExto, Quæro, Dictat statutum, ꝙ contra executionē instrumenti nihil possit opponi, non autem dicit contra instrumentum, & sic differt a quarta quæstione, an poterunt opponi exceptiones, quæ opponi possunt contra instrumentum. Respondeo, Non: secundum Bart. in l. si filius. ff. quod cum eo. quod dictum debet intelligi quando sic statutum disponit, quod ex natura actus dispositi exceptiones contra executionem excludantur, vel quando statutum disponeret, quod executio instrumenti fieret, non obstante exceptione, quæ potest in executione opponi: nihilominus iustæ exceptiones executionem impedientes, seu quæ in executione possunt opponi, non intelligerentur exclusæ, & sic intelligē dictum Bar. vt dixi supra in 4. q.

17 SEptimo, Quæro, † An sit reperire casum, quòd de iure communi instrumēta habeāt executionem paratam. Respondeo, Sic: quando in contractu apparet iuramentum delatum vel præstitum, vt dixi supra in 4. quæstione. Item instrumentum depositi habet executionem paratam, secundum Bartolum in l. penultima. C. depositi: per illum textum ibi dum dicit, illico eum reddere modis omnibus compellatur. & ibi, quod celerrime restituatur. & ibi, quanto citius, &c. quod etiam apparet ex eo, quòd exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem, non possunt in eo iudicio opponi. Sed in extraordinario iudicio reseruatur. Bald. tamen ibi tenet, quòd iudiciarius ordo requiratur, & consuetudo obseruat, quod tutius puto.

OCtauo, Quæro, Quid si statutum disponit, quòd instrumenta secundum ius gentium exequantur.
18 † Respond. Omnes exceptiones a iure ciuili introductæ ex natura actus dispositi exclusæ intelliguntur, vt d. c. licet canon. & dictum est in 4. q. sup. Et propterea testamētum

tum

tum factum in Barbaria corã duobus testibus, quia præ sumitur ibi ius gẽtium obseruari, valet secundum Bart. qui dicit sic se cõsuluisse in l. ius autẽ ciuile. ff. de iust. & iu. & executioni mandetur in Italia, vt viget statutum.

NOno, Quæro, Dixi in 5. q. ꝙ exceptiones requirẽtes altiorem indaginem nõ possunt opponi post sentẽtiam, nec impediunt executionem sentẽtiæ, & simi liter instrumẽtorum habentium executionem paratam, vt est tex. secundum Bart. in l. pe. C. depositi.

19 † Quæro qñ exceptiones dicãtur requirere altiorem indaginem, & sic dicantur nõ posse incõtinenti probari. Respõd. Secũdum Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. qñ examinari nõ possunt intra tempus, intra quod examinatur executio. s. an reperiãtur bona mobilia, vel nomina. dicit tex. in l. si is a quo. ff. vt in poss. le. Vel clarius, illæ dicũtur requirere altiorem indaginem, quę nõ possũt examinari intra tãtum tempus, intra quãtum pro cessus principalis expediretur, etiam si talis exceptio nõ opponeretur. per d. l. si is a quo. secũdum Bar. in extraua. ad repri. in verbo, summariæ. ex quo patet, ꝙ si executio instrumẽti deberet fieri ex forma statuti realiter, & personaliter ad volũtatem creditoris, vt vidi in aliquibus ciuitatibus, quod tũc nulla exceptio probãda admittere tur, nisi ea, quæ momẽto probari posset, forsitã per aliud publicum instrumẽtum: & propterea cautus debet esse exceptionem opponẽs, quòd se offerat eam incõtinenti probare, aliàs iuste reiici posset, vt dictum est in excipiẽte contra sententiam in d. 5. q.

DEcimo, Quæro, Quid si statutũ disponit, ꝙ nulla exceptio cõtra instrũm opponi possit, nisi solutionis, & falsitatis, &c. cõstat, ꝙ in his duabus si opponãtur, debet obseruari ius cõe, cum nihil statutum super earum probatione disponat. ar. ff. de lib. & posth. l. cõmodissime. c.

20 susceptum. de resc. lib. 6. † Quid si statutum disponit, ꝙ debeat intra certũ terminum probari, & opponũtur alię exceptiones, quæ per prædicta nõ intelliguntur reiectę, vt est dictum in 1. 2. & 3. q. an debebũt probari intra ter minum iuris communis, vel intra terminum statutum

ad

ad probandum exceptionem falsitatis & solutionis. Respōd. quòd intra terminum statutum exceptionibus, scilicet nominatis prædicta no. Bar. in l. si legatum. in prin. de annu. lega. & quod not. glo. in l. fin. §. si à locis. super ver. consumantur. C. de iure delib.

21 VNdecimo. Quæro, an retentis terminis 4. q. posset opponi exceptio nullitatis. † Respōdeo. Solutio apparet in d. 4. q. videlicet, quod quādo ex parte eius, qui opponit exceptionem nullitatis, nil est probandum, vt quia instrumētum non est publicum, vel caret annis Domini, indictione, testibus, vel subscriptione, vel obligatio in instrumento deducta est nulla, & tunc exceptio nullitatis impedit executionem, vt l. 1. §. & parui refert. ff. quod vi, aut clam. per Bar. & ff. de re iud. l. 2. §. cōdemnatum. C. de procu. l. licet. C. de sent. quæ sine cer. quan. l. 2. & sic intellig. Innoc. de offic. deleg. c. cum in iure. & l. si cum nulla. ff. de re iudic. & l. 1. C. de except. rei iudi. Quādoque est aliquid probandum, & tūc aut ista cognitio habet altiorem indaginē: quod qualiter intelligatur dictum est supra in 9. quæst. & tūc nō impedit executionem, vt l. fi. in. fi. C. de ord. cog. C. de fal. l. 2. C. depositi. l. pe. secūdum intellectum Barto. aut nō habet altiorem indaginem, quia tūc potest incontinenti probari, & tūc impedit executionem, vt l. iudicati. C. si ex fal. instrum. & de iud. l. si prætor. §. Marcellus. qui expresse hoc probat, referēdo ad primum casum illius l. vt gloss. facit, & probatur per rationem, quia in executione instrumenti, sicut in executione sentētiæ requiritur causæ cognitio,
22 vt l. à diuo. §. si super. ff. de re iudica. † Sed in cognitione summaria exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, nō admittitur, vt l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. C. de edicto diui Adria. tollē. l. 2. Sed illæ, quæ nō requirūt altiorem indaginem, sic vt l. ille a quo. §. si de testamēto. ff. ad Trebell. sic distinguit Bartol. in exceptione nullitatis cōtra sentētiam, in d. §. condemnatum. & latius in l. fi. C. si ex fals. instrumēt. vt dixi in quinta quæstio. hoc idem tenet Io. And. in tit. de executio. sent. §. ult. ver. 16. in addit. ad Specul. & domini de Rota in eorum decisione 282. Nō

enim

enim per dictum statutum firmatur obligatio quæ nulla est: nam obligationes, quæ carent propriis viribus, nec officio iudicis, nec magistratus, nec lege firmari possunt. ff. de act. & obl. l. oblicationes. facit ff. de testamen. mili. l. 1. Inst. eo. tit. §. 1. & ꝓpterea de nullitate obligationis patente, vel quæ statim possit probari, opponi pōt, vt quia contractus sit factus cōtra legē, vt l. non dubiū. C. de legi. C. de sacr. san. eccle. l. iubemus. §. sane. & omnis nullitatis exceptio vndecūq; prouenies, secundū prædictam distintionem, siue proueniat à iure, siue ab aliquo capitulo statuti: & propterea Ioan. And. in titu. de sentē. §. vt autem. verb. hoc autem notādum. in addi. ad Specu. sequens Nico. de Mat. qui, vt ipse refert in quæst. quæ incipit, Statutum est in ciuitate. tenuit quod si statutum est in ciuitate, quod contra præceptum factum in confessum nō possit excipi, nisi de falsitate vel solutione poterit opponi exceptio nullitatis, & maxime cum proce-
23 dere nullitas ex forma alterius statuti. † allegat, quòd præceptum non rite factum non dicitur præceptum. ff. de contra. l. non quem vis. cum concordantijs alleg. de cler. non resi. capit. tuæ. in glos. 2. & suffragio super ea. & sic patet, quòd non est facienda vis an præcedat exceptio ex vi alterius statuti, an ex vi iuris communis, vt videretur voluisse Bartol. in dicto §. & parui refert. de quo dic, vt dixi in quarta quæstio. Hinc etiam Ioā. Andr. in præallega. ver. 16. de sent. excommunicat. §. vltimo. refert Ros. Bono. in sua quæstio. 45. & Guil. de Suza. post eum terminasse, quòd si vnum statutum dat certam formam sententiandi, & aliud iubet intra tempus sententiam executioni mandari, non obstante aliquo statuto, sentētia in qua constat formam primi statuti non esse seruatam, executioni non mādabitur. nec primum statutum censetur sublatum allegat. ff. de verbo. obligat. l. doli clausula. & ff. de leg. 3. l. si quis in principio testamenti. quod verum est, quia exceptio respicit formam executionis, non formam sententiandi, & nūc clare intelligis per dicta in 4. quæst. & hoc in exceptione nullitatis patēte seu alia non patēte, vt vult Barto. in d. §. &

parui

parui refert, dum dicit opponi posse nõ obstãte statuto, quòd instrumẽtum non est instrumentum publicum, vel caret annis Domini, indictione, subscriptione, quę cõcernunt nullitatem, vel quia instrumentum nõ est guarentigiatum, siue confessionatum, quæ concernũt substantiam instrumenti, & solemnitatem a statuto requisitam, ergo idem in alijs exceptionibus non parentibus, quæ probari possunt incontinẽti, cum a pari iudicentur, vt in hac quæstione, & in quinta dictum est, secundum ipsum, absque distinctione proueniant a statuto vel a iure communi.

DVodecimo, Quæro, An attentis dictis terminis contra instrumentum possit opponi exceptio præscriptionis inductæ a iure communi, vel ab alio statuto.

24 † Resp. Sic: si probari possit incontinenti vel liqueat ex instrumento, aliàs non, dictum est supra in præcedenti quæstio. Item in exceptione pacti de non petendo, & & in exceptione solutionis. hoc in executione sentẽtiæ tenet Io. And. in titulo de execut. sent. §. fi. versi. in vtroque. & versi. 16. in fi. Item in exceptione nouationis, & cõtrarij laudi. Primum ponit Specul. in titu. de execut. sent. §. fi. ver. in vtrumque. Bal. in l. 2. C. de execut. rei iudic. Idem de executione trãsactionis, dicit Specul. in dicto titu. versi. 12. quod intellige quando valet trãsactio: nam super instrumẽto cõfessionato, seu guarẽtigiato, vel alio executionem merẽte, nisi in dubio reuocetur, transigi nõ potest, sicut nec super sententia, quæ trãsiuit in rem iudicatam, de qua nulla habetur hæsitãtio, secũdum Bartol. C. de trãsact. l. si causa cognita. ff. eod. tit. l. si pòst rem. §. 1. & ff. de condi. inde. l. elegãter. §. primo. & Io. And. latius in tit. de arbitro. §. 1. ver. arbitrator vero. ad fi. in addit. quę incipit. Est sciendum. & idem in compromisso: quod verum intellige nisi partes transigerẽt, vel compromitterent cum clausula, nõ obstãte instrumento, quoniam tũc viderentur instrumento renuntiare, secũdum Baldum C. de trãsact. l. si diuersa. Idem in alijs exceptionibus executionem sentẽtiæ impedientibus, cõuenientibus executioni instrumẽtorum, vt

metus

metus doli, & alijs quæ Specu.ponit in d. tit. de execu. sent. Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ.secundum Cyn. in l.in contractibus.C.de non nume. pecu. in 4.q in princ.& idem Bal.ibi.

25 Decimotertio, Quarto, † quid in exceptione simulationis. Bar.in l.1.§.& parui refert. & dicit, quòd simulatio bene facit deficere contractum, quia cum deficiat consensus, non est ille contractus qui simulatur, sed est ille, qui vere agitur, vt in toto titulo C. plus vale. quod agi. Sed tamen bene est instrumentum publicum. C.si quis alteri. l.1.& l.quamuis. & l.cum proponas. Est ergo instrumentum publicum, tamẽ dicitur contractus simulatus, vnde ista exceptio non posset opponi, nisi a statuto permitteretur, quia non impugnat instrumentum, sed impugnat vires contractus contentas in instrumento, secundum eum. Ex cuius theoricas habes quòd statutum prohibens exceptionem opponi contra instrumentum, non excludit exceptionem contra contractum, & econtra. & sic multum sunt attendenda verba statuti, vt dixi in 5. quæstio. Bald. autem in proposita quæst.C. plus vale. quod agi. dicit, quòd aut est simulatio probata per præsumptionem iuris & de iure, & potest opponi, vt C.de donat.ante nupt. auth. sed iam necesse: aut est simulatio probanda, & tũc refert: aut obijcitur contractui, & non potest opponi: aut obiicitur rogitui tabellionis, quia dicitur, quòd rogatus fuit simulate, & potest opponi, dicendo, quòd notarius fuit simulate rogatus, quia partes finxerunt se rogare, cum non intenderent eum rogare; vel dicendo, quòd testes fuerũt simulate adhibiti. per hoc enim dicitur quòd instrumẽtum nõ est instrumẽtum, quia deficit solemnitas in substãtia rogitus, vt in auth.de Tabell.§.nos autem. Et ideo salua semper veritate, quæ debet esse semper in proponente & opponẽte, respici debet forma excipiẽdi, quod secundum est diligẽter notandum. Idem autem Bald. in l. fi. §. in computatione. circa finem. C. de iure delibe.

26 dicit, † quòd hæres, qui ex forma statuti non possit venire contra instrumentum defuncti, potest opponere,

quòd

quòd instrumentum est simulatum, quia instrumentum simulatum, non est instrumentum, cum non faciat fidem simulatione probata, vnde licet superficialiter appareat esse instrumentum, tamen substantialiter nec intellectualiter est instrumentum: nec enim proprie dicitur esse, quod abusiuum est, vt ff. de suis & legit. l. item prætor. & instrumentum quod non habet vim probandi, non est proprie instrumentum: quia dicitur ab instruẽdo. ff. de verbo. significat. l. notionem. §. instrumentorum. Statutum enim debet intelligi de instrumẽtis efficacibus, nõ de nullis, vt patet ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. testamẽtum. ff. quem test. appel. l. 2. §. primo. nam illud quod caret effectu, etiã nomine caret, vt C. de probatio. l. cum precibus. nisi statutum remoueret expresse exceptionem simulationis, quia tunc propter iniquitatem statuti recurretur ad subsidium ecclesiæ: secus si statutum non remoueret exceptionem, sed assignaret certum terminum, qui non dicitur iniquitas, sed iustitia positiua, vt ff. de postul. l. prima, §. mixtum, in verbo, ratus. secundum eum, cuius verba sunt prædicta; Aduerte
27 pro clariori intelligẽtia huius quæstionis. † Simulatio est genus continẽs plures species: nam quandoque singulariter agitur vnus contractus, sed in veritate agitur, quòd nihil valeat. Interdum agitur, quòd valeat, vt alius contractus non vt singulariter celebratus. Interdum celebratur vnus contractus singulariter, sed agitur vt modico tempore duret. Interdum celebratur primus contractus figuraliter prætextu alicuius. Exemplum primi membri. Si aliquis timet tyrannum, vel vult effugere onera communis, vel aliquid simile, facit alienationem bonorum suorum vel partis ipsorum in alium, cum in veritate agebatur inter eos, quod non foret alienatio, sed solum fiebat ad reparãdum: Hãc puto appellari chartam ad appariter factam, hoc est ad apparandum, seu ad reparãdum. & de hac quæstione loquitur ff. de contrahen. empt. l. nuda. ff. de regul. iuris. l. imaginaria. ff. de ritu nupt. l. simulate. & de aqua plu. arc. l. empror. quo casu non valet, vt dictis iuribus patet. Exemplum

secundi

ſecundi membri, quando celebratur contractus venditionis,& agitur contractus pignorum,& tūc valet,quod in veritate agitur,non quod ſimulate concipitur.C.plus val. quod agi.per totum. C. de contrah. empt. l. empti fides. & not. in l. nuda. & d. l. imaginaria. Exemplum tertij membri,quia forte emptor debet reuēdere cito, vt ff.de manu.l.4.§.ſi ab ignoto. Hæc tria poſuit Bart. magiſtraliter in quodam ſuo cōſilio quod incipit, In nomine domini amen. factum tale eſt Pet. Nico. Exemplum vltimi membri, ſi promitto ex cauſa mutui pro ſalario
28 patrocinij præſtando. † Circa quod membrum aduerte, quia interdum promittitur ex cauſa mutui vel alterius iuſti contractus, quod debebatur ex alia iuſta cauſa iam præterita & finita, vt ſi promitto ex cauſa mutui qđ debebam ex cauſa iuſti patrocinij præſtiti,tūc tenet contractus. C.ſi cer.pet.l.ſi ex pretio.ff. eod.l.ſingularia.nec poteſt dici ſimulatus, quia obligationis ſubſtātia nō deficit, & debitum ex vna cauſa poteſt in aliam conuerti, vt dictis iuribus patet. Et propterea eſto quòd ex forma ſtatuti poſſit opponi exceptio ſimulationis, hoc caſu ſimulationis exceptio opponi non poſſet, quia vt dictum eſt,non eſt contractus ſimulatus,ſecūdum Barto.hoc tenentem in d. l. ſi ex pretio. Quandoque promittitur illud, quod tamen debetur ex iuſta cauſa futura, tunc cauſa non ſecuta opponi poteſt exceptio ſimulationis, quoniam etiam ſi promittitur ex cauſa mutui, ex cauſa futura, cauſa non ſecuta intra biennium, opponi poteſt exceptio non numeratæ pecunię,ſeu non ſecutæ cauſæ, quæ idem eſt quod exceptio ſimulationis. C. de poſthu.l.ſi ſub ſpeciem,vbi hoc per Barto,& Bald. con-
29 cludētes, † quòd vbi ex forma ſtatuti poteſt opponi exceptio ſimulationis contra inſtrumentum huiuſmodi, poteſt opponi etiam exceptio non numeratæ pecunię in caſu quo de iure talis exceptio detur. Quandoque promittitur illud quod non debetur ex cauſa præſenti vel futura turpi vel inhoneſta vel nulla,tūc habet locum exceptio ſimulationis, vel exceptio ſine cauſa,vel etiam iniuſta cauſa,vt l. 1. C. de condict. ob tur,cauſ. & d.l. ſi ſub

ſpeciem,

ſpeciem, ſecundum Bartol. ſubdens quòd quãdo ex forma ſtatuti permittitur opponi exceptio ſimulationis, debet intelligi quando promittitur ſpe futuræ cauſæ nõ ſecutæ: & tamen alia cauſa in inſtrumento exprimitur vel prætextu alicuius cauſæ iniuſtæ vel turpis: & hęc eſt vera exceptio ſimulationis, nõ quando debitum ex vna cauſa iuſta promittitur ex alia iuſta cauſa, ſecũdum eum ibi. & in d. l. ex pretio. Sic igitur ex prædictis apparet, ꝙ plures ſunt ſpecies ſimulationis, & verbum ſimu-
30 lationis multipliciter poteſt intelligi, ex quo liquet, † ꝙ dicẽs inſtrumẽtum ſimulatum, ſiue agẽdo, ſiue excipiendo, debet ſpeciem ſimulationis exprimere: aliàs nulla alia facta declaratione, ille cõtra quem dicitur ſimulatus, debet obtinere, vt l. 1. in princ. ff. de edẽd. & l. Pomponius ſcribit ſi frumẽtum. ff. de rei vendi. in fi. quæ loquitur in agente, & idem in excipiẽte, vt l. 1, §. Labeo. ff. de flumi. de leg. primo. l. Titiæ textores. in prin. idem in probãte obſtaret, vt ff. de nou. oper. nũc. l. nõ ſolum. §. ſed vt probari. & ibi nota. C. de petitio. hæred. l. ſi poſt motam. quod not. in glo. ſuper verbo, probaretur, & eſt expreſſum. de probat. in c. in præſentia. & ſic concludit Bart. in præalleg. cõſilio, ſubdẽs in eodem, quòd cõſtitutio precarii nõ facit ceſſare ſimulationem, quam quãdo aliàs cõtractus præſumitur fictitius, quia ſicut præſumitur fictus cõtractus, ſic & actus cõſtitutionis precarij. alleg. l. 1, C. de ſuffra. & idem in renũtiatione exceptionis ſimulationis. ff. de nouat. l. doli. ver. verſum. Sed an exceptioni ſimulationis huiuſmodi poſſit renũtiari, poſuit latius Bart. in l. nemo poteſt. de legat. 1. Et modum proponẽdi & articulãdi ſimulationẽ poſuit. C. de pact. in l. pacta nouiſſima. Et an ex cõtractu ſimulato transferatur dominium vel poſſeſſio, poſuit in l. emptor. ff. de aqua plu. ar. Quæ ſtudio breuitatis huius tractatus omitto. Ad ſolutionem igitur quæſtionis longius vtilitatis
31 cauſa euagatus, rediẽs cõcludo, † ꝙ ſimulationis exceptio propriẽ ſumpta opponi poteſt cum diſtinctione, an ſit patẽs, & ſi non ſit, an poſſit incõtinenti probari, vel nõ, vt dixi in 5. qõ. Quæ autem ſit exceptio ſimulatio-
nis

nis proprie patet ex prædictis, quia illa est, quæ instrumẽtum annullat, seu eneruat ipso iure, vel quæ exceptionis, non illa quæ viribus subsistit: fateor, quòd si petatur excipiẽte habere declarare, speciem simulationis, ꝙ procederet iudicium in specie probata. C. de anna. exce. l. 1. Ex his etiam patet, ꝙ si statutũ permitteret exceptionem simulationis opponere, ꝙ omnem speciem simulationis opponeret, quæ videlicet annullaret, vel eneruaret instrumẽtum ipso iure, vel ope exceptionis, &c. & sic etiam exceptionem non numeratæ pecuniæ, & omnes simulationis species huiusmodi possent opponi, & probari secundum ius commune, siue requireret altiorem indaginem, siue non, quia intelligitur statutum causa simulationis exceptionem permittere, quæ opponatur ad processum, vt patet ex dictis 4. q.

Decimoquarto. Quæro, An retentis dictis terminis 4. q. opponi possit, ꝙ instrumentum non est liqui-
32 dum. † Aduerte pro intelligentia videndum est, An instrumenta quę non sunt liquida possint executioni mandari: verbi gratia, promisisti mihi damna, seu interesse, & dicendum est, quòd sic: quoniam obligatio prædicta omni respectu est præsens, & non dicitur habere diem neque conditionem, sicut quando quantitas legata debet alterius arbitrio declarari, vt not. in l. 1. ff. de leg. 2. vbi per dictam rationem hoc tenet Bart. in vlt. quæst. & Bald. in l. 2. C. de exec. rei iudic. debebunt tamen liquidari secundum eos. Modus autem liquidandi, seu practica est duplex. Primo, quòd actor petat instrumentum non liquidum exequi, & in processu executionis liquidari instrumentum. hunc modum tradit Bart. in l. 1. ff. de edend. per ibi not. & in l. 2. C. de senten. quæ sine certa quantitate. videlicet incontinenti petita executione instrumenti producat articulos pro liquidatione ad probationem damni vel interesse, quæ probatio non requirit libellum, vel litis cõtestationem, seu alium ordinem iudiciarium, sed procedatur summarie, secundum formam l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. sicut in executione sententię latæ in iudicio vniuersali. & no.

in d.l.1.de edend. secundum Barto. in d.l. 2.C. de sent. quæ sine certa quantit. & l. si cum exceptionem. §. hæc autem actio.ff.quod metus causa.& C. de pig.l. 3. in 4. q.& Bal.in d.l.2.C.de exec.rei iudi.& fiet talis probatio
33 per omne genus & speciem probationis, † Nam instrumentum non liquidum continet obligationem velatam, quæ potest detegi, tam testibus,quàm instrumentis. de testi.cap. sicut nobis.secundum Bald. ibidem subdens vero, ꝙ omnis exceptio in examine liquidationis opponi possit,non obstante statuto exceptionum exclusiuo, de quo agimus,cuius statuti beneficio non gauderet instrumentum pendente liquidationis articulo,quia statutum non dicit, ꝙ non possit opponi contra liquidationem, ergo stamus iuri communi, & cum liquidatio requirat causæ cognitionem pars citari debebit, secundum eum, & hoc intelligit,vt dictum est, in obligatione pura ad esse deducta, licet non liquida,vt in exemplo proposito, si promisisti mihi damna & interesse, sed in obligatione deducenda ad esse per liquidationem:verbi gratia, promisisti mihi non venire contra promissionem certã sub pœna mille, nam non possum petere executionem ad mille, nisi liquidetur, & probetur te venisse contra promissionem:certe ad liquidationem,seu probationem huiusmodi,quòd veneris cõtra promissionem,requireretur libellus litis contest.& sentẽtia, per quam obligatio per iudiciarium ordinem liquidata deducatur ad esse, secundum Bar.in d.l.3.C.de pig.in 3.q.vers.sed qualiter liqui
34 dabitur. † Secũdus autem modus siue practica liquidandi est,ꝙ actor petat prius instrumentum liquidari, & eo liquidato liquidum pronunciari, & illud exequi. Hanc practicam sentit Bartol.in l.perinde. §. nondum.ff. ad l. Aquil.& Bal.tradit in d.l.2.C.de execu.rei iu. & tutum puto quod eo liquidato exequi,sed si executio non peteretur,sed si simpliciter peteretur liquidari, eo liquidato peti posset executio:probatur optime in simili in cle.auditor. de rescrip.in fi.1.glo. Potest igitur ante petitã executionem liquidari instrumentum, & post in processu executionis petitæ. Vltimum plus laudo,& præualet in obser-

obſeruantia, vtroque tamen caſu articulus liquidationis, ideſt, inſtrumenti puri, licet non liquidi per prædicta pariter examinetur & decidatur, videlicet ſine ordine iudiciario, vt dictum eſt ſupra. Et ex his habes, ꝙ exceptio ſimulationis poteſt indiſtincte opponi, ſtatuto prædicto non obſtante, quod intelligi debet inſtrumento, & liquido, & puro.

35 DEcimoquinto. Quæro. † Retentis terminis ſæpe dictis, An opponi poterũt exceptiones concernentes perſonã, vtputa nõ potes eſſe in iudicio: quia minor excommunicatus, vel bannitus, & ſimilia. Reſpond. ꝙ ſic: quia iſta non prohibentur opponi per ſtatutum prohibens opponi exceptiones contra inſtrumentũ, quia nõ reſpiciunt inſtrm̃, ſed perſonam agentis. arg. l. filio. ff. de inof. teſt. & Bar. in d. §. & parui refert. adde infra in propriis quæſtionibus ſubdo.

DEcimo ſexto. Quid ſi minor iurauit ſe maiorẽ & ſic cõtraxit, vel præceptum in ſe recepit? Nico. de Mat. vt refert Io. And. in ti. de ſen. §. vt aũt. ver. hoc aũt. alleg.
36 ſupra in 11. q. tenuit, † ꝙ ſi minor iurauit ſe maiorem, confeſſus debitum recepit præceptum, ſi ipſe minor fuit in dolo, & creditor in bona fide tenuit prȩceptum ratione doli & ſacramẽti, per l. 1. §. an in pupillum. C. depoſiti. Si vero creditor ſciebat ipſum eſſe minorem, & ſic de dolo ipſius conqueri non poteſt. ff. de actione emption. l. 1. C. de in integrum reſtitution. mi. l. de tute. de re iud. cap. ſcienti. lib. 6. & alterius ſtatuti quod annullat obligationem minoris aliter factã, & forma ſeruata nõ fuit, dicit præceptum nullum, & maxime ſi errauit tunc putans ſe eſſe maiorem. ff. de cõf. l. non fatetur. ad idem. ff. de pact. l. ſi cũ te. ff. de act. emp. l. ſi hæres. Sicut ergo vna lex per aliã determinatur, ſic ſtatutum ſtatuto, & etiã lege; aliàs ſequeretur, ꝙ præceptum factum furioſo, pupillo, prodigo, cui interdictum erat bonis exequendũ foret, quod foret abſurdũ. Vt igitur prȩceptum valeat, oportet duo cõcurrere, ſ. perſonam quȩ præciperet, & perſonam cui præcipi potuerit. ff. de ſuſpe. tut. l. 1. & l. naturali. §. 1. & ſecũdum hoc defuit tã lege quàm ſtatuto: dicit tamen

ꝙ in dubio præsumit eum in dolo, qui dicit se maiorem per l. quid enim. ff. de dolo. huic non ob. auth. sacramēta puberum. C. si aduer. ven. loquitur enim de iuramento super contractu. Iuramentum autem de quo loquimur, fuit super quadam assertione. Item hoc de præsenti, illud de futuro. non ob. etiam l. si alterius. C. si mi. se mai. dixe. quia loquitur de contractu qui tenebat cōtra quem petebatur restitutio, non quod diceretur nullum, secundum Io. And. in addi. prædicta.

37 DEcimoseptimo. Quæro, Retentis terminis supra dictis, † quid in filiof. & adult. asserentibus se patrem fam. & illum esse curatorem, qui non erat, & iurantibus super contractu, an poterunt opponere de nullitate vigore alterius statuti, cuius forma non seruauerūt, vt est dictum supra prox. quæst. Io. And. in addi. prima, dicit; Iac. de Bel. in q. quæ incipit, lege Perusina. tenet, ꝙ statuto prohibente fieri, & annullante, si fiat contractus per filium fa. sine consensu patris, vel per adultum sine curatore, licet primus cōtrahēdo mentitus fuerit se patremfam. cum non esset, vel secundus mentitus fuerit esse curatorem illum qui non erat, contractus tamen non tenebit propter statutum, quod non solum prohibet, sed annullat, & sic non oritur obligatio ex contractu, qui ipso iure non valet, alle. l. nō dubium. C. de legi. l. quid enim. ff. de dolo. & quod no. in l. quacūque. §. fi. ff. de publ. & in l. si curatorem. in gl. quæstio iuris. C. de in inte. rest. prædictam enim l. quid enim. sic inducit, si cōtra pupillum, qui victus fuit, datur actio de dolo, ergo non tenuit contractus, aliàs daretur actio ex contractu, nō de dolo. eo. tit. l. 1. §. ait prætor. contraria dicit procedere, cum statutum annullat fortius, si exceptionem vel actionem dat. super eo vero quod arguitur, quod iuramentum eorum validat contractum, distinguit inter filium f. & adultum. De primo simpliciter tenet, ꝙ non: quia roborari per id non potest contractus, qui non tenet per statutum, cum principale à suo accessorio non vestiatur, nec reguletur. ff. de vulg. & pupill. l. ex pupillari. tunc quia iuramentum est contra bonos mores, ponderata l. prima. in prin.

ff. ad

ff.ad Macedon.inducit regulam c.non est obligatorium. lib.6.Et hoc verius puto hac ratione, per illud quod Bar
38 to.not.ff.de fideiuss. l.si quis pro eo.† dicens ratione iuramenti filiumfam.compelli ad soluendum, sed repetere posse, sicut quando debitor iurat vsuras soluere, quoniam hoc casu iuramentum est contra bonos mores ex parte creditoris, & ex parte filijfam. ponderata ratione l.1.ff.ad Macedo. ille vero ex parte debitoris tãtum non creditoris. Item post solutionem filio non datur repetitio.ff.de condict.indeb.l.qui exceptionem.debitori vero soluenti vsuras sic, vt d.c.debitores. Ratio potest esse, ꝙ in filio post solutionem cesset votum mortis patris, & sic iuste remanet solutum, sed in soluente vsuras non cessat turpitudo per solutionem; ideo magis effectum habet, & sic remanet penes creditorẽ turpiter cum peccato, & sine iusta causa. ex quo etiam patet verius esse, quàm id quod concludit Ant.de But.in cap. cum contingat.de iureiur.dicens contractum filijfam.iuramento validari. De minore autem idem Io. And.in additio. prædicta distinguit ius canonicum à ciuili, vt de iure ciuili non validetur ratione prædicta, & de iure canonico sic, per d.decre. cum contingat. plenius de hoc in auth. sacramenta puber. An autem instrumenta iurata huiusmodi mereantur executionem stantibus terminis 4. quæst. infra 20.q.dicam.

DEcimooctauo. Quæro, An retentis nostris terminis
39 per filiumfa.possit opponi exceptio Maced. † Hæc quæstio fuit magna causa huius tractatelli, præsertim si se patremfam.est mentitus, differt hæc quæstio à præcedenti, quia præcedens loquitur, an possit opponere de nullitate ab alio statuto inducta, hæc an posset opponere exceptionem Macedonianam a iure communi inductam, videtur dicendum, ꝙ non possit opponi: quoniam ex contractu mutui inito cum filiofam. oritur naturalis & ciuilis obligatio, licet per exceptionem elidatur. ff.ad Mace.l.1.& l.quia naturalis.& in plurib. ll.illius tit.quę exceptio per statutũ videtur excludi. Aduerte interdum non liquet de exceptione Mace. quia creditor negat illũ

filiumfam. & tunc idem, quoniam exceptio non requirit altiorem indaginem, pro cuius quæstionis decisione
40 sciendum,† quòd contra creditorem ignoranter cum filiofamil. cōtrahentem exceptio Macedonia. opponi non potest, vt. C. ad Macedonia. l. 1. & ff. eod. titu. l. 3. & pe. Sed cōtra scienter cōtrahentem sic: videamus ergo cui incūbat onus probandi, an filio excipienti, an creditori mutuāti & agenti, & videtur filio, per regulam l. 1. & l. ei qui. ff. de probatio. & quia ignorātia præsumitur. ff. de probatio. l. verius. & quia sic est in aliis exceptionibus supra dictis, vt in exceptione nullitatis, secūdum Ioan. Andr. in titu. de execut. sentent. §. vltimo. ver. 16. alleg. supra in 11. quæst. Hic considerādum puto, quòd incumbit onus creditori filij, quia probata paternitate, præsumitur patria potestas. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. filium diffinimus, & paternitas præsumitur, quia nemo est sine patre, nisi cōtrarium probetur, vt l. si quis patrem. ff. ad Macedo. Secūdo vero casu idem dico, quòd scientia paternitatis præsumitur in creditore, per d. l. 1. C. ad Macedo. & l. 4. & l. pe. ff. eod. titu. quoniam vel sciuit, vel scire debuit cum filiumfamil. & sibi imputet si nō inuestigauit, vt dictis iuribus patet, neque enim creditor credere debuit ipsi filio asserenti se patremfamil. quia exceptio Macedo. est inducta in odiū fæneratorum, seu creditorum, vt d. l. 1. ff. ad Macedo. Nec obstat, quòd ignorātia præsumitur: Quia aut quæritur de ignorātia,
41 aut de eius scientia. † Primo casu ignorantia præsumitur, nisi ex aliquibus indiciis per se vel per accidēs notis sciētia inferatur, vt nō. C. de peri. tu. l. si tutor. Secundo casu, aut quis ratione ignorātiæ vult iustificare, & validare actum, vel inualidare, & tūc nō præsumitur iustitia. nisi probetur per aliquas coniecturas, vt d. l. si quis patrem. & l. 1. & pe. Aut nō intēdit cōsequi aliquid cōtra iuris dispositionem, & tūc præsumitur iustitia. Ratio differentiæ est, quia in primo casu debuit inquirere, vt no. in d. l. penul. In secundo nō debet esse curiosus inuestigare. ar. ff. de noua. l. doli. in fi. secundum Bal. qui etiam latius loquitur in d. l. 1. C. ad Maced. In dubio igitur aliis
præsum-

præſumptionibus ceſſantibus præſumitur creditorẽ ſciuiſſe contrahẽtem eſſe filium famil.& ex hoc patet, quòd ex exceptio reſpectu probationis ſciẽtiæ nõ requirit aliquam indaginem, cũ iuris præſumptione ſciẽtia præſumatur, & communiter opponi poteſt, nõ obſtãte ſtatuto: reſpectu vero probationis facti, videlicet an pater viueret, tũc etiam idem quod opponi poterit, quia vana ſimplicitate decipitur qui cõtrahit cum filiofamil. ſi credit eum patremfam. niſi ex præſumptionibus liqueat cõtrarium, vt d.l. ſi quis patrem, & ſic dicta exceptio reſpectu opponẽtis non requirit altiorem indaginem.

42 † Poteſt igitur hæc exceptio opponi, quia de ea iuris præſumptione liquet, & nullam requirit indaginem. Secũdo opponi poteſt ex eo, quia ex inſtrumẽto liquet eũ filiumfamil. dum dicit Seius Marti. habuit & recepit à Sempronio mutuo, & ex cauſa mutui decem: nam ſi nõ viueret, inſtrumẽtum eſſet falſum, niſi ad euitãdum falſitatem intelligeretur olim, ſecũdum Bartol. ff. ſi certum peta. l. eius qui in prouincia. alle. quod not. ff. ſol. matrimo. l. diuortio. & l. inſula. in fin. ff. de acqu. rer. domin. Et cõſtat autem, quòd exceptio, quæ cõſtat inſtrumẽto, opponi poteſt, vt dicam infra in 26. quæſt. Amplius cum ſaltem incontinẽti poſſit probari, habetur perinde ac ſi ineſſet. argum. C. de edi. diui Adria. tol. l. 2. & hoc ſentit Bald. ibi dum dicit, quòd præceptum diui Adriani dicitur præceptum guarẽtigiæ. Tertio ex eo conſtat exceptionem huiuſmodi opponi poſſe, quia dicta exceptio nõ opponitur contra inſtrumẽtum, ſed contra perſonam agẽtis, & de iure perſonæ agitur nõ de iure contractus: ergo nõ excluditur à ſtatuto. argum. l. filio. ff. de inof. teſtam. & dixi ſupra in 15. quæſt. Quarto probatur efficacius per dictum ſtatutum nõ excludũtur exceptiones quæ naſcuntur cum inſtrõ, ſed exceptio Mac. oritur cum ſnĩa, vel inſtrõ, vt ff. ad Mac. l. tam & ſi. & dictũ eſt in d. q. 15. ergo opponi poteſt, ſicut dicimus, ꝙ opponi põt exceptio non confecti inuẽtarij, & exceptio ne quis cõueniatur vltra quã facere poſſit, vt dicam infra in 28. q. Hãc opi. reperio, ꝙ tenuit Frã. Ac. ĩ d. l. 1. ꝙ vi aut clã.

43 † quia dictæ exceptioni non potest renūtiari, vt d. l. tam & si. & ff. de pactis. l. si vnus. §. illum. & de minorib. l. si iudex. ergo nec per statutum. C. de decretis decurio. super rubrica lib. 10. Item quia exceptio Macedoniani est specialiter inducta à lege sine hominis ministerio, & sic per generalem prouisionem statuti nō tollitur. Nam specialia generalibus derogant, vt ff. de regulis iur. l. in toto. etiam si speciale præcedat, & generale sequatur, vt est videre de cautione iudicio sisti, quæ per ius authenticorum debet à quolibet præstari, sed per ius digestorum solum ab illo, qui non possidet immobilia. ff. qui satisd. cogan. l. sciendum. in princip. bene facit quod not. C. de adult. ita pudor. ista sunt fere eius verba. hoc idem tenuit Bar. ff. quod cum eo. l. si filius. quia talis exceptio non eneruat instrumentum, sed exceptionem instrumēti. hoc idem tenuit idem Bart. in consulendo, in consilio quod incipit, Statuto cauetur quòd instrumentum, &c.

44 † Vbi dicit, quòd si ex forma statuti debet instrumentum mandari executioni intra decem dies absque exceptione, ꝙ poterit opponi, quod est factum contra l. non dubium. C. de legib. & l. iubemus. §. sane. de sacrosanct. eccles. nec tollitur per tale statutum exceptio nullitatis. Instit. de milita. testam. §. 1. ff. de milita. testam. l. 1. & l. nemo potest. ff. de lega. 1. de hoc supra in 11. q. Et etiam opponi potest exceptio Velleiani, quæ etiam post sententiam opponitur. ff. ad Maced. l. tam & si. non obst. l. omnes populi. quia statutum loquens de contractu, intelligitur de valido, & sic allegando l. tam & si. tenet expresse idem in exceptione Mace. de qua loquitur illa l. Hanc etiā opi. tenet Bal. C. ad Maced. l. fi. ibi dum dicit, ꝙ vbicunque lex remouet potentiam à persona contrahentis, talis exceptio, seu defensio potest opponi post modum, vt d. l. tam & si. teneas menti hanc regulam, dicit ipse, siue sumus in dispositione iuris communis, siue in dispositione statuti, quia eadem est ratio vtrobique secūdum eum, & hanc opi. veram puto etiam in contractu per filiumfam. inito, per ea quæ dixi supra in proxima præcedenti quæstione.

De-

DEcimonono. Quæro, Quid in exceptione Velleiani. Respond. Idem quod in exceptione Macedoniani per rationes in præcedenti quæstione tactas, & ita tenent Docto. supra in proxi. quæst. alleg. in Velleiano sicut in Macedoniano, fundantes se per l. tam & si. quæ in exceptione Macedoniani, & Velleiani loquitur, vt patet ex prædictis. In contractu tamen iurato, dic vt colligitur ex alleg. supra in 17. q.

45 VIgesimo. Quæro, Retentis nostris terminis, † si dispositio in instrumento deducta fuerit iurata, An exequetur. Respond. Tres sunt casus. Interdum iuramentum est nullum, sicut dispositio iurata. Interdum iuramentum est validum, & validat dispositionem iuratam. Interdum iuramentum est validum, sed non validat dispositionem iuratam. Primo casu clarum est, instrumentum executionem non mereri, iisdem rationibus quibus dispositio principalis, vt dictum est in 11. q. quia ex iuramento nullo quis non obligatur, vt in regula, non est obligatorium. de regul. iur. lib. 6. Secundo casu clarum est, instrumentum exequendum esse, cum sit validum, vt statim patebit. Tertio casu non videtur, quia statutum loquitur de executione instrumenti non iuramenti, &c. ff. solu. matri. l. si vero. §. de viro. & quia si statutum annullat iuramentum, licet non teneat, tamen ei non dat priuilegium executionis. Contrarium puto. Pro cuius decisione videndum, quis sit iudex in causa iuramenti, quo versatur alterius interesse, quæstio proprie est ad propositum, Circa quod Ioan. And. referens plures opi. in cap. C. laicus. de foro compe. lib. 6. super vlt. glo. finaliter concludit distinguendo forum pænitentiale à iudi-
46 ciali. quo ad primum † dicitur non esse dubium periurium fore crimen Ecclesiasticum. sic loquitur 22. quæst. 1. præiudicandum quod scripsit idem Ioan. And. de purga. cano. nos. de inter. super prima glos. De secundo, de quo agimus distinguitur, an agitur ex iuramento vt seruetur, An excipietur ex illo. Primo casu si conuenit laicum, vterque est competens iudex ecclesiasticus & seculari, sicut de sacrilegio dixit idem Ioan. in cap. cum sit.

de foro compet. Est autem hæc ratio secũdum eum quo ad ecclesiasticum, quia periurium directe respicit Dei ir reuerentiam, quæ proprie est religioni christianæ contraria. quod autem laicus sit competens, est text. in cap. licet. de iureiur. & sic forus accumulatur, quod casu electio est actoris, coram quo iudice agat: de quo plene per Io. Andr. post disputationem Iaco. de Bel. in capit. 1. de priuile. lib. 6. in verbo, priuilegio. in nouella. Ad hoc in procemio fforum. in §. penult. & l. fi. C. vbi in rem actio. in auth. habita. C. ne fi. pro pa. & quod no. de foro compet. cap. fin. Secundo casu si contra agentem in sæculari foro contra laicum excipiatur de iuramento, laicus iudex causæ de hoc cognoscet, & diffiniet, in qua diffinitione seruare debet ius canonicum, & ad hoc per ecclesiam cogi potest, & sic loquuntur prædicta, & sic practicatur decre. quamuis. de pact. lib. 6. & auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Si tamen hoc reduceretur in dubium probabile, an sit iuramẽtum seruandum necne, remittẽdum est hoc ad ecclesiasticum iudicem, & sic dicit posse intelligi opinionem Hostien. quam ibi refert, & de qua in ca. tuam. de ordi. cog. & latius tenet Ant. de
47 But. in cap. cum sit generale. de foro compet. qui † dicit etiam, quòd illud quod dictum est, agi posse ratione iuramẽti coram ecclesiastico. est verum inquãtum agitur cõtra iurãtem: inquãtum vero ageret cõtra hæredem, licet validetur contractus vel ad ipsum trãseat ratione iuramẽti, vel cõtra ipsum transeat obligatio, vt teneatur obseruare, quod tenebatur defunctus ex iuramento, de quo per eum in capit. cum contingat. de iureiurando. agetur tunc coram seculari. & hoc tenet Ioan. Andr. de paroch. capit. fin. secundum eum. Si ergo dispositio in instrumento deducta sit nulla, & iuramentum validum, iudex laicus poterit adiri, & ipsius iuramenti executio peti, quoniam æque sicut dispositio continetur, ita iuramentum in instrumento, & non materia, quæ deducitur in instrumentum meretur executionem, sed & ipsum publicum instrumentum quodcumque validum contineat. Cautus tamen debet esse hoc casu ad-
uocatus

uocatus ne petat executionem instrumenti virtute conuentionis, seu promissionis quæ nulla est, sed virtute iuramenti. Puto tamen quòd si simpliciter petat exequi instrumentum, intelligitur petere executionem virtute iuramenti. argumento ff. de iudi. l. si qui intentione ambigua. & quod nota. per Docto. in cap. examinata. de iud. nec oblig. statutum annullans iuramentum, quia nullum, & consequenter generalis dispositio statuti disponentis, quòd instrumenta publica executioni mandentur per ipsum quod nullum est non restringit. Quando autem iuramenta quibus versatur alterius interesse de quo agimus sint nulla, & quando sint valida, & firment dipositionem iuratam, est longa, & diffusa materia ad materiam præsentis tractatelli non pertinens, quam ponit Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Fal. plenius in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. plenissime in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & Antonius de Butri. in capit. cum contingat. de foro competen.

48 Vigesimoprimo. Quæro, An nostris terminis retentis, † in integrum restitutionis petitio executionem impediat. Bartol. in l. 4. §. cōdemnatum. ff. de re. iud. cōcludit idem quod cōclusit in exceptione nullitatis, de qua dictum est in 11. quæst. Aduerte nunquid restitutio in integrum impediat executionem sententiæ, & consimiliter publici instrumēti, dicas. Aut loqueris de executione facta ante petitam restitutionem, aut de fienda. Primo casu non reuocatur executio facta infra tempus, infra quod licuit appellare per viam āttētati, vel nullitatis. de appellat. capit. non solum. in princip. lib. 6. Ratio differentiæ est, quia appellatio innititur in re iustitiæ; restitutio vero innititur æquitatis iure: habet tamen mixtam gratia non dico à iudice, sed à iure inuentam. vnde iustæ fit executio sententiæ, à qua non extitit appellatum & hoc tenet Ioan. Andr. in titul. de suppli. §. differt. in add. ad Specu. vbi etiam ponit quid differat à supplicatione. Secūdo vero casu, aut executio foret irreuocabiliter, & non potest interim fieri executio, vnde non

possiet

posset poni in carcerem, vigore talis instrumenti, pendente restitutionis causa,& not.in simili in l. 2. C.de ap. reci.& hoc tenet Bald.C.de in integ.rest.post l. vnicam. Aut executio est reuocabilis, & tunc aut opponens non offert se probaturum in continenti, & nō impeditur executio, vt Bald.vult in d.l.vnica.& Barto.in d.§. condemnatum.dum vult non impediri si requirit altiorem indaginem sententię executio.& in l.pen.ff.de auct. tut.dum vult restitutionem in integrum executionem non impe-
49 dire, nisi causa restitutionis sit euidens.† Euidens enim esse non potest, nisi de se appareat vel incontinenti apparere possit, & sic intelligitur Bald. in auth.quæ supplicatio.C. de preci.impe.offe.& quod dicit idem Bald. in l.si causa cognita.C.de transact.per illum text.qui debet intelligi quando causa restitutionis debeat suspēdi, quia est euidens,alias non:qua ratione dicit Bald.in l.1. in fi. C. si aduer. liber. quòd ad impediendam executionem sententiæ per petitionem restitutionis in integrum, requiritur duplex probatio, vna summaria ad obtinēdum ventilationem causæ & restitutionis. Secunda plenaria ad obtinendum victoriam causæ principalis, ex quibus patet, ꝙ si petens nō offert se probaturum, incontinenti de læsione: non impeditur executio, per prædicta,& per ea quæ dicta sunt in 4.& 5.q. Vnde cautus debet esse restitutionem petens, quod offerat se incontinenti probaturum, vt dictum est in 4.& 5.q. prædictis, & etiam in 11. Aut offert se probaturum incontinenti, & tunc aut loquimur in petitione restitutionis in integrum aduersus sententiam latam per principem, & non impeditur executio, si executionem petens caueat in casu, quo succumbat; vt in cap. suscitata secundum intellectum Hostien. & intellige quòd sententia habeat aliam præsum-
50 ptionem, quam illa quæ surgit ex sententia. † & propterea si latæ forent duæ conformes sententiæ, nō putarem restitutionem impedire executionem si petens restitutionem caueret, per d. cap. suscitata.& fortius si forent tres sententiæ cōformes, argu.clem. 1.de re iudi. Si vero non sit præsumptio pro sententia, tunc puto, quòd exe-

cutio

cutio impediatur. quoniam verba rubri, & nigri. C. de in integ.restit.l. pe.innuũt expresse, quòd restitutione in integrum postulata nondum cõcessa,nihil debeat innouari,quod tenet ibi Accur. & Specul.in tit.de restitu. in integ.§.vlt.in princ. & Io.And.in addit. prædicta super d.§.differt,de suppli. & non solum pendẽte causa restitutionis in integrum contra sententiam nil debet innouari, sed pendente causa restitutionis in integrum ad appellãdum, & ideo nõ potest his casibus innouari, aliàs veniũt reuocãda per viam attẽtati, vt innouata lite pendẽte,argum.clem.2. ne li. pẽd. Quinimmo etiam si Papa, vel legatus commisit causam restitutionis in integr. videtur ad se totum negotium aduocasse, & sic nil potest me dio tempore innouari.de appel.cap.vt nostrum. & de eccle.cap.si eo tempore.lib 6.& tenet hæc tria domini de Rota decisi.1394.Vnde alio non dato,ad articulum quæstionis concludo restitutionem in integ.executionem publici instrumenti non impedire.

VIgesimosecundo. Quæro,Retentis terminis quartę q. An tale statutum locum habeat, Si laicus contra clericum in foro episcopi,seu in ecclesiastico, vel clericus contra laicum in foro seculari executionem instrumenti petat.Respondeo. Hæc quæstio pendet ab illa dif
51 fusa & prolixa quæstione, † An statuta, & consuetudines laicorum ligent clericos, de qua per Barto.in l. cunctos populos.C.de sum.trini.in 5. quæst. vbi ponit primum membrum nostræ quæstionis, & tenet quòd sic, per Ioan.An.in c.quæ in ecclesiarum, de consti. & cap. his qui. de solut.vbi ponit,an lex imperialis debeat seruari inter ecclesiasticas personas & in ecclesiasticis. & per Specu. in §.1.in ver.& no. in addi. vbi ponit secundum membrum nostræ q.& tenet quod sic, per do.Anto. de Butri. in cap.quod clericis, de foro compe. sufficit remissio.

VIgesimotertio,Quæro.petitur executio instrumenti retentis nostris terminis contra filiumfa.opponit instrumentum non valere,nec eius executionem aduersus eum peti posse, quia patris consensus non affuit, an

impe-

52 impedietur executio. † Respondeo. In instrumento simplici seu simpliciter confessiona. quod habeat executionem paratam ex forma statuti, supra non impeditur executio: tamẽ filiusfam. contrahẽdo habet legitimam personam in sui prȩiudicium, vt l. fin. §. 1. ff. de verb. oblig. & l. omnes & l. tam ex cõtractibus. ff. de iudic. quia minor qui nõ potest esse in iudicio, obligatur confitẽdo. ff. de cõfess. l. certum. §. minorem. Quibus rationibus concludit Bartol. in l. nõ solum. §. necessitate ff. de bo. quę libe. filiumfam. confitẽtem debitum in iudicio, ex confessione conueniri posse, licet nõ ex præcepto sibi facto, eo casu quo esse nõ potest sine patris consensu in indicio. Instrumẽto autem guarentigiato, siue cõfessionato præceptum notarij continẽte, an impediatur executio, depẽdet ab illa quæst. an præceptum in confessum factum filiofamil. in iudicio sine consensu patris teneat, in qua glo. in §. necessitatem. distinguit. Aut fuit factum præceptum ante litem cõtestatam, & valet, aut post, & non valet, quia dicitur sententia Specu. in tit. de actore. §. 1. ver. sed nunquid tenet præceptum. charta secunda. tenet
53 indistincte præceptum non tenere, † quia sit filio non licet, quòd est minus sine cõsensu patris, scilicet litem cõtestari, multo fortius, quod est maius, scilicet recipere præceptum totius causæ. vbi Ioan. Andr. in addit. videtur tenere opi. Accur. quoniam ante litem contestat. nõ est sentẽtia, postea vero sic. alleg. not. in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aqui. in vlt. glo. vbi sentẽtia non habet locum in confessum. Bartol. in d. §. necessitatem dicit, quòd si non agitur ex cõfessione, sed ex præcepto, seu petitur executio prȩcepti, tũc si teneamus opinio. gloss. quòd filius nõ sit integra persona, nõ poterit agi cõtra eum, quia nõ habet legitimam personam. Si tenemus opinio, quòd consensus patris requiratur in signum repudiationis, debemus distinguere, quia aut loquimur in profectitiis, & iura antiqua nõ sunt immutata. C. de bon. quæ libe. l. quicumque. in quibus constat filium nõ posse acquirere, cũ momento non resideant penes eum. l. placet. ff. de acquiren. hæred. Aut loquimur in aduentitiis, & tunc aut

patri

patri quæritur vſusfructus, & filius, & nullo modo poteſt agere, nec defendere, quia ſibi non competit adminiſtratio, ſed patri, vt C. de bon. mater. l. 1. & l. cum non ſolum. §. vbi autem. & §. filij autem. Aut patri non quęritur vſusfructus, & tunc aut quia non vult, & requiritur patris; conſenſus, in ſignum repudiationis, vt d. §. neceſſitatem. ſed ſi de repudiationem alias cõſtaret in iudicio, vt quia datus eſſet tutor, vel curator propter patris repudiationem, tunc non requiritur patris conſenſus, vt d. l. cum non ſolum. §. ſin autem. Si vero patri non quæritur vſusfructus, quia non poteſt ſibi quęri, tunc patris conſenſus non requiritur, vt in auth. vt lic. matri, & auiæ. in princ. colum. 9. & de iudic. cap.
54 fin. lib. 6. † hoc etiam apparet Caſtrẽſibus, vel quaſi, in quibus patri non quæritur vſusfructus, quia non poteſt ſibi quæri, tunc patris conſenſus nõ requiritur, vt l. miles. de Caſtrenſibus pecu. & C. de ſacroſanctæ eccleſ. l. ſacroſanct. Idem in aliis iudiciis, quæ agitantur ſuper rebus, in quibus nullus cadit vſusfructus, vt l. ſi noxali. ff. de noxali. & in aliis caſibus, in quibus filius conueniretur, ſecũdum Bart. Primam autem opinionem, quòd cõſenſus patris requiratur ad integrãdam perſonam filiifamil. in iudicio tenuit Azo. in d. §. neceſſitatem. & Specu. in d. tit. de actore. §. 1. verſ. ſed filiusfam. & Bald. in d. §. neceſſitatem. ex quo concludit inſtrumẽtum gnarẽtigiæ non tenere ſicut nec præceptum, ſubdens, quòd præceptum guarẽtigiæ eſt interlocutoria, quia non profertur in ſcriptis & ſponte ſuſcipitur per modum voluntariæ iuriſdictionis, & ideo ſi qua exceptio opponatur, dictum præceptum nunquam trãſit in rem iudicatam, ſecũdum eum, in caſibus tamẽ in quibus filiusfa. põt eſſe in iudicio ſine cõſenſu patris, de q̃bus p̃ Spec. in præalle. ver. ſed ſi filius. in illis tenet præceptũ guarẽtigiæ. Secũdam aũt opi. ꝗ cõſenſus patris requiraẽ in ſignũ repudiationis tenuerũt Doct. antiqui Iac. de Are. Cyn. & pluries alij & Io. And. in præalle. ver. ſed ſi filius. & Bart. in d. §. neceſſitatẽ. quam rationibus ibi per eum poſitis, veriorẽ puto, & ſecũdum eius diſtinctionẽ in præcepto relatã
ſupra

ſupra concludo tenere, vel non tenere inſtrumentum guarentigiæ, & eius executionem poſſe, vel non poſſe peti. & eodem modo diſtinguendo dico ſi filiusfa. executionem inſtrumenti petat, videlicet, quòd in his quibus patri non quæritur vſusfructus, poſſit aduerſus eum executio peti, & ipſe aduerſus alium petere ſine patris conſenſu. In profectitijs autem, ſeu in quibus patri quæritur vſusfructus, nõ quia adminiſtratione caret, niſi pater in ſignum repudiationis conſentiat, vel aliàs de repudiatione vſusfructus conſtet, vt patet ex iam dictis.

55 VIgeſimoquarto. Quæro. † Quid ſi eo caſu, quo patris conſenſus requiritur in ſignum repudiationis ſecundum opi. quam puto veriorem, vel ſecũdum aliam, caſu quo requiratur ad integrandum perſonam filij in iudicio petatur executio inſtrumenti, & filius latitet, nunquid poſſit aduerſus eum cõtumacem executio fieri ſine patris conſenſu? dicit Bald. quòd ſic; & ſic poterit banniri, quia contumacia non eſt actus, ſed eſt quædam priuatio, cui non poteſt accedere habitus conſenſus paterni, ſecundum eum in d. §. neceſſitatem. Tu dicas, vt ſupra in proxi. quæſt. dictum eſt, videlicet, quòd in his in quibus poteſt eſſe in iudicio, clarum eſt iudicium tenere, quia patri nõ quæritur vſusfructus: in his autem in quibus quæritur vſusfructus, nõ præiudicat latitatio filij ipſi patri, cum nõ habeat adminiſtrationem, & idem ſi requiratur in ſignum repudiationis, vt patet ex prædictis. Cõueniat ergo hoc caſu creditor patrẽ penes, quem cõſiſtit adminiſtratio, vt d. l. 1. C. de bo. mat. aliàs cõtumacia filij neque patri, qui cõueniri debet, nec filio, qui conueniri nõ potuit, præiudicat. & in caſibus, in quibus patri quæritur vſusfructus, procedũt dicta in hac & præcedẽti q. ſiue filius ſit maior, ſiue minor, quia in eis ſufficit patris cõſenſus, vt d. l. cũ nõ ſolũ. §. vbi autẽ. C. de bo. quæ libe. & lib. 1. C. de bo. mater. & c. fi. de iud. lib. 6. & ff. de verb. obl. l. fi. §. 1. per Barto. vbi ponit in quibus patri quæritur vſusfructus, & ſic conſenſus in iudicio requiratur, dicens, quòd ſi filius ſe obligaret, patris cõſenſus non requireretur, quia nullus patri vſusfructus ex tali obli

li obligatione acquiritur:& tunc verum foret dictū Bar. supra proxime relatum, quia banniri posset, adde quod dixi in proxima quæst.

56 Vigesimoquinto. Quæro,† An contra filium fa. durante patria potestate possit executio personalis fieri, vigore statuti disponentis pro debito, de quo patet publicum instrumētum debitorem capi debere, vel ex pacto in casu permisso. Dic, quòd sic, secūdum Bar. in l. si filio. ff. sol. ma. quod intellige quādo filius fa. cōueniri potest, vt dictum est supra in proxi. q.

Vigesimosexto. Quæro, An possint opponi exceptiones, quæ ipsi obligationi insunt expresse vel tacite, vt, quòd stipulatio in cōtractu deducta est sine causa, vel pactum in eo deductum est nullū, vel quod in contractu obligationis est appositum pactum de non petēdo simpliciter, vel ad tempus quod est in obligatione deductū, & similia. Aduerte: Si tenemus terminos 4. q. sæpe dictæ in dubio concludi potest, quòd sic, quia sicut certæ iustæ exceptiones non intelligūtur exclusæ, vt in d. 4. q. dictū est, sic & multo fortius exceptiones, quæ obligationi in instrumēto deductæ insunt: sed si tenemus terminos 3. q. videlicet, quādo statutū excludit nominatim certas exceptiones, & generaliter omnes alias, tūc quæstio redditur dubia. Bal. in l. etiam nomen. C. de exec. rei iud. & d. l. ex placito. in fi. C. de rer. per. Dicit, quòd aut opponit de nullitate formali, aut de nullitate casuali. Primo casu non potest opponi, quia pactum est vestitum auxilio statuti. ff. de pact. l. legitimam. de do. l. si quis argentum. Secundo casu refert, aut ex eodem instrumēto apparet causa excipiēdi, & procedit exceptio, q̄a opponere ex instrumēto non est opponere contra instrumētum, & quia est confessionatū & guarētigiatum pro vna parte, sicut pro alia. Sed si aliūde fundaretur, non ꝓcedit exceptio reluctāte statuto exceptionū exclusiuo. Primū patet per l. stipulatio. ff. de iu. dot. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Secūdum patet, quia qui sic contrahit, vr̄ renūciasse exceptionis à statuto prohibitis. ff. de edi. edi. l. quæritur. §. si venditor. secundum Bal. in ll. prædictis.


57 † Considera. Primum dictum verum foret, qñ statutum vestiret pactum nudum, vt si disponeret, ꝙ pactum nudum haberet vires & executioni mãdaretur, vt d.l. si q̃s argentum: aliàs statutum disponens de executione instrumentorum exceptionum remotiuum non intelligeretur vestire obligationẽ inualidam, seu pactum nudum, quia de iure ciuili nõ parit actionẽ. ff. de pact. l. iurisgentium. §. 1. quia sicut principale non habet virtutem, videlicet, pactum, ergo nec eius accessorium, videlicet executio, vt l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & ff. q. ex cau. in poss. Fulcinius. §. in diẽ. facit quod dixi in 11. q. Et instrumẽta huiusmodi guarẽtigiata executioni mandentur vigore pręcepti facti ꝑ notariũ, cuius pręcepti finis non est validare obligationẽ, sed obligationẽ validã reddere exequibilẽ, quod pręceptũ cum sit interlocutoria, & non profertur in scriptis, & fit ꝑ modum voluntariæ iurisdictionis, nũquam trãsit in rem iudicatã, & ideo nunquam excludit exceptionẽ parti competẽtem, vt dixi supra in 23. q. Secũdum autem dictum Bal. puto verũ; ex quo de-
58 ducitur hæc quæstio, videlicet, † ꝙ exceptiones, quæ obligationi in instrõ deductæ insunt tacite vel expresse opponi possunt, non obstãte statuto exceptionum prorsus exclusiuo, ratione per Bald. assignata, quia non opponit contra instrumẽtum qui nititur ex instrumẽto. Item alia ratione, q̃a nõ est opus exceptione, sed satis est, ꝙ id q̃d inest obligationi tacite vel expresse, allegetur quocunq; tempore opponendarum exceptionũ nil oppositum fuerit, & tẽpus opponẽdarum exceptionum affluxerit. eo. n. ipso, ꝙ actor producit instrumẽtum, producit illud cum exceptione, q̃ obligationi in eo deductæ inest. Vnde expressio exceptionis ex instrumẽto resultantis sufficit aduersario, secũdum Bar. ff. dę ver. obl. l. eum q. ita. vbi etiã ponit q̃d iuris, si petatur exequi instrum. contra debitorem in diem. Inesse aũt obligationi intelligitur, quãdo ex ipso instrõ exceptio expresse vel tacite deprehẽditur, vt patet ex no. ꝑ Bart. in d. §. si ita. & l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. pet. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimmo. & quia hoc casu est vitium quodãmodo in forma, vt. C. de edic.

diui

diui Andr.tol.l.fi. Sed quando non apparet ex cōtractu, sed est diuersum, tunc non est ibi vitium formæ, sed inuisibilis materiæ, donec opponatur & producatur, & ita debet intelligi gl. in l.si vnus.§. pactus.ff.de pact.quæ incipit, opponendo.secundum Bal.in l.in bonæ fidei.C.de pact. in fi.

59 Vigesimoseptimo. Quæro,† Retentis nostris terminis proxime quæstionis, emptor petit exequi instrumentum contra vēditorem ad rem venditam: vel contra, venditor petit exequi instrūm vēditionis ad pretium: quæro an per vēditorem possit opponi exceptio pretij non soluti, vel per emptorem exceptio rei non traditæ: Et videtur, q non; quoniam exceptio pretij non soluti, seu rei non traditæ est peremptoria, ff. de act.emp.l. Iulianus.§. offerri. & l. qui pendentem vindemiam, quæ in executione opponi non potest, vt C. sen. resci. non poss.l.peremptorias.& omnis exceptio peremptoria, & alia quęcunque excluditur à statuto & hoc tenet in executione sententiæ Spec. optima iura alleg. in tit. de exec. sent. §.1.ver.item pone emptor.vbi dicit, q emptor condemnatus ad pretium non potest exceptionem opponere de re non tradita.quem sequitur Bald.in d.l.si duo patroni. §.si quis iurauerit.ff.de iureiur. facit.ff.de act.emp.l.fundus qui Lucij Titij. & C. eo. tit.l. si pater tuus.in fi. Non obstat, q opponi possit exceptio non impleti contractus ex parte agentis, quia tacite insit obligationi in instrumento deductæ, per dicta in proxi. q. quoniam ibi ante implementum non erat nata actio, sicut in pignoratitia ante obligationem, in d.l.si duo. §. Marcellus. in contractu emptionis, & venditionis, sic quia non nascetur actio ex implemento, sed ex confessu.ff.de act. & obliga.l. ex

60 consensu.& Institu. de obl.§.ex cōtrario. † Sed contrarium puto, quoniam & si exceptio pretij non soluti vel rei non traditæ sit peremptoria, tamen nascitur vnà cum instrumento, & omnes exceptiones, quæ nascuntur cum sententia opponi possunt in executione vt dixi in quinta quæst. Vnde esto, q in executione, sententiæ talis exceptio non possit opponi, illud ideo est, quia talis exceptio



ptio non nascitur cum sentētia, seu tempore sententiæ. & quo ad excludēdas exceptiones peremptorias instrumētum non habet vim sentētiæ, quia nulla causæ cognitio præiudicialis præcessit, vt dixi supra in 5.q.in.fin. Sane & in executione sentētiæ tenet Spec.in tit. de excep. §.dictum.ver.item pone. & alleg. text. optimum l.duobus. de excep. rei iud. hoc à contrario sensu probāte, & quod ibi no.in glo. quæ vult, quòd primus creditor conuētus per secūdum, & condemnatus, si de suo iure non opposuit in prima instātia, in executione opponere potest: est ratio dictæ glo. ibi, quia in primo iudicio, de pignore, non de prælationibus iuris fuit disputatum; sic in proposito. in primo iudicio non de solutione pretij, vel de re tardanda fuit agitatum. Aduerte clarius, emptor & vēditor non solum habēt ius excipiēdi, sed ius retinēdi loco pignorum, vt dicit text. in d. §. offerri. De isto ergo iure non fuit in primo iudicio, & fortius ante instrumētum agitatum. Amplius hæc exceptio non cōcernit, nec eneruat vires instrumenti, & tacite inest obligationi in instrumēto deductæ. & hanc partem in terminis nostris executionis instrumēti, tenet Bal. C. de acti.emp.l. si traditio. & l.1.C. de iur.& fact. ign.& l. peremptorias. C.
61 sen. rescin. non post. pro hoc facit, † quòd exceptio pretij non soluti, & rei non traditæ huiusmodi nascitur post celebratum contractu ex mora emptoris pretium nō soluētis, seu vēditoris rem non tradētis, vt d. §. offerri. & d. l.qui pēdentem. Sed omnis exceptio proueniēs post sententiam potest opponi, vt ff. de re iud. l. post rem. & dictū est in 5.q. ergo, &c. Ad dictum Bar. Respondeo. Quòd, vel non procedit, vel, quòd loquitur in sentētia; & quando in primo iudicio fuit talis exceptio obiecta & disputata: vel, quòd loquitur in executione sententiæ, quæ præcludit viam peremptorij, licet non disputatis, vt d. l. peremptorias. quia disputari potuerunt, & sic est quid imputetur non opponenti; secus in executione instrumenti, quòd exceptiones peremptoria non excludit, quia nulla præiudicialis causæ cognitio præcessit, vt dictum est. Sed inhæreas illi rationi, quòd hæc exceptio

inest,

inest,& instrumentum eius vires non impugnat, & statutum loquitur de exceptionibus impugnantibus instrumentum; nec per hanc exceptionem impeditur executio. Et si impeditur, procedit ex partium conuentione ex instrumento apparente, facit quod dicam infra proxima quęst.& hoc in instrumento. In sentētia autem, aut talis executio fuit disputata & admissa, quia venditor ad rem, & emptor ad pretium fuit condemnatus, & tunc admittitur exceptio. Et sic dictum Bart. in d. §. si quis iurauit. procedit: aut fuit disputata, & non admissa, & non admittitur excipiens. ff. de compensa. l. quod in diem, & hoc tenet Anto. de But. in cap. cum Ioannes. de fide instr. in 1. colum. Si vero non sit desceptata, idem quod hic dictum est.

62 Vigesimooctauo. Quęro, † Iuxta pręmissa quid de exceptionibus, quæ non opponuntur contra instrumētum, sed ad executionem, posito, quòd per statutum omnes exceptiones excludantur, secundùm terminos nostræ quæstionis. exemplum, ne maritus conueniatur, vltra quàm facere possit. hæc quidem exceptio non impugnàt sententiam vel instrumentum, quia excipiens fatetur sententiam bene latam, seu instrumentum validum, & executionem mereri; sed mutat & restringit executionem. Respond. Exceptiones huiusmodi opponi possunt contra instrumentum, sicut opponi possunt contra executionem sententiæ, vt ff. de re iud. l. Nesennius. ff. de fideiuss. l. si fideiussor §. idem respondit. ff. solu. matr. l. ex diuerso. §. fi. & ponit Bartol. in l. fin. C. si ex fal instrum. & l. 1. C. de iur. & facti igno. & diximus in 5. quæst. qua ratione idem dico in exceptione inuentarij, ne teneatur vltra vires hæreditarias, iuxta formam. l. fin. C. de iure delibe. quod tenet Bartol. in d. l. ex diuerso §. 1. & d. l. Nesennius. & Bald. in d. l. 1. C. de iur. & facti ignoran. Pro hoc optime quod dixit glo. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. quam Doctores approbant, quæ vult, quòd si statutum sit in ciuitate, quòd nemo veniat contra instrumentum factum à se, nec hæres eius, & testator obligauit fundum eius alicui, quem postea

hæredem instituit, qui hæreditatem adiuit, & inuentarium fecit, quòd hæres beneficio inuentarij talem fundum vendicare poterit: ex quo ibidem decidit Bartol.
63 † quòd si statutum disponit, quòd executio instrumenti fiat contra hæredem, sicut contra defunctum, intelligitur vbi hæres inuentarium non confecit. & eadem ratione dico opponi posse contra instrumenta huiusmodi beneficium cessionis bonorum, si conuentus velit bonis cedere, quod Bald. tenet in l. 1. C. qui bonis cedere possess. etiam si tali beneficio sit renunciatum, quia renunciatio non tenet, nisi in certis casibus, de quo per Cyn. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. in vltim. quæst. & Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. & per Anto. de Butr. in capit. ex rescripto. de iureiur. & eadem ratione si petitur executio instrumēti celebrati per filium famil. contra eū factum sui iuris opponere potest in executione de beneficio edicti, de quo in titu. ff. quod cum eo, ne videlicet conueniatur, vltra quam facere possit, secundum Bartol. qui hoc tenet. ff. quod cum eo. l. sed & si. §. si filius. quod procedit quando statutum disponit, quòd possit opponi contra instrumentum: secus si disponeret, quòd non posset opponi contra executionem instrumenti, secundum eum: quod dic, vt dixi supra in tertia quæstione.

64 VIgesimonono. Quæro, † Mulier habet instrumētum quo vir fuit confessus se habuisse dotē, & de ea fecit quietationem, vt fieri consueuit: soluto matrimonio mulier petit executionem instrumenti vigore tacite stipulationis, de restituendo, præsumptæ ex l. prima. C. de rei vxor. action. quæritur an possit. Bart. in l. 1. ff. de his quæ in testa. delen. dicit, quòd d. l. 1. facit contra mulierem, quoniam tacita stipulatio huiusmodi non potest legi, nec est scripta in instr̄o sed intelligitur auctoritate legis, & sic non mandaretur executioni, vt instrumentum, sed secundum legis dispositionem, de qua statutum non loquitur in contrarium allegat. l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiurand. & sic non soluit. Tu autem dicas, quòd potest, quia illud quod præsumitur ex instrumen-

to videtur esse proprius tenor illius instrumenti. ff. de pa ctis. l. iurisgentium. §. quod fere. institut. de inut. stipu. §. si scriptum. institu. de adoption. l. his verbis. vel clarius obligatio restitutionis dotis venit ex sententia, seu mente, & consensu contrahentium, licet non ex verbis, vt d. l. 1. C. de rei vxor. action. post princ. & ibi, intelligatur re ipsa secuta stipulatio. & illud quod venit ex mente contrahẽtium videtur venire ex verbis contractus. ff. de ver. sig. l. nominis & rei. §. verbum ex legib. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. & ff. de iur. do. l. si stipulatio. & quod
65 dixi supra in 16. quæst. † Intelliguntur enim contrahentes velle quod lex disponit, & id cogitare & agere. ff. de acquirend. hæredit. l. si duo. vnde pinde habetur ac si expresse dicta mulier fuisset sibi stipulata dotem reddi. nõ obst. d. l. 1. ff. quemadmo. testam. aper. quoniam loquitur in his quæ extrinsecus intelliguntur alicuius ingenio, vel subtilitate, non ex ipsa littera, aut ex vi ipsius litteræ, sed ex his forte quæ præcedunt & subsequuntur in scriptura. at stipulatio prædicta intelligitur ex ipsa littera vi litteræ ipsius contractus. & sic legi posse intelligitur vt d. l. 1. §. legi. & sic facit pro ista parte. ff. de hæred. inst. l. 1. pro hoc, ꝙ beneficium l. edicto. fundatur in scriptura & verbis testamenti, vt l. edicto. C. de edict. diui Adr. tollend. & tamen locum habet in succedente ex tacita substitutione. secundum Doctor. ibi ex prima & vltima ratione. In quæstione nostra tenet Bald. in d. l. prima. ff. quæ in testam. delen. & l. ad probationem. C. de probation. vbi dicit se ita consuluisse, & fuisse primum consilium redditum per eum. Sed ad hoc dubium præcidendum, tutius est, quòd in instrumento fiat promissio stipulata ad restitutionem dotis, vt communiter notarij faciunt addentes confessioni dotis receptæ, seu receptioni, & quietationi clausulam illam, Quam dotẽ dictus vir promisit reddere, &c.

66 TRigesimo. Quæro, † An stante statutò, ꝙ instrumenta mandẽtur executioni, fieri possit executio contra hæredes debitoris obligati per instrumẽtum, præsertim si statutum dicat, quòd debitor pro debito carceretur.

Respondeo, Sic: q̄m ad id, ad quod poterat compelli defunctus, potest compelli hæres defuncti, vt ff. de re. iu. l. si hæredem. & l. quod ipsi. & C. de pigno. l. 3. in 4. q. per Bart. licet legis verbis non exprimatur, & ff. ad Trebell. l. postulante. in princ. vbi hoc tenet Bar. Secus tamen forte dicendum si debitor conuenisset in instrumēto, quòd posset personaliter capi, quia posito quod pactū valeat: tamen nō transiret in hæredem, secundum Bartol. ff. qui satisda. cogan. l. si decesserit, per d. l. ratio differentiæ est, quia primo casu statuti dispositio executiua concernit obligationem in instrumento deductam, scilicet personalem, quæ transit in hæredem. C. de hære. ac l. pro hæreditarijs. & ita est debitor hæres, sicut defunctus. ff. si cer. peta. l. 1. per Bart. & debitore loquitur statutum. Secundo vero casu dispositio contrahētium concernit pactum cohærens personæ, quod non transit in hæredem, vt d. l. si decesserit. & similiter dicendum est hæredem posse executionem petere si factum sit trāsitorium in hęredem: secus si personale. ff. solu. matrimon. l. quia personale. Ante tamen quàm hæres exigatur, seu carceretur, liquere debet eum fore hæredem. ff. solu. ma. l. si cum dotem. §. trāsgrediamur. secūdum Bal. C. de iu. deliber. l fi. §. & si præfatam. vbi ponit, an debitor de iure cōi possit pro debito carcerari. de quo per Doct. C. qui bo. ce. poss. l. 1.

67 TRrigesimoprimo. Quæro, † Iuxta præmissa, An valeāt statuta ciuitatum disponētia pro debito ciuili, debitorē ad instātiam creditoris debere personaliter carcerari. Dicas, q̄ sic, siue disponāt carceratione fieri debere per iudicē, siue per creditorem, vt scripsit Bart. in l. Titio. §. Titio el 2. ff. de cond. & dem. quia publica auctoritas tollit omnia contraria. An autem p̄ iudicem cōcedi possit creditori, vt capiat personaliter debitorē suum, vel eius bona. Dic vt no. Bart. in l. 3. C. de pig. in 4. q. ver. ad hoc probandum iudicio in testem, &c. & ff. de acqui. poss. l. iuste possidet.

TRigesimo secundo. Quæro, pro declaratione 30. quæst. & totius materiæ iuxta præmissa, An ex conuentione partium fieri possit, quòd instrumenta habeāt

execu-

executionem paratam. Hæc quæstio habet altiorem indaginem: sed ne suscepti opusculi materia vltra quàm
68 deceat dilatetur, † dic breuiter, quòd aut partes conueniunt, quòd habeant executionem realem, hoc est, in bonis debitoris; aut personalẽ, hoc est, quòd debitor capi possit personaliter. Primo casu potest: quoniam ius exequẽdi ex conuẽtione & iudicis auctoritate æquiparatur. C. de pig. act. l. pe. ff. de fur. l. cum creditor. C. de pig. l. 3. hoc patet in simili in sentẽtia arbitri, quę habet executionem paratam. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. patet etiam, quòd controuersia deciditur ex iuramento ex partium conuẽtione, vt ff. de iureiuran. l. iusiurandum quod ex conuentione, ex quo iuramento oritur ius executiuum, vt l. 2. & l. sed & si possessori. §. cum de hæredi. ff. de iureiur. hoc tenet Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. ver. 19. Bartol. dicit expresse in d. l. 3. in vlti. quæst. vbi concludit omnibus his casibus executionem summarie fiendam esse secundum formam l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iu. Circa quam conuentionalem executionem qua personę possunt hoc promittere, & de modo constituendi tale ius executiuum de tempore quando effectualiter incipiat competere, & de officio iudicis quando ad hoc additur plene per 5. quæst. hoc examinat Bartol. in d. l. 3. & scriptis per eum in 1. quæst. ibi adde nota. per Ioa. Andr. & Anto. de Butr. in cap. verum. de foro compet. & in 4. quęst. nota. per Innoc. in cap. olim. de priuil. in glo. per portarium, & scripta per Angel. in l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. 10. Secundo
69 casu † conuentio, quòd liceat creditori capere debitorem inuitum, & captum pro debito retinere in carcere priuato, nõ valet, ne maioris tumultus causa fit. ff. de re iur. l. nõ est singulare. & quia nõ multum à specie seruitutis differt, si facultas recedẽdi non dat. ff. de li. ho. exhi. l. 2. & ob æs alienum seruire libero iura compelli creditoribus nõ patiũtur. C. de act. & obli. l. ob ęs. & auth. immo ibi posita, sumpta ex corpore, vt nulli iudicum. §. qa vero. colla. 9. & de pig. in ca. lator. & quia hominem carcerare est contra bonos mores, ideò nõ valet. C. de pact.

pacta.

l.pacta. q. seq. Item eisdem rationibus in carcere publico:& quia incarceratio est meri imperij, vt nota. in l.imperium.ff.de iurisdict.om.iudic.& ea quæ sunt meri imperij à partibus concedi non possunt.l.priuatorum.C.de iurisdict. omn.iud. & quia nemo potest se dare alicui, vt faciat iniuriam.l.1.§.vsque adeo.ff.de iureiurando,& nemo est dominus membrorum suorum. ff. ad l.Aquil.l. liber homo, quibus rationibus reprobata glo. Bartol.in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. tenet, quòd sicut quis non potest se dare alicui, ad torquendum, sic nec ad carcerandum:& sicut non tenet pactum de capiendo, minus tenebit de carcerando, ad quam carcerationem sine captura contra initium non deuenitur, & hoc tenet Bartol. post Dyn. in l.alia.§.eleganter.ff. solut. matrim. nec ob. quod per legem siue statutum fieri possit, quòd pro debito quis in carcere publico detrudatur, vt.ff.de suspe. tu.l.3.§. tutores. & dictum est in præcedenti quæst. quia non sequitur; ergo per pactum, vt per Bartol. ibi. & sic dictum domini Augustini in l.nemo carcerem, quòd per pactum fieri potest, vt debitor à creditore in carcere publico detrudatur, nõ procedit. fallit prædicta regula in casu l.fi.C.de capt.&postli.reuer. videlicet, in capto ab hostibus, & reuerso redempto, qui ex pacto à redẽptore potest vsque ad satisfactionem debiti in carcere priuato,
70 & publico retineri. † Fallit etiam in debitore suspecto de fuga, qui ex pacto in causa suspicionis posset capi, & in omnibus casibus à iure permissis, vt l. ait prætor. §. si bitorem.ff.quæ in frau.cre. & in aliis casibus notatis pe Bartol. & Ioa. Andr. in d.capit.lator.de pig. dico pacisci posse, quòd suspectus capiatur, & ad iudicem ducatur, per d.§.si debitorem. non autem, quòd in carcere publico, vel priuato auctoritate propria teneatur, quia hoc non licet de iure, vt ff.de adul. l. capite quinto. ergo nec ex pacto, vt dictum est. & no. in d §. si debitorem. Conuentio autem, quòd ad instantiam debitoris capi possit per iudicem, vel, quòd de mandato iudicis debitor debeat ponere manum ad standum.& ibidem non recedere antequam soluat, tenet, vt d.l.non est singulis.& colligitur

gitur ex dictis Bart. in d. §. eleganter. Et quia nil repugnat debitorem per iudicem carcerari pro debito, vt d. l. 3. §. tutores. & d. l. nemo carcerem. C. qui bo. cede. pos. l. 1. & facit quod no. ff. de priui. credi. l. si creditores. per Bart. conuẽtio autem de stãdo in certo loco similiter nõ valet per superius dicta non ob. cap. ex rescripto. de iureiu. vbi monachus fuit datus in obsidẽ pro debito per abbatem: quia illud verũ intelligo pro debito publico videlicet ecclesiæ quod publicum censetur: secus in debito priuato. pro hoc. C. de exact. tri. l. 2. lib. 10. & quod nota. Io. And. in d. c. lator. in glo. in vinculis. in nouella.

71 Trigesimotertio. Quæro, Circa materiam statuto caueturt † quod instãtia finiatur cursu 20. dierum; nunquid si petatur executio instrumẽti, vel sentẽtiæ finiatur instãtia dicto tempore? Bal. in l. 1. C. de iur. cal. in verbo, instãtia. videtur sentire per illum tex. quòd sic, per quem patet, quòd quilibet articulis habet instãtiam. Sed aduocati Perusini antiqui, vt ipse dicit, tenuerũt cõtrarium: quia instrumẽtum ex forma statuti habet vim sentẽtiæ, & post sentẽtiam non est instãtia: & hanc opin. sequitur ipse in l. 1. §. 1: ff. si quis ius di. non ob. quia cum procedatur sine litis contesta. vel quasi, ergo non est instantia. Et quia vbi petitur executio, causa expeditur per sentẽtiã interlocutoriam, vt l. minor 25. annis. cui fideicommissum. ff. de mino. & hoc si agitur officio iudicis ad executionem sententiæ: secus si ageretur actione in factum resultante ex sentẽtia, vel actione resultante ex instrumento, & non via executiua: quia tunc certum est, quòd foret instantia; vt ff. de petit. hære. l. item veniunt. idem recte. vbi text. dicit quod fit lite contestata: ergo est instantia, & loquitur ipse in sententia. idem tamen dicit si petatur executio instrumenti. hanc opinio. videlicet, causam executionis instrumenti, non fieri triennio, per l. properandum. C. de iudi. tenet idem Bald. in l. secunda. C. de execut. rei iudic. hanc. etiam opinionem non finiri cursu 20. dierum causam executionis instrumẽtornm in executione, tenet in l. litibus. C. de agri. & censib. lib. 11. & hanc opin. puto veram; quoniam statu-

ſtatutum diſponens de inſtantia,debet intelligi in potiori,& propriori ſignificatu.ff.ſi ager.vect.vel emphy.pe.l.1.§.qui in perpetuum.qui potior & proprior ſignificatus complectitur inſtantiam totius cauſę,non vnius articuli. Idem & fortius puto ſi ſtatutum dicat, quòd lis & cauſa finiri debeat intra 20. dies: quia lis proprie intelligitur poſt litis conteſta. cauſa vero ante litem conteſta.& poſt,vt no.Bar. in l. cauſas. C. de tranſact. appellatione cauſæ proprie continetur tota cauſa, non capitulum ſolum,ſeu vnus articulus cauſæ. tex.eſt & glo.in l.generaliter.circa princ.C.de reb.cred.

72 TRigeſimoquarto.Quæro,† Confectum eſt inſtrumẽtum publicum per notarium Peruſinum de contractu Peruſij celebrato inter Peruſinum, & quendam de Canario,vnde ſum oriũdus,& in vtroque viget ſtatutum quòd inſtrumenta publica mandentur executioni ſicut ſentẽtia: petit Peruſinus excutionem inſtrumẽti coram poteſtate dictæ terræ Canarij, quæritur, an poſſit. Conclude,quòd ſi petitur executio ex forma ſtatuti ciuitatis Peruſij,non procederet petitio,quoniam ſtatuta litis ordinatoria non egrediũtur iuriſdictionem ſtatuẽtium, vt ſcribit Bartol.in l.cunctos populos. vbi plene diſputauit C.de ſum.tri.& fid.cath.Si vero petitur executio ex forma ſtatuti dicti caſtri, procedit petitio, licet in ſententia non procederet, quia non poſſet eius executio peti coram poteſtate dicti caſtri tanquam corã iudice alterius territorij, neque per iudicem alterius territorij executioni mandari, niſi ad litteras poteſtatis ciuitatis Peruſij,vt plene diſputans tenet Spe.in titu.de exec.ſen.§.breuiter,ver.quid ſi iudex Peruſinus,& Cy.in l.1.C. de cõfeſſ.in 9.q. & Barto. in l.a diuo Pio.§.ſententiam Romæ dictam.ff.de re iud.Ratio diuerſitatis eſt, quia ſententia habet ſuum executorem,videlicet ordinarium proferentem vel allegantem, ſed inſtrumentum non: quoniam notarius præcipiens in inſtrumento guarentigiam, vel coram quo fit confeſſio in inſtrumento confeſſionato, vel in inſtrumento ſimili executionem merente ex forma ſtatuti, non habet exequendi facultatem vnde non

requiruntur litteræ notarij : Sic eadem ratione dicendum foret in laudo, quod executionem meretur ex forma statuti, quod posset exequi sine litteris arbitri:& hoc in his casibus tenet Bartol. in d.§. sententiam Romæ dictam.in vlti.quęst. dicens sic consuetudine seruari,& verum est:ex quibus liquet, quòd si Canarij in loco in quo agitur non foret statutum, agi oportet via ordinaria, quia Canarij nō attēderetur statutum Perusinum. Quod de sententia dictum est verum esse intelligo si petatur executio sententiæ in vi sententiæ : secus si petatur executio in vi publici instrumenti, & de sententia liqueat publico instrumento, vt infra proxi.q. dicam.& vide ad materiam Bald.in l.1.C. de execu.rei iud.

Trigesimoquinto. Quæro, Iuxta præmissa, & pro intelligētia clara totius materiæ, cum simus in ma-
73 teria executionis instrumentorum publicorum,† Quid contineatur appellatione publici instrumenti. Respondeo. Nomen instrumenti sumitur largissime, large, & stricte. Est enim instrumenti nomen generale, comprehendens in se quodlibet vas domus, & quamlibet machinam, violam, & citharam, vt ff.de fund. instru.l. 1.§. quæsitum.& per totum.Quinimmo aliquando naturale deesse dicitur instrumentum quando ita stricta est quod non potest fieri matrimonium. de frigi. & male. cap.ex litteris,& c.fraternitatis.Restringitur autem large assumendo instrumētum & comprehendit id tantum, quod probationem, & fidem facit iudici & ipsius mentem instruit, vnde & testes appellatione instrumentorum continentur.ff.de fi.instrum.l.1.ff. de verb.sign.l.notionem. §.instrumentorum.de test.cap. peruenit. Specialius autem & stricte accipitur pro scriptura ad alicuius probationem in posterum faciendam ff. de pig.l. contrahitur. & de fi.instrum.per totum.fuit hæc quasi ad litteram distin. Hostien. in hoc extensius loquens in sum. de fi. instrum.§.1. cui in vltimo dicto concordat Spec. in tit.de instrum.edi.§. 1.ver.& licet,qui significatus stricte sumptus refert ad omnes scripturam, seu ad omne id ex quo causa instruitur, vt d.l. 1.ff. de fi. instrument. cum concor.vt

cor.vt

cor. vt patet ex supradictis. & dicit Ioa. Andr. & post eum Anto. de Butr. in rub. de fi. instrum. & in Spec. de instru. edi. super rubr. post prin. in d. §. 1. in addi. quòd instrumentorum plures sunt species, de quibus plene in Spe. eo. tit. §. nunc dicẽdum. & de fi. instrum. ca. 1. & 2. vbi de hoc per Docto. Quarum vna instrumẽtorum publicum
74 diffinit in d. §. 1. dicens. † Instrumẽtum ex solemnis, & rite ordinata scriptura per authenticæ personæ manum publicam causa memoriæ facta; & describi dicitur instrumentum dictum eo, quòd instruit. Omnis igitur solemnis, & rite ordinata scriptura per manum publici notarij causa memoriæ, seu probationis factã, dicitur instrumentum, & appellatione instrumẽti continentur. Et de instrumento huiusmodi intelligitur statutum in tota nostra materia. Et extra hoc patet, quòd statutum, sententia, laudum, de quo patet publico instrumento, instrumenti appellatione continentur: quod tenet Bartol. de iur. fis. l. in fraudem. §. sed neque. vbi concludit, quòd falsans acta, seu instrumenta, punitur pœna statuti loquentis de pœna falsantis publicum instrumentum, ratione prædicta. Et ex hoc patet, quòd si petitur executio sentẽtiæ in vi publici instrumẽti coram iudice alterius territorij vbi est statutum, ꝙ instrumenta publica exequentur, ꝙ fieri potest sine litteris iudicis sententiã proferẽtis; licet secus si peteretur in vi sententię. Rationem vidistis in præcedenti q. & adde quod dicam infra proxima quæst.

75 TRigesimosexto. Quæro, † Statutum disponit, quòd certæ exceptiones, quæ permittuntur à statuto opponi contra publicum instrumentum quod exequi petitur, non possint probari, nisi per publicum instrumentum, reus non habet instrumentum penes se solutionis, an aliquo remedio occurratur. Respon. Sic: quia potest instrumentare, quòd iudex ex officio testes recipiat, quibus receptis, & publicatis iudicis officio tuebitur, sicut dicimus in eo qui iurauit non probare solutionem nisi per instrumentum, vt nota. Spec. in tit. de probatione. §. vide. ver. quid si debitor. facit de iureiurando capit. ad nostram. Quinimmo tuebitur exceptione sua per

instru-

instrumentum probata, cum de attestationibus rite receptis, & probantibus liqueat publica scriptura, & sic publico instrumento, vt patet ex dictis in proxim. quæst. Quo autem remedio succurratur ei, si foret exactus hoc casu. Respondeo, Potest agere conditione sine causa ad id quod soluit, secundum Bart. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. inde. dicam latius infra quæst. 54. An autem per statutum vel pactum fieri possit, quòd debitor probare non possit solutionem, nisi per instrumentum, ponit Spec. in d. §. ver. sed pone. post Hostien. in titu. de renun. §. quæ possunt. ver. quid de pacto. & post eos Ioa. And. in cap. si diligenti. de foro compet. super. 1. glo. & post eum do. Ant. de Butr. & Cy. in l. penult. C. de pact. & communis conclusio est, quòd nõ teneat pactum, statutum vero teneat. Nec ob. quod nota. per glo. C. de decre. decur. super rubrica, quia respondeo per not. Bart. in l. nec impossibile. ff. de pactis.

76 TRigesimoseptimo. Quæro, Quando † statutum disponit, quod instrumentum scriptum manu publici notarij mandetur executioni, an habeat locum in sumpto iudicis auctoritate, iuxta not. in auth. si quis in aliquo documẽto. C. de eden. & c. pen. & c. fi. de fi. instrum. Respondeo, non, quia nõ est scriptum manu publici notarij inde rogati. secus si simpliciter dicat manu publici notarij; & quia sic sumptũ est manu publici notarij transumentis cum solemnitatibus requisitis à iure, de quibus in d. auth. si quis in aliquo documento. & d. cap. pe. & fi. per Doct. facit quod dixi supra in 35. q.

77 TRigesimooctauo. Quæro, † Iuxta proxime dicta actor non producit sumptum, sed producit protocollum notarij mortui vel viuentis uon curo; & petit executionem ipsius sicut publici instrumenti, an possit. Respondeo, Non: quia bastardelli, & protocolli notariorum, licet habeant signa, & omnia substantialia, tamen non probant; sed opus est, quòd transumantur iudicis auctoritate, & tunc sumptum fidem facit, secundum Ioa. Andr. in tit. de instrum. edi. §. dicendum. ver. & no. quòd tabellio. & Anton. de Butr. in capit.

cum

cum P. tabellio. de fi. instrum.

78 Trigesimonono. Quæro, † Pone petitur executio instrumenti, in quo debitor se obligauit procuratori creditoris; opponit debitor de actione non cessa per procuratorem, an procedat petitio executionis, non docto per agentem de cessione. Dicas, quòd sic: quoniam & si actio quæsita per procuratorem sine cessione domino non quæratur, vt ff. de acquir. poss. l. pen. §. & si possessio. tamen præceptum notarij in instrumento guarentigiæ vel confessionato, seu auctoritas notario simplex instrumentum conficienti per statutum attributa, operatur, vt perinde habeatur, ac si esset factum in iudicio per procuratorem; quo casu quæritur sine cessione. ff. de mino. l. in causæ. in fin. secundum Bartholum in d. §. & si possessio.

79 Qvadragesimo. Quæro, † si instrumenta habent vim rei iudicatæ ex forma statuti, an debitor statim sit constitutus in mora sicut per sententiam, immo per lit. conte. C. de rei ven. l. certum. vel an sit opus noua interpellatione. Respon. Non cõstituitur statim in mora, quia id foret inconueniens. ff. de solu. l. quod dicimus, sed noua interpellatione opus est, sicut in eo qui iuramento obligatur, & sic seruat consuetudo, secundum Bar. ff. de iureiur. l. eum qui. §. si iurauero.

Qvadragesimoprimo. Quæro, An instrumenta huiusmodi possint statim exequi. Respondeo, Non videtur, si dicat statutum, quod habeat executionem sicut sententia, cum sententia non transeat in rem iudicatam, nisi post 10. dies. de appel. auth. hodie. dic contra, quia cum obligatio sit pura, statim exequi potest. ff. de verb. oblig. l. eum qui Calendis. & sententia ideo executioni non mandetur, quia ab ea appellari potest, sed ab instrumẽto consensu partium inito appellari non potest. ff. appell. l. à sententia. §. idem rescripsit. vnde sicut sententia à qua non potest appellari, statim potest exequi, vt not. Ioan. Andr. in titu. de execu. sententiæ. §. videndum. & §. porro. in addi. Spec. sic & in instrumentum habens vim sententiæ.

Qua-

QVadrageſimoſecundo. Quæro, iuxta præmiſſa, cum in confeſſum fiat præceptum decem dierum, vt l. ſi debitori. ff. de iudi. & iudicatis detur ſpatium quatuor menſium, quę ſpatia miſerationis cauſa indulgētur, præſtita tamen per confeſſum vel condemnatum ſatiſdatione de ſoluendo, vt d. l. ſi debitori. aliàs poſſet debitor ca-
80 pi & carcerari ſecundum Bar. ibi. † An hæc tempora vel alterum eorum indulgentur in executione inſtrumentorum ſi ſtatutum dicat, ꝙ executioni mandētur, vel, quòd habeant executionem paratam. Reſpond. In confeſſum de iure debet fieri executio, ſicut in condemnatis poſt quadrimeſtre præſtita ſatiſdatione. Sed de conſuetudine in confeſſum dantur decem dies, ſecundum Bar. in d. l. ſi debitori. Idem puto in executione inſtrumentorum, ſi ſtatutum dicat, quòd executioni mandentur, ſicut ſententiæ, ſeu ſicut res iudicata. Sed ſi dicat, quòd executioni mandetur, quòd habeat executionem paratam, tunc cum obligatio ſit parata, ſtatim fieri poterit executio. ff. de verborum obliga. l. eum qui calendis. nam in contractibus non ineſt tempus, quod datur iudicatis vel confeſſis miſerationis cauſa, vt ibi. qua ratione ſi laudum arbitratoris habet ex forma ſtatuti executionem paratam, ſtatim fieri poſſet executio, quia accedit ad cōtractum tranſactionis, non ad ſententiam iudicialem, vt no. de iureiur. c. quintauallis. per Innoc. hoc ſentit Bart. C. de execut. rei iudicat. l. eos. ſecus putarem in laudo arbitri, eo caſu quo de iure vel ex forma ſtatuti ex eo oriretur actio, per not. per Docto. C. de arb. l. 1. & l. nemo poteſt. de leg. 1. per Bar. qui dicit eo caſu, ſicut à ſentētia appellari poſſe, adhibito tamē aliquali temporis ſpatio iudicis arbitrio moderando à die celebrati contractus, ne creditori ire liceat cum ſacco parato. ff. de ſolu. l. quòd dicimus. & quod no. ff de conſt. pec. l. promiſſor. per Bart. plenius in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. ob. per Bart. in q. illa quando committitur ſtipulatio pura, facit quod no. Spec. in tit. de arb. §. ſequitur. ver. pone igitur.

QVadrageſimotertio. Quæro, Cum in executione ſententiæ interdum non requiratur citatio, vt ſcri-

psit Innoc.in cap.ex ratione de app.& Bartol.in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.& per Bald. in l.1.C.de iur.& fact.ignor.in fin.& in cap. ex ratione.ad finem.de appel.& vide omnino Bal. in l. ordo.in vlti.col.C.de iu-
81 di.vbi dicit, † quòd corā iudice nouo semper est facienda citatio in executione, maxime post longum temporis interuallum, an in executione instrumentorū citatio requiratur. Respondeo, Sic: quia ante nil est cognitum de causa, vnde necesse est à citatione incipere, vt Institu. de pæ.teme.liti. §. fin. & quia non potest constare iudici ante citationem an instrumentum sit instrumentum, & an reus habeat aduersus eum exceptionem aliquam à statuto permissam vel concessam, seu non exclusam, & an instrumentum sit exequibile, quinimmo si fieret executio parte non citata: tanquam nulla statim reuocaretur quatenus de facto facta est, vt no. ff.de bonor. possess. l.3.§.si causa cognita.& l.minor. in prin.de euict.& vult Bald.in l.ab executore.C. quo.ap.non re.& hoc verum, nisi per statutum aliter disponatur, vt si statutum dicat, vt ipso publico instrumento præcipi debeat debitori, ꝙ soluat, & de palatio non recedat: quo casu etiam per epistolam fieri potest, secundum Bal.C.commi. vel episto. super rubrica.

82 QVadragesimoquarto. Quæro, † Conductio finito tempore tacite intelligitur renouata, An si prima conductio facta fuerit per publicum instrum executionem paratam habens, an renouari intelligatur cum virtute instrumenti. Respondeo, Non: quia renouatio tacite intelligitur fieri quo ad ea, quæ tacite renouari possunt per solum hominis intellectum: secus si aliquid requiratur ab extra, vt scriptura quæ tacite fieri non potest, quia tacite non scribitur, nec tacite fit præceptum guarentigiæ, cum non sit in potestate partium, secundum Bal.in l. legem.C. loca.

QVadragesimoquinto. Quæro, Cum fideiussor agere non possit, nisi sit condemnatus, & in certis alijs casibus de quibus in cap.fin.de fideiuss. an si sit obligatus per instrumentum, quod executionem tueretur, statim

agere

agere possit. Respon. Sic, secundum Cy. in l.certum.C. fam.ercisc.& Bald. in l.1.& Bart. in l. fideiussor pro venditore.ff.de fideiuss.

83 QVadragesimosexto. Quæro,†An in causa executionis publicorum instrumẽtorum liceat ei cõtra quẽ petitur executio appellare.Respond. Dicit glo.1.& 5. in l.ab executore.C.quo.ap.non re. quòd potest à pronuntiatione de exequendo appellari, non ab executione facti,& idem Specu.in titu. de app.§.in quibus. ver.quinto.& Bartol.in d.l.ab executore. & in l.si cum exceptione.§. hæc autem actio.ff. quod metus causa. Qua ratione Bal.in d.l.ab executore. in recollectis.dicit, quòd cautela volentis euadere appellationem, quando prætextu instrumẽti guarentigiati fit, executio est, quòd non pronuntietur instrumentum esse exequendum, sed incipiat ab executione. Tamen verius est, quòd etiam à pronuntia de exequẽdo appellari non potest,quia eadem est ratio de pronuntia exequendi, quæ de executione, secundum Old.vt Cy.refert in d.l.ab executore.ff.de appellat. & latius declarans,hoc tenet Ioan.Andr.in prænalle.titu. ver.quinto.in addi. Spe.dicens. hoc tenuisse Odofred.& Guil.quòd videlicet siue iudex exequatur instrumentum facto, siue pronuntietur exequendum,vt nonappelletur, & sit ratio vt sit finis litium.C.de transact.l.fratris.de dolo & contum.cap.finem.& cap.fi. in princ. & ne lex imponatur verbis.C.communia delega.l. 2.de elect. capit.
84 omissa.§.2.lib.6.& † quia secundum legistas ab interlocutoria non appellatur.C.quo.appell.non re.l.2.& quia prohibitio simplex manauit, ergo sit tenenda.ff.de pub. l.de pretio. secũdum Io.And. & hæc procedũt, siue executio petatur per actionem in factum , siue iudicis officio,secundum Ioa.And.ibi.& sic cum sentẽtia per actionem in factum, ex re iudicatã debeat esse, vt pronuntietur sententiam exequendam, à tali sententia non potest appellari, vt dictum est, & apertius hæc duo tenet Specul.in titu.de execu.sen.§. breuiter. verb. sed secundum. & Ioa.And. ibi aperiens dictum Speculat.quod sequitur Ant.de But.in ca. quo ad consultationem.de re iud.ad fi.

pen. colum. Et hoc ea ratione, quòd sentētia de exequēdo huiusmodi est de executione primæ principalis sententiæ, & pars executionis, & ab executione non appellatur, secundum Specu. & Ioa. And. in d. §. sed secundum Ioan. sic & pronuntia de exequendo est executio primæ sententiæ, & quædam declaratio, à qua non appellatur. qua ratione idem tenuit Bal. de spe. non faciens mentio
85 nem in d. l. ab. executore. C. quo. ap. non re.† Ex quo patet, quòd siue dixerimus sententiam de exequendo fore diffinitiuam, vt quando fertur sententia diffinitiua super petitione executionis, siue per actionem in factum, qua pronuntiatur sententiam exequendam, vt supra, siue interlocutoriam, vt quādo pronuntiatur sentētia exequenda sup petitione executionis iudicis officiò nobili à sententia, siue pronūciatione huiusmodi supra dictis rationibus appellari non posse, quod procedit nisi in pronuncia de exequendo, vel in executione facti modus excedatur, quia tunc ratione excessus licet appellari, secundum omnes Doctores in locis prædictis. Et adde limitationē quam pono in seq. q. Et ex his dico, quòd siue petatur executio instrumēti per actionem descendentem ex contractu, siue iudicis officio, à sentētia appellari nō poterit nisi modus excedatur, vt dictum est. Et si agatur actione descendente ex contractu, modus concludēdi in libello & sentētiandi est, quòd petatur instrumētum exequi, & pronuntietur exequendum, sicut in sentētia dictum est; quod est bene notandum: secus putarem si concluderet conuentum condemnari, & condemnatum cogi ad soluendum, quia tunc necessario oporteret pronuntiari, seu sententiari iuxta petitionem, si sibi imputet agens de simo. cap. licet heli. de verb. sig. clement. sæpe. & quod ibi not. vnde agens debet esse cautus, quòd concludat conuentum astringi ad soluēdum secundum formam instrumenti, non autem concludat eum condemnari ad soluendum.

QVadragesimoseptimo, Quæro, quod dictū est in præcedēti quæstione ab executione appellari non pos-
86 se, † An procedat quo ad omnē appellationis effectum.

Respon-

Resp.Non:quoniam id verum est ab executione appellari non posse, quo ad finem impediendi executionis, seu meri executoris processum: sed quo ad finem deuoluēdi causam appellationis ad superiorem, tenet appellatio, etiam à mero executore interposita, vt not.Spec.in tit. de act.& pet.§. super actionibus & petitionibus.versic. sed quid si antequam.in 5.col.quo tamen casu appellatio nō iustificatur ex sola obligatione probationis, sicut iustificatur, si executor assumeret partes cognitoris, vt no.Inn. de elect. cum inter canonicos.& Spe.in d.ver.sed quid si antequam.secūdum Ant.de But.vt præmittitur, dicētem in c.dilecto.de app.in 2.col.

QVadragesimooctauo. Quæro, Iuxta præmissa, vt sciatur
87 † quando modus exceditur in causa appellationis qualis debeat esse processus, an sicut quando appellatur ad interlocutoria, an à diffinitiua. Pro cuius quæst.decisione videri oportet vtrum cum pronuntiatur instrumentum exequendum, sit interlocutoria vel diffinitiua: Respondeo. Est interlocutoria, & sic cum expressione causæ, videlicet, ex eo quia modus excedatur, & in quo & aliàs appellatio non tenet, secundum Barto.in d.l.ab executore.& clarius per Specula. in titu.de execu.sen.§. nunc videndum. versi. quid si ab executore. & ver. nunquid.cum enim non possit appellari, nisi modus excedatur, vt superius dictum est, modum excedere nō potest, nisi causa expressa, secūdum Bartol. & Speculat. vbi supra,& Ioa.Andr. in præalleg.§. in quibus.versic.5. & sic secūdum eos est mera interlocutoria. Pro hoc facit quod no.in auth.de hære.& fal.§. si quis autem nō implens. in glo. super verbo decreto incipit. scilicet admonitorio,
88 quæ vult, † quòd monitio iudicis facta hæredi, quòd soluat legata sit interlocutoria, & per hoc dicit ibi Ang.apparet, quòd iudex qui præcepit debitori, quòd secūdum formam l.si debitori. ff. de iudic. vel etiam neganti, vel forte mandando instrumentum confessionatum executioni mandari, secundum formam statutorum Italiæ præcipiēdo dicitur ferre interlocutoriam, non diffinitiuam secundum eum. Hæc intellige quando talis pronuntia

tendit solum ad finem executionis, & productio instrumenti fit sine aliqua causæ cognitione : secus si fiat post terminum ad opponẽdum, & dicẽdum quare instrumentum non debeat pronuntiari exequẽdum, & sic fiat cum causæ cognitione, quia tunc habet vim diffinitiuæ, & de ea, vt de diffinitiua est censendum, secũdum theoricam Ioa. Andr. in ca. peruenit. de app. & Bar. in l. non fatetur. ff. de confe. quo casu non habet vim diffinitiuę, quia principale negotium diffinit, & non plus per diffinitiuam operari posset. argum. eorum quæ dicit Ioa. Andr. in 1. gl. de appellat.

89 QVadragesimonono. Quæro, † Iuxta præmissa pronuntiatur instrumentum exequẽdum, pone ad rem venditam cõtra venditorem, venditor expressa iusta causa appellat, emptor petit fructus rei venditæ sequestrari, seu rem venditam: quæritur, nunquid possit. Respondeo; Sic: quoniam & si quando appellatur à sententia diffinitiua non fiat sequestrum, nisi persona sit suspecta, vt nota. ff. de appell. l. Imperatores. & de sequestra. possess. & fruct. ca. fi. tamen in proposito cum appelletur ab executione seu mixtim ab executione & interlocutoria, sequestrum fieri debet indistincte, vt fit quando appellatur ab executione sententiæ, vt d. l. ab executore. C. quo appell. non re.

QVinquagesimo. Quæro, An exclusus ex forma statuti ab exceptionibus proponẽdis, possit iudicis officium implorare, per quod creditor ab agendo, seu à petẽdo executionem, prohibeatur. Respõdeo. Sic: quia prohibitus excipere, nõ prohibetur iudicis officium implorare, vt. ff. de pe. hær. l. plane. & l. fi. & l. 3. in fi. ff. n au. cau. stab. & in d. §. & parui refert. & in d. l. plane.

90 QVinquagesimoprimo. Quęro, Iuxta ꝓximam q. † Si debitor exceptione à statuto exclusa munitus, iudicis officium imploret, an lite pendente creditor impediatur executionem petere, vel creditor petit executionem, reus implorat iudicis officium, an executio retardetur. Respondeo, Iudicis officium nititur æquitate respectu vtriusque partis, videlicet ne creditor cum aliena ia-

na iactura lucretur, & debitor damnum patiatur. Si igitur iudicis tam officium imploratum requirat altiorem indaginem, quàm executio, quę petitur per creditorem, vt quia requirat ordinem iudicij, iuxta no. in ca. fi. de offic. iudi. tunc executio non impeditur, siue iudicis officium imploretur coram eodem iudice, siue & fortius coram diuerso, sicut dictum est, si petatur in integrum restitutio, & si opponuntur aliæ exceptiones, quia non foret æquitas, quòd executio retardaretur propter iudicium ordinarium intentatum, & cui denegatur defensio, multo magis actio. C. de transaction. l. nec intentio. Si vero non requiret altiorem indaginem, vt quia haberet instrumentum de exceptione cōpetente, quod similiter executionem mereretur, tunc executio impeditur, quia sic dictat æquitas, & sic hoc casu non denegatur exceptio, & quia est quædam mutua petitio, quæ similiter terminari debet, cum æqua instrumēta sunt priuilegiata, vt no. de mutu. petit. capitu. primo & l. prima. §. fi. de vari. & extraaordinar. cog. per Bartol. & in auth. & consequenter. per Doct. de. sent. & interl. om. iu. melius in d. ca. 1. de. mutu. peti. & idem dico si per viam nullitatis agatur, quia creditor petat exequi, & debitor instrumentum nullum pronuntiari, vel econtra debitor petat instrumentum nullum pronuntiari, & creditor petat exequi coram eodem iudice.

QVinquagesimosecundo. Iuxta pręmissa Quæro, Dictum est abunde supra in 11. quæst. quòd exceptio nullitatis, quæ pōt incontinenti probari, impedit execu-
91 tionem instrumenti. † Sed quid si commissa sit causa nullitatis ad instantiam debitoris vni iudici, & creditor petat executionem coram iudice ordinario causæ: cui iudex delegatus nullitatis inhibet, ne nullitatis causa indecisa pēdente, procedat tam iudici, quàm parti, nihilominus iudex ordinarius causæ ad instātiam creditoris commissione & inhibitionē non obstante exequitur instrūmentū, an teneat executio facta lite pendente, & inhibitionem. Resp. Sic: quia motio huius litis nō impedit executionem, prout expresse no. Innoc. in cap. cum in iure.

de offic.delega.super verbo,de mãdato.nec impedit inhibitum, quia non impeditur litis prosecutio super nullitate, quia hoc speciale est quando res diffinitiuæ sentẽtiæ cõformes latæ sunt,vt in clem.1.de re iud. quæ ponit ius nouũ & specialem casum:& si agẽs obtinebit in causa nullitatis, obtinebit reuocationem executionis.de restitt. in integr. capit. suscitata. C. de prec. imper. offer. quæ supplicatio. de proc.capit.in nostra. & capit. auditis. & de re iud. capitulo pastoralis. in clem. nec ob. ff. de iud. l. si prætor. in fi. ad quam responde vt respondet Innocent. in d. capit. cum in iure. & hoc tenent Do. de Rota eorum decisio. 280. Si vero ageretur de nullitate coram eodem iudice, dic vt in proxima quæst. dictum est.

92 QVinquagesimotertio. Quæro,Iuxta prędicta,† quid si statutum dictat, quòd nulla exceptio neque defensio admittatur.Bart.in d.§. & parui refert.dicit,quòd tunc neque iudicis officium poterit implorari: subdit tñ quòd tũc & forte poterunt à iudice exceptiones opponi, cum hæc generalitas sit nimis ampla. arg.ff.si quis cau.l. sed & si quis.§.quæsitum.& quod no.in glo.in ca.ex parte.de off.deleg.& sic recedit quasi à dictis suis,paulo ante in d.§. & parui refert. de quo dic vt dixi supra in 4. q. satis ample. In prædicta tñ l.plane.ff. de pet.hæred.tenet absolute, quòd hoc casu nõ possit iudicis officium implorari. Tu autem dicas, quòd nedum iudicis officium, sed neque iustæ exceptiones,per dicta generalia verba intelligũtur exclusæ,vt vult Specu.in titu. de oblig.& sol.§.1. ver.instrumẽtum.super ver. nullam aliam cõtrariam exceptionem,seu defensionem opponere, per quam cõuentionem non intelligũtur exclusæ iustæ exceptiones similes respectu verbi exceptionem,vt dixi supra in 1.quæst. Sed si statutum tolleret defensionem expresse vt in terminis tertiæ quæst.de exceptionibus dictum est, tunc putarem verum dictum Bar. ꝙ videlicet, iudicis offic.implorari nõ possit,vt si diceret statutum,quòd nõ obstãte exceptione solutionis,&c.& defensione, vt iuris agẽdi, seu mutuæ petitionis, & quibuscũque alijs exceptionibus, & de-

& defensionibus, instrumenta executioni mandentur, & fortius si diceret, non obstãte, quòd iudicis officiũ implo raretur, vel, quòd nõ possit implorari causa executionis instrumẽtorum, vt dicat statutũ ciuitatis Anconæ, quod dixi supra in tertia quæst.

93 QVinquagesimoquarto. Quæro, † quo remedio succurratur debitori exacto, qui habet iustas exceptiones, tamen à statuto exclusas. Respondeo, Quòd soluat, & repetat in conditione sine causa, secundum Bartol. in l. Iulianus verum debitorem. de condi. inde & in d. §. & parui refert, nec obstat quod repeti possit tãquam indebitum, quod soluitur iudicis mandato. C. de condi. inde. l. 1. quoniam id verum est, si ad reputãdum solutum competit solum condictio indebiti, vel sine causa: secus si illa actio competat. vt si volebam opponere exceptionem, dolo facis petere, quod restiturus es: nam non admissa exceptione huiusmodi solutum repetere possum actione mihi competente. At si haberem necessario condictionem indebiti, vel sine causa intentare, etiam non excludor, vt ff. mandati. l. si fideiussor. §. omnibus. & ff. de condictio. sine cau. l. si fullo. Nec obstat l. 1. de condi. inde. quia loquitur eo casu quo in primo iudicio examinari potuit, an forte debitum, vel indebitum. argum. eorum, quæ ibi scribit Cy. facit de iureiurando capit. debitores. vbi debitores propter iuramẽtum coguntur soluere vsuras, & repetunt, quia obstante iuramento, seu exceptione vsuraria tueri nõ potuerunt. Nam soluens quia ex forma statuti nõ potest opponere exceptionem doli, vel metus, non dicitur instrumentum approbare. Sed videtur soluere ne capiatur, ideo solutum repetere potest, secundum Bartol. C. quod met. ca. l. 2. ad fi. Ex quo ibid. Bart. not. quòd licet statutum tollat exceptionem habentem in se naturalem æquitatem, tamẽ soluens repetere potest non quia tutus exceptione, sed quia tutus naturali æquitate. quod dicit esse notandum.

94 QVinquagesimoquinto. Quæro, † Quando petitur executio instrumenti continẽtis debitum frumenti, vini, vel olei, vtrum habeatur ratio æstimationis à

tempo-

tempore moræ. Respondeo, secundum opi. glo. in l. in hac.ff.de triti.non habetur:quia officiū iudicis exequentis se non extendit ad hæc: sed super instrumento solum petitur executio & tempore celebrati instrumenti videtur lata sententia, & à tempore moræ vsque ad sententiam habetur ratio interesse, secundum glo. Sed Barto.tenet,quòd etiam post sententiam crescit æstimatio,vt l.3.§.in hac.ff.commoda.secundum lect.Bartol.& sic post instrumētum huiusmodi celebratum secundum eum, qui in his terminis hoc tenet in d. §. in hac.tetigit in l.vinum.ff.si cer.peta.quod intellige,videlicet crescere æstimationem deducto tempore, quod datur iudicatis, seu ad soluendum ex forma statuti. ff. de vsur.l. in fideicommissi.in principio,secundum eum.

55 Quinquagesimosexto. Quæro, † Dicat statutū,quòd non possit peti executio instrumenti post decem annos, an post decem annos possit creditor agere via ordinaria, & inducere instrumentum ad probationem debiti ad finem sententiæ condemnatoriæ exequendæ, non ad finem executionis. Bald. in l. plane.ff. quod fal.tutor.auct.dicit audiuisse Bartol. dicentem,quod sic. argum. d. l. Tu autem. dicit ipse, considera verba statuti, aut statutum disponit de exceptione contra executionem,aut contra debitum principale. Primo casu verum dicit Bartol.secūdo non.argum.de tute.& ratio.distra.l.1.§.in tutela. secundum eum. & sic Bartol. verum dicit in exemplo proposito quo statutum disponit de exceptione contra executionem. Ad hoc quod dixi supra in 4.& 6.q. Ad hoc, quia & si statutum disponat, quòd instrumenta habeant executionem, non propterea tollitur quominus possit ordinarie agi, & hoc probat, sicut si disponeret posse procedere sine figura iudicij, posset nihilominus ordinarie agi, vt in clem. sæpe.de verbo.significa. in fine. nisi per statutum tolleretur iudici potestas procedendi aliter,quàm per viam executiuam,vel mandaretur per principem iudici, quòd exequatur: nam eo casu non posset ordinarie agi, per ea quæ notantur in dicta clem.in fi.in glo.super verbo, non contradicentibus.

Quin-


96 QVinquagesimoseptimo. Quæro, † Si ex forma statuti obligatus debet astringi vigore publici instrumenti, saluis certis exceptionibus, an clericus succedēs laico debitori per instrumētum obligato poterit astringi coram iudice laico. Respondeo, Non: quia clericus etiam in realibus debet gaudere beneficio clericali, & conueniri in foro ecclesiastico, iuxta not. in authen. vt omnes obed. iudic. §. licet considerantes. & per Archi. de cleri. coniu. capit. 1. versi. 6. Et quia vbi contra hæredem debet fieri executio, oportet pręmitti vocationem et aliquam causæ cognitionē, quam in clerico iudex secularis pręmittere nō potest. arg. ad hæc quod no. per Innoc. de iudic. cap. quia V. secundum do. de Rota sic tenentes, eorum decisione 366. quæ incipit, Obligatus est ciuis Auinionensis, &c. in decisionibus nouis.

QVinquagesimooctauo. Quæro, Plane constat surdum, & mutum simul etiam à natura contrahere seu inire posse contractus, & omnia quæ consensu contrahūtur. ff. de act. & obli. l. in quibuscūque. ff. de reg. iur. l. non voce. ff. de pac. l. item quia. & quod ibi no. ff. de acqui. hære. l. mutum. vbi Bartol. ponit qualiter notarius rogatus debeat scribere instrumentum. de spon. ca. cum apud. & capit. tuæ. cum sim. dummodo mutus, & surdus intelligat quod agit. Instit. de hære. quali. & differ. §. 1. ff. de ver. obli. l. 1. in prin. & extense explicat Barto. ibi & latius Ioa. Andr. in d. cap. cum apud. vbi materiam muti, & surdi latius aliò explicat. Intelligere autem in dubio præsumitur, vt not. C. q. test. facere. poss. l. discretis in
97 ver. nō habeat. & C. de codicil. l. nec codicillos. † Quid ergo erit de contractibus huiusmodi, cum omnes contractus hodie fiant per stipulationem, an teneant. Bartol. in d. l. 1. §. si quis ita. de verb. oblig. dicit, quòd valent, vt contractus sine stipulatione celebrari, quia idem est intelligere per signa, & intelligere per nuntium, vt. ff. ad Treb. l. seruo inuito. §. si pupillo. Qua ratione si in instrummento non continetur mutuum, sed confessio mutui recepti non posset agi, ex tali instrumento ex vi stipulationis, sed deberet agi certi condictione ex mutuo

& pro-

& probaretur per confessionem contétam in instrumen to.Sed si instruméta huiusmodi habeát executionem paratam ex forma statuti, dicit, quòd cum talia instruméta guarentigiam continétia habeant vim sentétiæ, seu præcepti facti in confessum, forte aliud foret dicendum. Sed quia talia statuta sunt facti, non potest sentétiari, nisi verbis statutorum diligenter inspectis.ideo per te ipsum dispice, secundum Bar.in d.§. si quis ita. Ang.ibidem dicit quòd si statutum dicit exequi instra continentia præceptum guarentigiæ, tunc licet stipulatio sit inutilis, præceptum est vtile, sicut dicimus in sententia, vt l. cum putarem.ff.fami.ercifcun. posthumus.§. si quis ex his.ff.de inoffic.testa.Nihil aliud est quęrendum, nisi an præceptú sit factum. Si autem statutum disponit exequi instrumenta super obseruatione contractuum facta: tunc quia stipulatio inutilis non est contractus, non habet locum statutum, et non fit executio, secundum Ang.ibi, quorum neutrum dictum procedit; quia statutum disponens exequi instrumenta continentia præceptum guarentigiæ, &c. intelligitur de instrumentis validis, qualis non est stipulatio surdi & muti.l.4.§. códemnatum. ff.de re iud.si ad stipulationem pręceptum referatur, & si disponit exequi instrumenta super obseruatione contractum, habebit executionem vt contractus sine stipulatione celebratus. tene ergo Bar.quia si verba statuti referantur ad stipulationem, non habebit executionem. Si ad contractum, & tunc si subsistat sine stipulatione, sic.si vero non subsistat sine stipulatione, non. Ideo aduertenda sunt verba contractus & statuti, vt dixit Bart.

FINIS.




DE MA-

# DE MATERIA ANNATARVM

## AD ILLVSTRISSIMVM Et Reuerendiss. D. Carolum Cardin. Borromæum, Sermo.

*ANTONII MASSAE Gallesii ciuis Romani.*



1 
E Annatis, Carole Borromæe Cardinalis Amplissime, fortasse videri poterit conuenienter esse dictum, si toto sermone in tres quasi partes distributo, prius ponatur illa, ex quibus rei de qua agitur, haberi possit plena cognitio: Deinde probetur Annatarum exactionem, ex parte Pontificis iustam, & illarum solutionem, ex parte obtinentium beneficia debitam esse: Postremo describatur vsus, qui in illarum exactione, & solutione seruatur.

2 Pro sufficienti autem Annatarum cognitione, sciendum est, duas esse illarum species; quæ quoniam diuersam habent originem, & dissimilem proportionem; ideo titulum Tractatus, plurali nomine Annatarum, visum nobis est præponi debuisse. Quia tamen vna est ambarum causa prima, & ambæ de primi anni vacantium beneficiorum fructibus debentur, idcirco vnum & idem

per singulos impetrantes exprimitur: Hinc videre est, non propterea dictas esse Annatas, quòd complectantur totos anni fructus; sed vel quia(vt ante dictum est)ratione primi anni fructuum soluũtur; vel quia dicta Annata per Bonifacium IX. instituta, successit in locum reseruationis, quam antea facere solebant Pontifices pro Rom. Eccles.necessitatibus, de fructibus, & prouentibus vnius anni beneficiorum, quæ exinde vsque ad triennium, vel quinquẽnium, aut aliud tempus, in certis designatis prouinciis, vacarent; quos pro se, & Camera Apostolica, destinatis collectoribus, percipiebant; cuiusmodi exẽplum est in extrauaganti Ioannis XXII. quę incipit, Cum nonnullæ. sub titulo de præben. inter communes.

5 Ignoratio autem diuersitas dictarum specierum, errare fecit multos, qui tam pro annatis, quàm contra Annatas, à tempore dicti Concilij Constantiensis, in præsens vsque scripserunt; arbitrantes omnia esse vnum & idem: Ita vt impugnantes Annatas, cõtra omnes species, vsi fuerint argumentis, quæ duntaxat contra inuẽtam à Bonifacio IX. vel contra illas reseruationes fructuum primi anni, de quibus mentio fit in dicta extrauaganti, Cum nonnullæ. à recte intuentibus, opponi potuissent. Defendentes vero Annatas opinionem suam fundauerint potissimum, ex inferius recitanda narratione Ioannis Andreæ in cap. Inter cætera. de offic. ordi. & aliis auctoritatibus, & argumentis, commene, & minuta duntaxat seruitia concernentibus. Itaque merito laudabilis, in omnibusq; scientiis memorabilis videtur esse sententia Socratis, qui (auctore Xenophonte) affirmauit, illos qui scirent quid vnaquæque res esset, posse & alijs exponere, qui vero nescirent (aiebat) non mirandum esse, si & ipsi fallerentur, & aliis erroris causa fierent.

6 Videtur autem, pro præmissorum, & aliorum inferius dicendorum, clariori intelligentia, operæpretium fore, vt hic dicamus, quot exactionum genera soliti sint Romani Põtifices antiquitus de beneficiorum fructibus facere. Ea vero maiori ex parte colligi possũt, ex decreto

quodam

quodam facto per Carolum VI. Francorum Regem, in suo Parisino parlamento, sub die 11. Septembris, anno Dñi 1406. Vbi proposita satis prolixa querela contra
7 Benedictum XIII. Antipapam, cui ipse Rex, & Regnum suum, certis annis tanquam vero Pontifici, obediētiam præstiterant; subiungit verba, ex quibus in summa colligũtur sex genera exactionum, quæ ibi appellantur grauamina. Ait enim: Sed Benedictus supradictus, neque modum, neque pondus, neque mensuram in Ecclesia, & Ecclesiæ subiectis obseruare consueuerat; quin magis ipsos iugis, & seruitutis importabilibus premens; A nunnullis Defunctorum successoribus spolia auferendo; Ab alijs Prælaturarum, & beneficiorum vacātias extorquēdo; A quibusdam exigenda arreragia, tanquam debita præteritorum, & incognitorum temporum; A beneficiatis suorum, quæ de nouo obtinebāt, beneficiorum primam expetendo, & percipiendo annatam; Ab his, qui tempore subtractionis obedientiæ dudum sibi per nos, & Clerum Regni, ac Delfinatus nostrorum, factæ ad prælaturas, seu dignitates, aut alia ecclesiastica beneficia, promoti fuerant, fructus (quos dictæ subtractionis tempore male perceptos fuisse dicebat) recipere enitēdo: Et procurationes capiendo Prælatis, Archidiaconis, & alijs ordinariis pro visitatione debitas; Aliisque exactionibus, & extorsionibus indebitis adegerat, &c.

...a ex de ...o Caro ...Franco ...regis.

Animaduertendum est, quòd inter ipsa grauamina, dictus Rex non posuit commune, & minuta seruitia: ne-
8 que decimas, quæ antea solebant etiam per Pontifices, tam pro se, & Sede Apostolica, quàm pro aliis, & aliorum vtilitatem imponi, & præcipue in ipso Regno Franciæ ad Regum pro tempore commoditatem; vt habetur in clem. secunda. de decimis. & ibi per glos. & de vigesima, triennio pro succursu terræ sanctæ persoluenda, per Alexandrum tertium imposita, de qua habetur mentio per Honorium III. in capit. vltim. de voto, & voti red. cuius constitutionis, integre exemplum ponit Hostien. in capit. ad liberandum. de Iudæis. Itaque censendum est, dictum Carolum Regem hæc intacta dimisisse,

fiſſe, quoniam ea non habebat pro iniuſtis exactionibus, prout illo eodem anno, cum defuncto Romæ Innocentio VII. creatus eſſet Gregorius XII. Rex ipſe cum ſuo Regno dictum Gregorium pro vero Pontifice agnoſcentes, ab eo acceptuauerunt decretum reductiuum dictorum ſeruitiorum, & annatarum: cuius hæc ſunt verba. S.D.N. Gregorius, diuina prouidentia Papa XII. penſatis guerrarum claudibus, atque variis diſpendiis, quibus (proh dolor) Franciæ regnum his temporibus concutitur; pio ei compatiens affectu, non vult, nec intendit leuari, ſeu percipi, vltra medietatem fructum primi anni, ſeu communium, & minutorum ſeruitiorum, Eccleſiarum, ſeu Abbatiarum quæ in ipſo Regno & patria Delfinatus vacabũt, vſque ad quinquennium: quam medietatem vult leuari, atque exolui pro media parte infra octo menſes, à die habitæ poſſeſſionis pacificæ computandos; pro alia vero medietate, intra alios octo menſes ſubſequentes: & idem vult, & intendit obſeruari circa iam promotos, & aſſumptos à tempore aſſumptionis eiuſdem; nec debitum huiuſmodi in ſucceſſorem in Eccceſia, vel Monaſterio tranſeat. Et ſi bis, aut pluries infra eundem annum, vna Eccleſia, vel Monaſterium vacauerit; vult, & ordinat, quòd non ſoluantur commune, & minuta ſeruitia niſi ſemel. De cæteris autem dignitatibus, perſonatibus, & beneficiis ſecularibus, & regularibus quibuſcunque, quæ auctoritate Sedis Apoſtolicę conferentur (præterquam vigore gratiarum expectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluatur taxa ſecundum moderationem extrauagantis: Suſcepti regiminis. Domini Ioannis XXII. pro medietate infra ſex menſes, à die poſſeſſionis pacifice conputandos, & pro alia medietate infra alios ſex menſes ſubſequentes. Et debitum huiuſmodi ad ſucceſſorem in beneficio non tranſeat, nec aliquid ſoluatur de beneficio quod valorem 24. Florenorum de Camera, non excedit. Et de Monaſteriis Monialium nihil penitus ſoluatur. Quæ omnia in præſenti capitulo contenta, locum habeant pro tota natione Gallicana; excepta duntaxat

[Margin: Cõſtitutio Gregorij xij. ſup reductione taxæ eccleſiarũ & monaſteriorum regni Frãciæ.]

remissione communium, & minutorum seruitiorum, debitorum ratione temporis præteriti; quæ remittuntur pro medietate, soluentibus aliam medietatem infra sex menses, quæ debita soluantur collectoribus in Gallia, qui tamen non habeant aliquam coertionem; vel alibi vbi Dominus noster disponet.

Proxime autem recitata constitutio Gregoriana, licet pro quinquennio tantum facta fuerit; vsque in præsens est obseruata; excepto illo tempore quo viguit pragmatica sanctio, de qua latius erit inferius dicendum. Hincque in cancellaria Apostolica inoleuit distinctio Ecclesiarum & Monasteriorum Regni Franciæ, si sint (vt ipsi loquuntur) in patria reducta, vel ne. Intelligunt enim, esse patriã reductã omnes illas Diœceses, quæ tẽpore factæ prædictę constitutionis Græorianæ, erant sub temporali dominio Regis Franciæ, quæ habentur indice Alphabetico, in libris ipsius Cancellariæ descriptæ.

Animaduertendum est pariter, quòd inter dicta sex grauamina præfatus Carolus VI. minus posuit dimidiã annatam à Bonifacio IX: vt antea dictum est, institutã. Nec enim opus erat de illa mentionem facere, quæ non à præfato Benedicto, sed ab illius æmulo Bonifacio fuerat instituta; & ad ipsum Franciæ regnum nondum peruenerat. paucis enim annis antea fuerat Romæ per Bonifacium edita, quo tẽpore Auinioni sedebat Clemens VII. Antipapa, cui tanquam vero Papæ obedientiã præstabant Galli, prout certo tempore præstiterunt etiam Benedicto, de quo supra dictum est, in locum dicti Cle-
9 mentis defuncti, suffecto. Sunt autem ipsius Bonifacianæ constitutionis post procemium verba hæc: Ad instar etiam nunnullorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, qui primas annatas nonnullorum beneficiorum ecclesiasticorũ, dispositioni Apostolicæ reseruarunt medietatem fructuũ, reddituum, & prouentuum primi anni, omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, secularium, & regularium, cum cura, & sine cura, exemptorũ, & non exemptorũ, etiam si dignitates, personatus, & officia, ac canonitatus, & præbẽdæ, etiam si Ca-

verba Bonifacij ix. sup in stitutione dimidiæ annatæ.

ſi Canonicatus, & portiones Eccleſiarum, in quibus certus Canonicorum numerus, & præbendarum diſtinctio non habeatur, exiſtant: de quibus inantea prouidebimus, ſeu ſpecialiter prouideri mandabimus: & quorum collationes, inſtitutiones, ſeu electiones, confirmari mandabimus, ac certis impedimentis non obſtantibus, valere decernemus: necnon etiam huiuſmodi beneficiorum, quæ expectantes vigore litterarum expectatiuarum, ſub quacunque forma conceſſarum eiſdem, dum vocabũt, canonice acceptabunt; necnõ etiam aliorum quorumcunque beneficiorum huiuſmodi, ad quæ qui eligentur, ſeu præſentabuntur, confirmationes, & inſtitutiones auctoritate Apoſtolica conſequentur; diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruamus, illoſque prædictæ Cameræ, pro huiuſmodi oneribus commodius ſupportandis, applicamus. Et breuitatis cauſa omiſſis multis clauſulis, inferius declarat, dictam mediam annatam eſſe ſoluendam ex omnibus emolumẽtis (diſtributionibus panis, & vini exceptis) quodque ſi pluries infra annum cogitant beneficium vacare, non propterea pluries, ſed ſemel tantum, dicta media annata percipiatur: Et inſuper, quòd ea reſeruatio non extẽdatur ad beneficia, quorum fructus, &c. annuum valorem 24. florenorum auri de camera non excedant:

10 Ex cuius conſtitutionis verbis, aliiſque ſuperius recitatis, clare patet, id quod antea dixi, mediam annatam prædictam quæ à tempore dicti Bonifacij citra, exacta fuit, & exigitur, diuerſam eſſe ſpeciem à communi, & minutis ſeruitiis: & quòd ante dictam Bonifacii conſtitutionem, ſub appellatione annatæ, ſeu annatarum, non comprehendebantur, neque intelligebantur comprehendi dicta ſeruitia commune, & minuta; ſed ſolummodo illi fructus primi anni beneficiorum vacantium intra certum tempus, quos Pontifices ſibi conſueuerant reſeruare. Et illa vere appellari poterant Annatæ, cum reſeruatio fieret de vniuerſis fructibus primi anni: Et conſequenter, ꝙ improprie dicta Bonifaciana medietas, & ſeruitia prædicta dicũtur eſſe annatæ, cũ nõ capiant, om-

nes fructus: ac postremo patet, dictam Bonifacij dimidiam successisse in locum illius integræ, de qua in extrauaganti: Cum nonnullæ. & aliis superius citatis, fit mentio, quod clarius demonstrant ipsius Bonifacij verba, dicentis. Ad instar nõnullorum prædecessorum nostrorum qui primas annatas nonnullorum beneficiorum dispositioni Apostolicæ reseruarũt, medietatem fructuum, &c. dispositioni Apostolicæ reseruamus. & magis etiam declaratur ex effectu, quia non est dare exemplũ, quod post dictam Bonifacianam constitutionem, Romani Pontifices amplius fecerint reseruationes illas vniuersorum fructuum, quas primas annatas appellabant.

Patet etiam, collatione facta, quod prædictum Gregorij XII. decretum super reductione Gallicana factum, prout duas habet partes, ita ad dictas duas species est referendum. In prima enim parte apertis verbis loquitur de communibus, & minutis seruitiis duntaxat, circa quæ Bonifacius nihil immutauerat. In secunda vero parte ibi, De cæteris autem dignitatibus, &c. loquitur, & disponit de media annata per Bonifacium, quo ad alia præter Episcopatus & Abbatias, beneficia (vt prædictum est) instituta: quod absq; dubio lectori patet ad litteram, & est conforme cõstitutioni Bonifacianæ, præter quam vbi Bonifacius vult solui etiam pro beneficijs vigore gratiarum expectatiuarum, acceptandis: quod Gregorius remouet, & addit non debere solui etiam pro permutatis, neque pro Monasterijs monialium: quæ Gregorij moderationes vsu receptæ reseruantur, vt suo loco inferius dicetur.

Cum vero ex iam dictis videatur absoluta esse prima pars, in qua propositum erat dicere illa, ex quibus rei de qua agitur, haberi possit plena cognitio: cum docuerimus vniuersum annatarum, quæ nunc exiguntur, nomen, in duas esse distributum species: quarum vnam, diximus complecti commune, & minuta seruitia Episcopatuum, & Abbatiarum; Alteram vero diximus esse, illam dimidiam veri valoris à Bonifacio IX. institutam, quæ pro inferioribus beneficiis exigitur; Consequens est, vt aggre-

aggrediamur alteram partem; doceamusque vtriusque speciei iustam,& licitam esse exactionem. In qua parte, ne incidamus in eandem cõfusionem,& perplexitatem, in quam videmus incidisse illos, quicunq; hactenus hac de re tractauerunt, distincte procedendo, dabimus operam, vt probemus iustitiā prius communis, & minutorum seruitiorum, deinde ipsius Bonifacianæ medietatis. Ac primum videtur esse conueniens, vt eorum dicta, & rationes referamus, qui scripserunt contra annatas. Inter quos, cum sit antiquior, & ( salua aliorum pace ) dignior, Ioan: Gerson Theologus certe egregius, Vniuersitatis Parisiensis Cancellarius, qui scripsit dum Constantiense Conciliū celebrabatur; eius sententia videtur primo loco esse ponenda. Is enim sub titulo tractatus de simonia ponit hæc verba.

12 Super materia Simoniacæ labis in collatione beneficiorum per Papam, resoluendo materiam ad radicem scripturæ sacræ, qua dimissa, percurrere ramos opinionum particularium, fine caret; Ponitur hæc vnica conclusio. Simoniaca labes, cõtra ius diuinum; vel de simoniaca specie suspectum est, in conferente beneficium ecclesiasticum (etiam si sit Papa) exigere, vel extorquere à beneficiando, promptam pecuniam, sub titulo primorum fructuum, ac impedire possessionem, & officiationem suam, quousque soluerit illam pecuniā. Eam conclusionem præfactus Doctor nititur probare cum certis suppositionibus: quæ in facto nõ sunt veræ: & ipse prædicta rei ignoratione ductus, conclusionem illam posuit: & si rem prout vere se habet, sciuisset, eam conclusionem ita non posuisset, vt colligitur ex ipsius responsionibus, ibidem per eum factis, ad argumenta defendentium annatas, & ego inferius loco suo conabor demonstrare.

13 Opponitur secundo loco auctoritas Concilij Basiliensis, cuius in decreto facto sub titulo, de annatis, hæc sunt verba. Sacrosancta generalis Synodus, &c. statuit, quòd tam in Curia Romana, quàm alibi pro seu in confirmatione electionum, permissione postulationum, præsentationis etiam à laicis facienda institutione, installatio- Decretum Basiliense.

ne, & inueſtitura de Eccleſiis, etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, & dignitatibus, beneficijs, officiiſque eccleſiaſticis quibuſcunque; necnon ordinibus, ſacra, & benedictione, ac pallio, de cætero nihil penitus ante vel poſt exigatur ratione litterarum, bullæ, ſigilli, annatarũ, communium, & minutorũ ſeruitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut ſub quocunq; alio titulo, colore, vel nomine; prætextu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij vel ſtatuti, aut alia quauis cauſa, vel occaſione, directe, vel indirecte ſolum ſcriptoribus, abbreuiatoribuſq; & regiſtratoribus litterarũ, ſeu minutarũ pro ipſorum labore; competenti ſalario ſoluendo.

14 Tertio loco qui contra annatas, quaſi inuectiuam à ſuo propoſito digreſſus, fecit, eſt Coſmus Guinier, qui ſcripſit gloſſas in pragmaticam Galliæ ſanctionem, & ſub titulo, de annatis, in gloſſa verbi, annatarum. ponit ſequentia verba, quæ licet polixa, viſum mihi eſt, hic tota deſcribere; quoniam ex eis abſque alia noſtra confutatione, apparere poterit, eum fuiſſe hominem parum prudentem, & ea de quibus loquebatur ignorantẽ, magnumq; aſſentatorem, captantẽ ſolummodo gratiã nationis Gallicæ; tunc quando inchoabatur per Iulium ſecundum Pontificem Lateranenſe Conciliũ; citatis Galliæ prælatis ſuper dictæ pragmaticę reuocatione facienda. quod bene animaduertit doctiſſimus olim Iacobus Simonera Rotæ Auditor; qui poſtea ſuis exigẽtibus meritis, factus fuit Cardinalis; & in 62.q. ſui tractatus, de reſeruationibus ait. Non omitto, quòd quidam Doctor Gallicus in quodã opuſculo ſuper pragmatica ſanctione, licet inſenſus Pontificiæ poteſtati, & fauens in omnibus pragmaticæ ſanctioni prohibenti reſeruationes; tamen ſecure tenendum eſſe dicit, quòd ſi Papa, &c. Eius ergo Doctoris hæc ſunt verba: Annatarũ ſic vulgariter dictarum, quia per annũ emolumenta beneficiorũ percipiebantur, & adhuc hodie percipiuntur in Curia Romana, & alibi; & de ipſis, notatur in clem. Quia regulares. §. præmiſſa. de ſupplen. negli. prælat. & dicuntur Annalia in extrauaganti Ioa. XXII. Suſcepti & Vacantia. infra eo.

Verba [gl]oſſato[ri]s pragmaticę.

§.item

§.item ex nunc. & ante tempora Ioannis XXII. raro vel nunquam exigebātur. Sed ipse Papa Ioannes, per extrauagantē: Cum nonnullæ. in qua supponit aliam prius fecisse, & se refert; asserit fructus primi anni ecclesiarum cathedralium vacantium, ad triennium in aliquibus orbis partibus, pro necessitatibus Romanæ Ecclesiæ, suæ Cameræ reseruasse. Sed quod temporaliter ab aliquibus Ecclesiis duntaxat, pro necessitate temporis ab eo exactum fuit, in perpetuum, & ad omnes Ecclesias postea à Bonifacio VIIII. qui prius indifferenter Ecclesiasticis beneficiis, annatarum vsum imposuit, extensus est. Contra totius iuris diuini, & humani dispositionem. 1. quæst. 1. & quæst. 3. per tot. & iuribus supra allegatis. Nonne scriptum est, Neminem concutiatis, &c. 23. q. 1. militare. & quod gratis accepistis, gratis date. Nunquid Simon magus, cū gratiam Spiritus sancti emere vellet, damnationis suæ sententiam à Petro audiuit: Pecunia tua tecum sit in perditionem. 1. q. 1. qui studet. Et qui sunt illi, qui dant & recipiunt annatas, nisi ementes, & vendentes in templo? quos Christus ab illo eiecit. 1. q. 1. vides. Etiam ex euentu solo damnandæ sunt: nam ex hoc, indigni, & qui plus pecuniarum habent, commouentur: & dignus est prælatura, cui non actionis meritum, sed copiarum præmia suffragantur. Vnde restat vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria; sed totum auri prosanus amor obtineat. 1. quæst. 1. fertur. l. si quenquam. C. de Episco. & Cler. Pro solutione annalium plerunque mobilia etiam pretiosa Ecclesiarum venduntur: parentes promotorum pecuniis exhausti destruuntur; materia exigendi à subditis paratur, vt quotidie videmus promotos à subditis pecunias sub velamento iucundi aduentus, quē tristem, & mœstum potius dixerim, exigere. Vnde boni prophetæ olim munera prophetiæ non accipiebant, sed stipē tabernaculi; mali aūt quia accipiebant, prophetia, quæ donū Dei erat, in diuinationē, quæ diabolica est, conuertébatur. Quid aliud colligitur nisi (vt ait Hieremias) Idcirco pp vos Sion quasi agere arabitur, & Hierusalē in cu- Hier. 26

 stodia

ſtodia pomerij erit.1.quæſt.1.Iudices.Et dicit Ioa.And. in capit.inter cætera.de offic.ordin. quòd optaret, quòd Curia reciperet vigeſimam partem reddituũ clericorum totius orbis ad ſubſtentationem Papæ,& Cardinalium; & nihil recipi, vel exigi poſſet pro cõmunibus feruitijs, & fructibus primi anni,quos recipit à Prælatis,quos pro mouet;exceptis ſalarijs laborãtium, puta ſcriptorum,& ſimiliũ:Et tunc prouideret legatis,& nũtiis, quos mittit de prędicta quota,& abſtineretur ab annatis,& exactione decimarum, & ſimilium; & quòd de hoc fuit factus ſermo in Concilio Viennenſi:ſed deliberauerunt prȩlati ibi aſſiſtentes,non facere,& forte bene, vt dicit Io.And. quia tanta viget inſatiabilis cupiditas, quòd ſi hoc fieret & iſtud,& illa perciperent.

15 Poſtremo ſunt quidam Nicolaus Clmengius, & alij re,& nomine obſcuri, qui etiam tempore Conſtantienſis Concilij ſcripſerunt; qui in ſummam nihil aliud dicunt, niſi, quòd annatarum receptio eſt ſimoniaca: ad quod eis vnà cum Gerſone inferius reſpondebitur. Addunt præterea inſulſum quoddam argumentum, quod ipſi appellant à ſufficienti enumeratione,dicentes:quicquid à Romano Pontifice de beneficiorum fructibus percipi poteſt; id aliquo iure fieri neceſſȩ eſt; id enim poſſumus, quod iure poſſumus, vt regula iuris loquitur: Medij autem fructus nullo iure percipi poſſunt, neque naturali,neque diuino,immo addunt,neç de iure eſt pon tificio, quia id, vbi euoluas omnium pontificum iura, nunquam inuenies. Vltimo loco, ad excludendum antiquiſſimam communium,& minutorũ ſeruitiorum conſuetudinem, addunt anilem quandam fabulam:dicẽtes, audiuiſſe à Romanis Ciuibus antiquioribus, quod illi etiam affirmarẽt à progenitoribus intellexiſſe, quòd pri ſcis temporibus veniebant quidam Epiſcopi de remotis vt in ſancto Petro, & de manu ſui Vicarij conſecrationem acciperẽt;quorum aliqui propter ſolemnitatem, & laborem conſecrationis; gratioſe Papæ,& Cardinalibus prandium perſoluebant.1.q.2.placuit. Et quia comedere ſimul tædioſum erat, quandoque Cardinales gratioſe

pran-

prandium in pecuniam commutabant. Alius vero, vt videretur minus ineptus, eandem fabulam aliquanto cautius refert his verbis. De vacantibus vero, & fructibus primi anni maiorum prælaturarum, Abbatialium videlicet, & Episcopalium; nullum aliud initium fuisse videtur, quàm voluntaria, & gratuita oblatio quorundam, qui in discordia ad Abbatialem, vel cathedralem Ecclesiam electi, dum prosequerentur causam in Curia per appellationem ad eam factam, per eum, qui obtinendo finalem victoriam promouebatur, siue eligebatur, & talis oblatio, & gratuita dātio, iuxta vulgare Italicum dicta fuit seruitium, & secūdum Alemannos propina dicitur, & dicta fuerunt seruitia communia, quia communiter inter eos diuidebātur, eo, quòd singulos quibus dare volebat, non cōuocabat, & singulis dare fuisset nimis onerosum, iis qui tunc aderāt in publico consistorio: sed postmodum deductum est in cōsistorium secretum: quod tamen fuerat, & erat simoniacum, vel multum de simonia suspectum, & species mali crudelis, etiam si prætextu consuetudinis.

16 Hæc cum sint, quæ contra annatas adducuntur, consequens est, vt quæ pro illarum defensione occurrunt, exponamus: deinde, vt prædictis obiectis respondeamus, tueamurq; propositam cōclusionem, quòd commune, & minuta seruitia, iuste, & tanquam vere debita per sedem Apostolicam exigantur. Idem postea facturi etiam de altera specie, quæ dicitur annata.

17 Sed pro maiori dicendorum euidentia, opportunum videtur esse, vt ante omnia declaremus vocabula diuersarum exactionum, per eandem sedem Apostolicam ex fructibus beneficiorū fieri solitarum: Quarum omnium similis est antiquitas: ita vt certum tempus initij illarum nō habeatur; præterquam annatæ illius à Bonifacio IX. vt dixi, institutæ. Nam antiquam illam, in cuius locum subrogatam esse diximus prædictam dimidiam Bonifacianam, quæ etiam primorum fructuum vocabulo nominabatur; falso dicunt à Ioanne XXII. esse introductam, quòd ex ipsis Ioa. Andreæ verbis, per dictum glos-

satorem

ſatorem pragmaticæ recitatis, appareat contrarium. Siquidem ipſe Ioannes Andreæ, loquens de tẽpore Concilij Viennenſis, & ſic ante pontificatũ Ioannis XXII. dicit, quòd optabat, ne aliquid poſſet exigi pro communibus ſeruitiis, & fructibus primi anni; qui fructus primi anni intelligi non poſſunt de prædicta dimidia Bonifaciana, quæ nondum fuerat introducta, & quæ non capit fructus, ſed dimidiam duntaxat fructus primi anni. Et ad hoc propoſitum, Roberti Gagmai, in ipſius Caroli vita, de Clemente VII. loquentis, inter alia ſunt verba hæc; Exigebantur præterea à Clero decimæ; & de maioribus Eccleſiis, dum Paſtore orbatæ erant, primi anni prouentus legebantur; id annatam vocant, quam Cameræ Apoſtolicæ debere Romani contendunt. Habemus ergo iam tria genera exactionum papalium, videlicet commune, & minuta ſeruitia; Fructus primi anni, quæ à nonnullis annata dicebatur; & dimidiam, illius loco (vt dixi) à Bonifacio ſurrogatam. Quartum genus de quo dictus Carolus VI. Rex fecit mentionem, ſunt ſpolia defunctorum, quod etiam eſſe antiquiſſimum, & quod pro illis exigendis habebant Pontifices in prouinciis collectores, prout adhuc habent colligi poteſt ex Conſ. Ioann. Calderini 1. ſub titu. de peculio clericorum: qui etiam ſcripſit ante Concilium Viennenſe; & ex deciſione Ægidij Beliameræ 755. Et Bernardi Biſigneti, de ſolutionibus. deciſ. vnica. duplicata in antiquis 756. Quinto loco eſt aliud genus illarum, quas dictus Carolus VI. appellat, vacantias; quod vocabulum etiam pluries inuenitur poſitum in dicta pragmatica ſanctione: Et dicuntur aliter fructus medij temporis; prout eos ita nominat Concilium Conſtantienſe, loco inferius citando; ideſt qui percipiebantur à morte poſſeſſoris beneficij, vſque ad tempus factæ de alio ſucceſſoro prouiſionis: & de hoc loquitur gloſ. in clem. 1. §. præmiſſa. ſuper ver. reuocari. de ſuppl. neglig. prælat. quod etiam nunc in pleriſque prouinciis eſt in vſu. Sexto erant, & ſunt decimæ, quas conſueuerũt Pontifices imponere, atque indicere dandas ſibi, vel alicui principi ſe-

cipi feculari de mãdato ipſius, quas Abbas antiquus, Hoſtienſis, Ioannes, Andreæ, & Henricus, grauiſſimi Doctores, in capitulo primo, de decimis dicunt eſſe loco illarum decimarũ, quas in lege antiqua Leuitæ præſtabant ſacerdotibus. Quarum vſus quoque eſt antiquiſſimus; vt patet ex clem. 2. facta per Clementẽ V. in dicto Concilio Viennen. & per extrauagantem Bonifacij VIII. incip. Declarationes. ſub titulo, de decimis, inter communes: in quibus dicti Pontifices, de ipſis decimis, & de illarum collectoribus à Pontifice miſſis loquũtur, tanquam de re antiqua, & notiſſima. Alia erant præterea, quæ neceſſe non eſt hic deſcribere. Præcedentia autem ideo retuli, quia, (vt ſuperius dixi) propter ipſorum ignorationem, de eis, & qui ſcripſerunt pro annatis, & qui contra eas confuſe locuti ſunt.

18 Primum ergo & ſolidum fundamentum pro Romano Pontifice ſuper communi, & minutis ſeruitiis, eſt ipſa antiquiſſima conſuetudo tãti temporis, quod illimet, qui contra ſcripſerunt, ad antiquas fabulas negotium referre ſtudentes, eius immemorabilitatem falſi fuerint; quæ tanti temporis obſeruata conſuetudo, quantum valeat, inferius in refutatione argumentorum aduerſæ partis conuenienter dicetur.

19 Secundo loco accedit auctoritas Concilij Viennenſis, in quo, ſecundum teſtimonium Ioannis Andreæ, licet habita fuiſſet mentio de ſeruitiis ipſis tollendis, tamen præualuit ſententia, quòd remanerent. Sed hic nolo prætermittere quin detegam, quàm parum fideliter à prænominato gloſſatore pragmaticæ (prout moris eſt omnium eorum qui magis pro ſua pertinacia, quàm pro veritate tuẽda ſcribunt) relata, & ad propoſitum ſuum deprauata, & detorta fuerint verba Ioan. Andreæ, quæ ſunt huiuſmodi: In gloſ. vltima, in fine dicit Hoſtienſis, quòd Romanam Eccleſiam excuſat neceſſitas, quia nec de ſuo poſſet omnibus prouidere. Item priuilegium de antiqua conſuetudine iam obtentum; & dicit, quòd Epiſcopi conantur etiam hoc imitari, quod eſſe non debet, vt in decretali 1. de temporibus ordinandorum. Verba Ioãnis Andr.

& de re

& de re iudicata, in causis. Pluries clamaui intantum, quòd de hoc fuit sermo in Concilio Viennẽsi, quod optarem, quòd Curia reciperet vigesimam reddituum Clericorum totius orbis, ad sustentationem Papæ, & Cardinalium, & nihil exigi, vel recipi posset pro seruitiis prælatorum, quod promouet; exceptis taxatis salariis laborantium: puta scriptorum, & similiũm, & tunc prouideret Legatis, & Nuntiis, quos mittit, de prædicta quota, & abstineret ab exactione fructuũ primi anni, Exactionibus decimarum, & similibus, quæ modo pullulant. Sed deliberauerunt Prælati in Concilio, non facere, & forte bene, quia tanta viget insatiabilis cupiditas, quod si hoc fieret, & istud, & illa perciperent.

Quibus verbis collatis cum illis, quæ posuit Glossator prædictus; apparet, quòd idem glossator, vbi Ioannes Andr. dicit, quòd optaret nihil exigi per curiam Romanam pro seruitiis prælatorum quos promouet, idem glossator de suo capite addendo, falso dixit, pro communibus seruitiis, & fructibus primi anni, cum textus Ioannis Andreæ non habet verbum, communibus, neque verba, & fructibus primi anni. Et inferius, vbi Ioannes Andr. dicit, similiter optauisse, quòd Curia abstineret ab exactione fructuum primi anni, & decimarum, &c. dictus glossator, loco illorum verborum, ab exactione fructuum primi anni, posuit verba, ab annatis, confundendo hoc modo communia seruitia, cum annatis, & fructibus primi anni, cum Ioannes Andr. in principio dixerit separatim de seruitiis, & inferius (sciens, quòd res erant diuersæ) dixerit de fructibus primi anni, quorum loco (vt dixi) subrogata est dimidia Bonifaciana, de qua non potuit loqui Ioannes Andr. cum nondum natus esset Bonifacius.

20 Tertio loco accedit etiam auctoritas Concilij Constantiensis, in quo expresse commune, & minuta seruitia, & Annatæ fuerunt approbatæ, quod colligitur hoc modo. Die sabbati 30. Octobris anni Domini 1417. & in quadragesima eiusdem Concilij sessione, sub hoc titulo. Reformationes fiendæ per Papam vnà cum Concilio,

cilio, antequam Concilium dissoluatur. Ponuntur decem,& octo articuli, super quibus facienda esset reformatio ecclesiæ in capite, & in membris,& Curia Romana. Primo, de numero, qualitate,& natione Cardinaliũ. Secũdo de reseruationibus Sedis Apostolicæ. Tertio,de Annatis, communibus seruitiis, & minutis. Quarto,de Collationibus beneficiorũ,& gratiis expectatiuis. Quinto,de confirmationibus electionum. Sexto, de causis in Romana curia tractandis,vel non. Septimo,de Appellationibus ad Romanam curiam. Octauo,de officiis Cancellariæ,& Pœnitentiariæ. Nono, de exemptionibus,& incorporationibus tempore schismatis factis. Decimo, de Commendis. Vndecimo, de fructibus medij temporis. Et sic de singulis vsque ad decem, & octo. Deinde creato interim Papa Martino V. in sessione quadragesimatertia, die 21. Martij, tunc sequentis anni 1418. habita;fuerunt facta decreta reformationis, super nonnullis ex dictis decem, & octo articulis; & inter alios,super illo, de exemptionibus, & illo, de fructibus medij temporis,quos in decreto desuper edito, Papa Martinus appellat fructus beneficiorum vacationis tempore obuenientes; de quibus dictum erat in vndecimo articulo faciendæ reformationis prædictæ.Et nulla habita mentione Annatarum, & seruitiorum prædictorum, postremo loco in fine eiusdem 43.sessionis, ponitur decretum huiusmodi,videlicet.Martinus,&c. Decernimus,& declaramus,sacro approbante Concilio, per decreta, statuta, & ordinata,tam lecta in præsenti sessione, quàm concordata cum singulis nationibus eiusdem Concilij, super articulis contentis in decreto,super reformatione fienda die sabbati 30.mensis Octobris proxime præteriti,promulgato; fuisse, & esse iam satisfactum. Ex quo decreto, per necessariam consequentiam infertur, quòd circa annatas,& seruitia prædicta,& certos alios ex dictis 18. articulis, super quibus non fuit factum decretum aliquod; Concilio placuit, quòd remanerent in status pristino; quasi non indigerent reformatione; alioqui verba illa,quòd decreto, super faciẽda reformatione, publicato,

to, erat satisfactum, non fuissent vera; quod non est dicendum.

21 Quarto, & postremo loco stat pro validitate seruitiorum, & annatæ, de quibus loquimur, communis vniuersæ Christianitatis (præterquam nationis Gallicanæ) consensus, vsque in præsens, etiam reprobato Concilio Basiliensi, vt inferius loco suo dicetur, continuatus.

22 Ex quibus quatuor, & quolibet ex eis; cum satis probata videatur esse iustitia, communis, & minutorum seruitiorum; prosequendo quod pollitici sumus; idem demostrandum est probari per eadem argumenta, de dimidia Annata Bonifacianæ. Ergo supposita iuris maxima illa propositione; quòd subrogatum censetur esse eiusdem naturæ, cuius erat illud in cuius locum fuit subrogatum; subintrat primum argumentum antiquitatis immemorabilis, cum (vt antea probatum est) reseruationum illarum, fructuum primi anni (in quarum locum successit dimidia Bonifaciana) non habeatur initij memoria: Itidem & secundum argumentum de approbatione concilij Viennensis, vbi Ioan. Andreæ dicit, fecisse proponi mentionē exactionis fructuum primi anni, tanquam rei antiquæ, & notæ. Cum autem annata Bonifaciana (vt sæpe dictū est) non excedat dimidiam, proculdubio tenendū est, quòd Patres illi Concilij Viennensis, prout dimiserunt intactam exactionem omnium fructuum primi anni, multo facilius, & libentius id fecissent de dimidia.

Tertio vero argumentum de approbatione Concilij Constantiensis, dubiū non habet, quin procedat etiā pro annatis; postquam in illo tertio articulo expresse, ac distincte scriptum est de annatis, communibus seruitiis, & minutis. Et dicendum est, Patres illos, sub vocabulo de annatis, voluisse intelligere de dimidia Bonifaciana, quæ iam vigintiquinque annis antea fuerat à Bonifacio instititūta, & exigebatur.

Quartum quoque argumentum, de communi consensu omnium, circa annatam Bonifacianam, exceptis Gallicana, & Anglia nationibus, continuatio, pari modo in

do in ipsa Bonifaciana locum habet: quod inferius in refutatione argumentorum pro parte contraria factorum latius patebit.

23 Primum ergo pro parte contraria argumentum sumptum fuit ex auctoritate egregij Theologi (quem semper honoris causa nomino) Ioan. Gersonis: cui non oportet responsum aliud dare; nisi detegere, quòd bonus vir deceptus fuit in facto ab illis, qui materiam contra annatas in Concilio proponebant: qui, & omnes alij successiue illos imitati, præsupposuerunt exeactionem annatarum, & seruitiorum prædictorum esse simoniacam, ex eo, quòd Papa, quasi ex contractu, pro collatione beneficij exigat illam pecuniam contra euangelicum præceptum: Gratis accepistis, gratis date. Immo nonnulli, scurriliter quodammodo exaggerando materiam, sunt ausi dicere, quòd Papa illis, qui maiorem summam offerunt, faciat vacantium beneficiorum collationes: Quæ omnia sunt falsa, & vel ab ignorantia facti, vel à malitia profecta; cum rei veritas hoc modo se habeat: & videlicet; quia stante lege, seu (quæ idem valet) antiquissima consuetudine, quòd vacantium Episcopatuum, & Monasteriorum Papa, & Collegium Cardinalium, ex fructibus primi anni, sub nomine communis, & minutorum seruitiorũ, debeant habere illam summam, quæ (vt antea dictũ est) pro tertia veri valoris parte, in libris Cameræ iamdudum taxata est, & inferiorum beneficiorum, Papa debeat habere dimidium; Quia onerosum erat Prouincijs, & ipsis soluere debẽtibus officiũ collectorũ, qui pro illis exigendis antea in ipsis prouinciis morari consueuerant, quasi tacita quadã omniũ conuẽtione, paulatim introductũ est, vt illi qui ad Episcopatus, aut Monasteria promouebãtur; & q̃bus de aliis beneficiis per Papã prouidebatur; deberẽt sibi habere omnes illos fructus, & soluere illorũ pretium. Et sic est quidem emptio, & venditio, non tamen ipsorum beneficiorum, sed illius portionis fructuũ, quæ debetur Papæ, & Cardinalibus. Quæ solutio, ꝙ fiat duntaxat ratione dictorum fructuũ, & non ratione prouisionis, vel collationis be-

Matth. 10.

nis beneficiorum, patet, quia prouisio, & collatio libere præcedit; neque vnquam propterea impeditur expeditio supplicationis; sed quando prouisi expediunt litteras bullatas; tunc iuxta obseruatam consuetudinem prædictam soluūt. Et si nūquam expedirent litteras, prout contingit multis, qui litteris non expeditis cedūt in aliorum fauorem, illi sic cedentes, aut sine cessione litteras non expedientes, nihil soluunt; & tamen verum est, quòd eis fuit prouisum. Idem probatur alia ratione, videlicet; quia si contingat idem beneficium, siue illud sit de maioribus, siue de minoribus, vno anno bis vacare, & illud successiue duobus conferri; annata & seruitia prædicta non exiguntur nisi semel; propterea, quòd illo anno fructus non colliguntur nisi semel. Item illis qui docent alios esse in possessione intrusos; vel, quòd ob aliud impedimentum non sint statim habituri possessionem; relaxantur litteræ sine solutione, facta duntaxat obligatione de soluendo, dum habita possessione, percipient fructus; sub qua conditione relaxantur etiam litteræ omnibus alijs, quibus facta sit gratia beneficialis, sub aliqua conditione de certo corpore beneficij; vt sunt regressus, & prouisiones etiam simplices, vbi fructus alijs sint reseruati: Sed etsi non omnes fructus alij sint reseruati, sed illorum certa pars, aut super illis certa annua pensio; ille cui collatum est beneficium, tanto minus pro annata vel communi seruitio soluit, quanta est pensio, vel fructuum pars alij assignata. Dixi autem de certo corpore beneficij; quia pro gratiis, ad incerta beneficiorum corpora, vt sunt expectatiuæ, reseruationes, & aliæ similes, nihil soluitur, neque præstatur obligatio de soluendo in futurum. Item, & pro beneficijs compermutatis, cuiuscunque sint annui redditus, & pro illis, quorum valor non excedit 24. ducatos quocūque modo illorum fiant prouisiones, prouisi de illis nihil soluunt, neque promittunt; atque hoc adeo verum est quod dico, vt quoniam distributiones quotidianæ stricto iure non intelliguntur esse fructus; ideo pro illis non soluitur annata; ita vt contingat innumerabiles prouisiones Canonicatuum

expediri,

expediri, cum expressione, quòd fructus non excedunt 24. ducatos; & pro eis non soluitur annata; quorum tamen distributiones quotidianæ, sint magni valoris, alicubi quingentorum, & octingentorum ducatorum. Quæ omnia, remotis Sophistarum ambagibus, per euidentiã facti demonstrant, quòd solutiones prædictæ, non sunt ordinatæ, neque fiunt pro ipsis beneficijs, neque pro illorum prouisionibus, sed duntaxat pro illa portione fructuum primi anni, quæ iuxta prædicta debetur Papæ, & Cardinalibus. Quæ si ita esse intellexisset Ioannes Gerson; proculdubio mutauisset sententiam; dixissetque solutiones prædictas non esse simoniacas. Qua in re facit mihi testimonium ipse idem Gerson, qui in tractatu, de statibus Ecclesiasticis, ponit sex considerationes de statu summi Pontificis, & DD. S. R. E. Cardinalium; Et pro quarta consideratione ponit hæc verba. Status prædictus potuit, & potest in subuentionibus temporalis, & honestæ substentationis, præscribere de certo modo, vel quota subuentionis, sicut Prælati, vel Curati inferiores, respectu subuentionis factæ per subditos in oblationibus, decimis, & similibus; etiam vbi status prædictus aliunde dotatus esset, ex patrimonialibus bonis, vel alijs; quemadmodum in Prælatis dicimus, & curatis: Et prosequendo, ac proprius ad annatas accedendo idem Gerson; pro quinta consideratione ponit hæc verba. Status prædictus, dum recipit, & quærit subuentiones consuetas in oblationibus, decimis, vel annatis, & similibus; non debet eo ipso de simoniaca prauitate notari, nisi forte vitium aliud in executionis modo concurrerit; quod vitium corrigi debet, non obinde status minui, destrui, culpari, vel iuribus aliunde debitis defraudari; sicut ab infirmo tollendus est morbus, non subiectum, vel corpus destruendum: oppositum vero pertinaciter imponens, notando generaliter de simoniaca prauitate, totum statum istum, temerarius esset, nec ferendus. Talia cum sint ipsius Gersonis verba, clarum efficitur id quod dixi, eum fuisse in Concilio Constantiensi, ab impugnantibus annatas (qui tamen non fuerũt nisi quidam ex ipsa

Verba Gersonis pro annatis facientia.

natione Gallicana) deceptum; arbitratumq; exactionem fieri simoniace ratione collationis; & quòd nomen primorum fructuum, & annatarum esset prætextus quæsitus ad palliandum simoniam: quod, cum ex præmissis mihi videar probauisse falsum esse; sequitur, quòd sententia Gersonis stat pro annatis, & nō contra eas. Quod etiam colligi potest ex illo eodem tractatu, de simonia, in responsionibus quas facit ad tres primas obiectiones; præcipue vero ad primam: format enim obiectionem per hæc verba. Sed opponitur primo, quia sicut ex antiqua lege, decimæ decimarum debebantur summo sacerdoti à Leuitis, sic non minus in lege noua debetur hæc decimatio, vel sufficiens recompensatio facienda per inferiores ipsi Papæ. Hæc autem recompensatio videtur rationabilis, quòd fructus primi anni à quolibet nouiter beneficiato persoluantur: quoniam in hoc Papa seruit ecclesiæ, & ita propter hoc officium in promouendo homines debetur sibi pro substentatione condecēti sui status: Et ad hoc tam personæ, quàm beneficia possunt onerari. Ita Gerson format primam obiectionem; ex cuius verbis etiam dispicitur eum fuisse deceptum in quota: videlicet quia præsupposuit, quòd exigerentur fructus primi anni absolute, & sic omnes; quod ex antedictis patet esse falsum. Et subinde idem Gerson, completis septem obiectionibus, ponit suas responsiones: quarum prima est sub his verbis, videlicet. Respondendo talibus obiectis dicimus primo, quòd inferunt, & concludūt aliquas veritate: Vt, quòd officio Papę debeatur beneficium sufficiens, & condecens; & quòd ab inferioribus ei debetur subsidium, & quòd illud subsidium potest vel potuit (debitis circunstantiis obseruatis) accipi super fructibus inferiorum beneficiorum, vbi non est aliter facta Papę sufficiens prouisio, sicut prima obiectio satis hoc concludit tam ex iure diuino, quàm naturali, præsupposito diuino: Sed quòd fiat exactio vel extorsio, sicut conclusio loquitur, ratio non concludit. Ex quibus apparet, quòd ipse Gerson non improbauit, quinimmo approbauit annatas, si non fierent sicut loquebatur sua conclusio; quæ

conclu

conclusio superius posita, ponit extorsionem fieri à beneficiando, causa prouisionis beneficij, & simoniace; quod probatum fuit non esse verum.

24 Sequitur obiectum secundo loco decretum Concilij Basiliensis, quod in hoc articulo nullius est auctoritatis, cum illud quoque fundamentum suum fecerit in falsa ratione simoniacæ prauitatis; prout etiam interpretatur Cosmas prædictus glossator pragmaticæ; Nec alia in illo adducitur ratio, propter quam Basilienses ipsi potuerint, vel debuerint tam paucis verbis tollere adeo antiqua, & à duobus Concilijs antecedentibus permissa Papę, & collegio Cardinalium iura. Qua propter decretum ipsum tamquam spurium, & in seditioso conuentu natum, à nulla natione (præterquam à Gallicana) fuit receptum: quinimmo à Germanis, qui illud ab initio receperant, tanquam tale fuit expresse repudiatum, acceptata per ipsam Germanicam nationem, mediantibus pro ea Federico Imperatore, & alijs Principibus ex vna, & ex altera parte Ioanne Cardinali sancti Angeli, pro Papa Nicolao Quinto, concordia; Quæ quoniam plura continet capitula; illa fuerunt appellata, Concordata Germaniæ, & vsque in præsens obseruata fuerunt, & obseruantur; & quo ad annatas, ex ipsius Nicolai Papæ desuper expeditis litteris hæc sunt verba. Placet similiter nobis, quòd circa prouisionem dictæ Sedi ordinandam, modus annatarum hoc modo currat: de ecclesiis cathedralibus omnibus, & monasteriis virorum duntaxat vacantibus, & vacaturis soluantur de fructibus primi anni à die vacationis, summæ pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxatæ; quæ omnia seruitia nuncupantur, & si quæ excessiue taxatæ sint, & quòd prouideatur specialiter in grauatis regionibus secundum qualitatem rerum; temporum, & regionum, ne nimium prægrauentur, ad quod petentibus dabimus Commissarios in partibus, qui diligenter inquirant, & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ possessionis pacificę, totius vel maioris partis soluantur, & pro alia media infra annum sequentem. Et si infra

Concordata Germaniæ.

annum bis, vel pluries vacauerint, ſemel tantum ſoluantur, nec debitum huiuſmodi in ſucceſſorem in eccleſia, vel monaſterio tranſeat. De cæteris vero dignitatibus, perſonatibus, officiis & beneficiis ſecularibus, ac regularibus quibuſcunque quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus prouidebitur (præterquam vigore gratiarum expectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur annatæ, ſeu medij fructus, iuxta taxam ſolitam, à tempore poſſeſſionis infra annum; & debitum huiuſmodi ſimiliter in ſucceſſorem non tranſeat: ſed de beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri non excedunt, nihil ſoluatur.

Hoc modo Germani (vt dixi) tanquam ſpurium repudiauerunt Baſilienſe decretum; quod alij nunquam receperunt: Nam Angli continuauerunt ſoluere commune, & minuta ſeruitia ſicut antea: Dimidiam vero Bonifacianam Angli nunquam ſoluerunt, quia illius loco ſatis viſum fuit ſummis pontificibus habere vectigal denariorum, Sancti Petri nuncupatum; De quibus denariis Sancti Petri Vincentius Hiſtorial. qui ſcripſit annis trecentum iam præteritis lib. 24. cap. 36. de Pontificatus Leoni IIII. loquens, ait: Hoc tempore Angliæ Rex Adeulfus, qui primo totius Angliæ monarchiam obtinuit, Romam perrexit, & coram Leone Papa, Sancto Petro tributum, quod vſque hodie in Anglia ſoluitur, ſcilicet de vna quaque domo nummum argenteum per annum obtulit. Ioannes autem Nauclerus, in 29. generatione ſuæ cronographiæ, de eodem Leone Pontifice ſcribens dicit. Sub hoc Leone fuit in Anglia Edeluulphus, qui Regnum totum acceperat: verum ſolo occidentalium Saxonum Regno ſibi retento; cætera reſtituit aliis: decimas fructuum Deo, & beatæ Virgini offerri iuſſit; Romam deinde profectus, cum filio minore Alfredo, ad Leonem IIII. tributum duorum denariorum à ſingulis exactum domibus, beato Petro primus obtulit: id quod & hodie quæſtoribus Apoſtolicis eò miſſis penſitari ſolet. Scripſit autem hic dictam ſuam cronographiam, vſque ad annum Domini 1495. Deque

his de-

his denariis ſancti Petri, & eorum collectoribus locuti ſunt Innocen. III. in cap. auditis. de præſcrip. & Alex. III. in cap. ea quæ. de cenſib. vbi Hoſtien. dicit, legi in hiſtoria Anglicana, quòd Anglici deuouerunt, & promiſerũt dare Eccleſiæ Romanæ quolibet anno certam penſionem; & vocatur hæc datio, viſitatio, ſiue denarij beati Petri: eius autem vectigalis penſitatio, continuata eſt vſque ad tempus quo Henricus VIII. Angliæ Rex, Papæ Clementi VII. ſubtraxit obedientiam. Aliæ vero nationes, excepta Gallicana ( de qua inferius dicetur ) omnes continuauerunt ſoluere, ſicut ante ipſum Baſilienſe Concilium conſueuerant; accepta in ipſo Concilio Conſtantienſi concordia, eiuſdem tenoris, qualem diximus poſtea Germanos acceptauiſſe, ſub Nicolao V. Hoc autem in ipſo Concilio ita factum eſſe, inter alias nationes, & Martinum Papam ibi electum, probatur ex vltimo decreto 43. Seſſionis eiuſdem Concilij; & ex Conſilio Geminiani 36. vbi ponit concordiæ verba. Fuerant autem in ipſo Conſtantienſi Concilio factæ huiuſmodi concordiæ, vt patet ex ſuperius relato vltimo decreto, quadrageſimæ tertiæ ſeſſionis: Vbi dicitur Martinus, &c. Decernimus, & declaramus, ſacro approbãte Concilio, per decreta, ſtatuta, & ordinata, tam lecta in præſenti Seſſione, quàm concordata cum ſingulis nationibus eiuſdem Cõcilij, (& quæ in noſtra Cancellaria poni volumus, & litteras in forma publica, ſub ſigillo Vicecancellarij volentibus confici, atque tradi huic ſacro Concilio ) ſuper articulis contentis in decreto ſuper reformatione fienda, die ſabbati 30. mẽſis Octobris proxime præteriti promulgata, fuiſſe, & eſſe iam ſatisfactum. Et quoniam videtur facere ad propoſitum, libet hic inſerere particulam orationis, quam tunc ad Henricum VI. Regem Angliæ, habuit miſſus ab Eugenio pontifice legatus Petrus de Monte Iuriſconſultus egregius; qui poſtea fuit Epiſcopus Brixinẽſis, & cuius in iure habemus Repertorium illud inſigne, appellatum, Reper-
25 torium Brixinenſis; & tractatum de monarchia. Is ergo in oratione prædicta ita inquit. Sed hæc miſſa faciamus,

Verba Petri Epi Brixinensis ex eiꝰ orone habita coram tunc Rege Angliæ.

ne à gemino ouo (vt aiunt) exordium sumpsisse videamur. Ad ea vero, quæ proximis diebus in ipsa synodo gesta sunt, veniamus; quæ sane talia sunt, vt maximam mereantur reprehensionem. Nec vlla ratione, sine graui diuinæ maiestatis offensa valent tollerari. Hi enim qui Pontificem Maximum, virum vtique sanctum, quietum, & pacificum, capitali odio persequuntur, posteaquam temporali eum patrimonio spoliatum intellexerunt; spiritua li quoque subsidio priuare cogitauerũt; vt sic omni prorsus auxilio destitutns, dignitatem summi Apostolatus tueri nequaquam posset. Plebem itaq; illam synodalem, quæ semper nouis rebus solet gaudere, malis quibusdam artibus, quas pudor vetat referre, facile induxerunt, vt vacantium beneficiorum fructus (quos vsitatiore vocabulo annatas dicunt) summo Pontifici lege interdicerentur. Fauoribus itaque, & clamoribus insanientis vulgi, ea lex lata est, qua & Pontifici talium fructuum receptio, & his quibus beneficia conferuntur solutio veluti simoniaca prohibetur. Huic autem legi ferendæ, etsi multi venerabiles Patres, magnæq; auctoritates viri contradixerint; manifestam in ea, Sedis Apostolicæ, & Vicarij Christi depressionem contineri dicentes; præualuit tamen indiscreta multitudinis, non tam auctoritas, quàm voluntas; quæ ad tantam temeritatem, eò erat audacior, quò potentium quorundam stimulis agitabatur. Quid hac lege perniciosius? quid detestabilius? quid ab omni humanitate, atque honestate remotius? Quæ nam (bone Iesu) est hæc synodalis reformatio? Summum Pontificem, omni spirituali, ac temporali auxilio priuare, eumque veluti mendicum quendam hominem constituere, qui nec suis, nec ecclesiæ necessitatibus possit vllatenus prouidere? Et quanquam huius legis iniquitas, si tamen lex dicenda est, satis per se ipsam appareat; conabor tamen, id paucis ostendere, quibus breuiter explicitis perorauero. Debet lex (vt à maioribus nostris traditum est) esse honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, & patriæ consuetudinem, loco denique, ac tempori conueniens, vtilis demum, ac necessaria. Quid

horum

horum, quæso, in hac lege poteſt inueniri? Diſcurramus per ſingula. Magnam in primis continet turpitudinem. Nonne turpe, & indecens eſt, Sedis Apoſtolicæ priuilegia, & dignitates euertere? & quem Dominus Principē vniuerſę eccleſiæ conſtituit, aduerſus hunc moliri inſidias; hunc exinanire, debilitare; huic eccleſiaſticos redditus, qui ad ſupportandam onera regiminis ſunt deputati, impie, atque inhumane ſubtrahere? Iniuſtitiam vero huius legis qui non videt? Nonne iniuſtum eſt, & iniquum, vt qui plantat vineam, fructus eius commoditate priuetur? & qui paſcit gregem, de lactis dulcedine non veſcatur? Etenim ſecundum Apoſtolum, Qui ſeminat ſpiritualia, metere debet carnalia? &, qui ſeruit altari debet viuere de altari; Quod ſi de inferioribus membris Eccleſiæ hoc dixiſſe Apoſtolum creditur, qui in partem ſollicitudinis ſunt vocati; quanto magis de Pontifice maximo, cui omnium fidelium vniuerſalis eſt cura commiſſa? Quantum vero ab eccleſiæ conſuetudine diſcrepet, facile diſcerni poteſt. Ea ſiquidem à tot præclaris Pontificibus, ac ſanctis patribus obſeruata, ſine magna, & rationabili cauſa violari non debuit; præſertim cum huius conſuetudinis ratio illa euidens fuerit, vt is qui regendæ multitudinis curam ſuſcipit, talibus muniatur adiumentis, quibus onus regiminis valeat ſupportare. Sed & ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt; alterumque alterius indiget auxilio. Loco vero, ac tempori nullatenus conuenit; Nam quo tempore legem illam ediderunt; omni dominio temporali erat Summus Pontifex, tirannorum potētia, ſpoliatus à propria Sede vi, & rebellione ſubditorum expulſus; eius pretioſa ſupellex vulgi prædæ expoſita; omnia eius ornamenta direpta; adeo vt non Summi Pontificis ornatu, ſed abiecti Monaci veſtitu vrbem reliquerit; ac demũ inſignē Italię vrbem Florētiam ſolus, profugusq; intrauerit. Quæ quidem ſi legis huius latores pie ac reuerenter conſideraſſent; non ſolũ eum hoc temporali ſubſidio non priuaſſent; ſed ſi nunquam antea id exigere licuiſſet pro neceſſitate rerum ac temporis, eam exactionem in-

ſtituere debuiſſent. Quem vnquam Pontificem legimus in tantis neceſſitatibus conſtitutum, tot vallatam periculis, tot hoſtilibus inſidiis circumſeptum, qui ſubditorum auxilia non poſtulauerit? qui clero decimas non indixerit? qui reges,& Principes in ſuum & eccleſiæ ſubſidium non vocauerit? Ab his tamen omnibus magna fretus humilitate,ac patientia Pontifex noſter abſtinuit; nemini grauis, nemini moleſtus fuit; neque tunc cum maxime egere cuiuſquam ſubſidium implorauit: ſpem certam habens in Domino, qui nunquam deſerit ſperantes in ſe: Sed nec ſi potuit Baſilienſium malitiam ſuperare; qui eius patientia,& bonitate abutentes, longe nequiores facti ſunt; & in maiorem quotidie ſuperbiam excreſcentes, hanc iniquiſſimam legem condiderunt, quæ nullam in ſe continet vtilitatem, nullam prorſus neceſſitatem: Nullus enim alius modus conuenientior inueniri potuit, quo Regna, & mundi prouinciæ minus pecuniis euacuentur, minus grauẽtur eccleſiæ, & aptius Summi Pontificis neceſſitatibus ſuccurratur, quàm per hanc primorum fructuum ſolutionem, quæ cum ab eo fieri debeat, qui ex beneficij collatione commodum percipit, diuinæ & naturali legi videtur plurimum conuenire. Sed ſi alio modo prouideri poteſt, cur non eodem tempore, veterem conſuetudinem abrogantes, nouum illum modum inſtituerunt? At polliciti ſunt hi prudentes legiſlatores ſe nouo alio remedio Pontifici Maximo prouiſuros: Interim igitur cum ſuper hoc diſceptatur,vnde ſibi ipſi ſuccurret?quomodo eccleſiæ onera ſupportabit? qualiter publicis neceſſitatibus prouidebit? aut vnde ſtatui ſuo neceſſaria comparabit? Debuit ſiquidem res tam grauis,tam ardua, ſæpius diſcuti, crebro ventilari,& tandem magna cum maturitate,ſapientiaq; concludi; debuit colendiſſimorum patrum voluntas inquiri; debuit omnium nationum conſenſus adhiberi, doctiſſimorum hominum quoque vota ſcrutari; eorumq; præſertim, qui Deum præ oculis habente,zelo iuſtitiæ,non deſiderio vindictæ, duci viderentur. Qui ſi auditi eſſent, nunquam tam nefandiſſimæ rei conſenſiſſent.

ſent. Honorarunt, Chriſtianiſſime Princeps, ſuperiorum temporum concilia mirum in modum Apoſtolicam Sedem, & Chriſti Vicarium illi præſidentem; nec vſquam eius primatū, dignitatem, ac priuilegia attingere, nedum violare præſumpſerunt: Cum enim ſcirent ſancti Patres ſynodaliter conuenientes, ſine auctoritate Summi Pontificis, ſynodum generalem non poſſe conuenire; ipſa quoque concilia robur, auctoritatem, ac firmitatem ab illo accipere; ſacrilegum, ac pene hæreticum eſſe iudicarunt, ſi vnum in locum conuenientes, aliquid aduerſus illum agerent, quem auctorem, ac Principem ſuum diuina voce cognoſcerent. Ab hoc ſanctorum patrum laudabili more, longe declinauit hæc ſynodus: legat quicunque voluerit eius canones, & decreta; animaduertat eius actiones, & opera; per pauca certe inueniet, ex zelo fidei, & charitatis feruore proceſſiſſe; aut ad vtilitatem publicam emanaſſe; ſed omnia plena ſunt odij, diſſidij, & ambitionis; omnia nedum ad debilitationem, ſed ſubuerſionem ſupremi capitis eccleſiæ, quorundam machinationibus ordinata.

Huic Brixinenſis orationi, cum dictus Rex Angliæ præſtando aſſenſum (ſpreto decreto Baſilienſi) permiſerit per ſui regni Prælatos contituari ſolutionem communis, & minutorum ſeruitiorum, & per omnes regnicolas præſtari dictum denarium ſancti Petri; ſimiliterq; alij Reges, & principes (exceptis Gallis) & ſeruitiorum, & dimidiæ annatæ ſolutionem per ſuos continuari voluerint: negari non poteſt, quin vera fuerint per dictum Brixinenſem, pro inualiditate dicti decreti allegata: quodq; illud fuiſſet iniuſte, atque illegitime, & per factionem quorundam ſeditioſorum, reclamantibus bonis, extortum: quandoquidem & ipſe Rex Angliæ, & alij Reges, & principes, habebant in eodem Concilio ſuos legatos, per quos neceſſario credendum eſt, eos fuiſſe factos certiores de ſingulis quæ ibi geſta erant; & ſi legitime, an perperam geſtā eſſent, & cōcluſa. Quamquam etiam ſi prorſus omni ſeditione, & vitio ceſſante decretum proceſſiſſet, contraria obſeruantia fuiſſet

ſubla-

ſublatum : cum indubitati ſit iuris, quod conſuetudo contra canonem, qui nunquam fuit vſu receptus, prævalet, & pro ipſius contrariæ conſuetudinis validitate, ſufficit factos eſſe actus contrarios; vt communiter tenent Doctores in cap. 1. de treg. & pace. Quid ergo dici poterit in hac ſpecie, vbi habemus contrariam conſuetudibem, etiam longiſſimi temporis, annorum plus minus centum triginta?

26 Sequebantur loco tertio verba Gloſſatoris pragmaticæ; circa quæ refellenda, non oportet multum fatigari quia in ſummam ille, cum tanta verborum incompoſita congerie, nihil aliud lucrifecit, niſi vt omnibus patefaceret mentem ſuam parum æquam Romano Pontifici; cuius dignitati quantum inuideret, non potuit diſſimulare: Quod plerisque aliis, qui hac tempeſtate, contra ſummi Pontificis auctoritatem libros inuulgare tentauerunt, ſimiliter accidit; cum nihil aliud probent quam imprudentiam ſuam, & liuorem quo aduruntur, inſana eorum maledicentia detegant. Dicti igitur Coſmæ ignorantia detegitur ex primis verbis, vbi dicit, appellari annatas, quia per annum emolumenta beneficiorum percipiebantur, & adhuc hodie percipiuntur in Curia Romana, & alibi; & de ipſis notatur in clement. quia regulares. §. permiſſa: de ſuppl. negli. prælat. Et dicuntur Annalia, in extrauaganti. Ioannis XXII. Suſceti. & Vacantię. infra eodem. §. Item quod ex nunc. Et ante tempus Ioannis XXII. raro vel nunquam exigebantur; ſed ipſe Papa, per extrauagantem : Cum nonnullæ. in qua præſupponit aliam prius feciſſe, aſſerit fructus primi anni eccleſiarum vacantium ad triennium, in aliquibus orbis partibus, pro neceſſitatibus Romanæ Eccleſiæ, ſuæ Cameræ reſeruaſſe: ſed quod temporaliter, & ab aliquibus eccleſiis, pro temporis neceſſitate, ab eo exactum fuit; in perpetuum, & ad omnes eccleſias poſtea à Bonifacio nono, qui prius indifferenter eccleſiaſticis beneficiis annatarum vſum impoſuit, extenſum eſt, contra totius iuris diuini, & humani diſpoſitionem, &c. Dum enim vnico annatarum vocabulo, credit ſignifi-

significari annatas, de quibus loquitur decretum Basiliense; & vacantias,& annalia, de quibus loquuntur extrauagantes Ioannis XXII. demõstrat ignorauisse, quòd ea vocabula significarent res diuersas, quemadmodum superius probaui. Malitia vero eius ostenditur, non solum ex eo, quia deprauate descripsit verba Ioannis Andreæ, vt collatione facta superius ostensum est; sed etiam quia dissimulat commune, & minuta seruitia; quorum vsus, vt antea probatum est, non habeat initij memoriam; & illorum non facta mentione, contra rei veritatem, confuse omnium inuẽtionem attribuit Bonifacio IX. Sed id quoque non sine veneno; quia tacet Bonifacium IX. introduxisse duntaxat dimidiam, loco integræ annatæ, cuius reseruatio, non primum à Ioanne XXII. vt ipse falso, ac temere asseuerat; sed ab antiquissimis antea temporibus fuerat in vsu. Et hæc quo ad primam verborum dicti glossatoris partem; quæ dici potest esse narratiua. Subsequens vero, in qua dicit eius sententiam dum ait; Contra totius iuris diuini, & humani dispositionem; Nonne scriptum est, Neminem cõcuciatis? & quod, gratis accepistis, gratis date? Nunquid Simon magus cum gratiam Spiritus sancti emere vellet, damnationis suæ sentẽtiam à Petro audiuit, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et qui sunt illi qui dant, & recipiunt annatas, nisi ementes, & vendẽtes in templo, quos Christus ab illo eiecit; etiam ex euentu solo damnandi sunt: nam ex hoc indigni, & qui plus pecuniarum habẽt, promouẽtur, & dignus est prælatura, cui non actionis meritum, sed copiarum præmia suffragantur. Vnde restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri profanus amor obtineat. Pro solutione annatę, plerũque mobilia, etiam pretiosa, ecclesiarum venduntur. Parentes promotorum, pecuniis exhausti, destruuntur: materia exigendi à subditis paratur; vt quotidie videmus, promotos à subditis pecunias sub velamẽto iucundi aduentus (quem tristem & mœstus potius dixerim) exigere. Vnde boni Prophetæ, olim munera prophetiæ non accipiebant, sed

stipes

ſtipes tabernaculi: mali autem quia accipiebant, prophetia(quæ donum dei erat)in diuinationem, (quæ diabolica eſt) conuertebatur. Quid aliud colligitur, niſi (vt ait Hieremias) Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem in cuſtodia pomerij erit. Hęc dicti Gloſſatoris ſententia, vel potius temerarium iudicium, cum ex ipſa ſua temeritate confundatur, non indiget alia confutatione. Prima enim pars, quia præſupponit receptionem, & ſolutionem annatarum eſſe ſimoniacam, quaſi emantur, & vendantur beneficia; ex antedictis redditur falſa; cum ſit probatum contrarium. Et pro his quæ dixi,(tanta eſt veritatis efficacia, quæ etiam ex ore mendacium, inuitis illorum dentibus exit in lucem) ipſe idem gloſſator teſtimonium facit: quandoquidem paulo inferius in gloſ. verbi: conſuetudinis: vbi quærit, an ibi reprobetur conſuetudo generalis in omnibus eccleſiis collegiatis, quòd Canonici in ſua receptione dant aliquid; facit diſtinctionem, in qua inter alia ponit hæc verba. Poteſt dici, quòd ſi conſuetudo imponit hoc onus præbendæ, & non recepto, & valet in fauorem cultus diuini. arg. cap. ſignificatum. de præben. & c. 1. vt eccleſia benefi. & hoc caſu poteſt eſſe verum, quòd à principio etiam cautio exigi poſſit. arg. 18. diſtinct. de Eulogijs. & 18. q. 2. ſeruitium. Quæ verba conſentiunt cum his, quæ antea dixi pro iuſtitia annatarum: cum ſint onus impoſitum, non ipſis promotis, immo neque etiam beneficiis, ſed fructibus. Inſuper idem Gloſſator, ibidem ſubiungit hæc verba. Similiter poteſt quæri, an hic damnetur conſuetudo, quaſi generalis in Normandia, in diœceſi Pariſienſi, & aliis pluribus locis qua Epiſcopi, vel Archidiaconi percipiunt fructus primi anni beneficiorum vacantium, pro deportu. Et videtur quòd non, quia talem conſuetudinem iura approbant. cap. præſenti. §. porro. de offi. ordi. lib. 6. Excepto, quòd habetur in cap. quia ſæpe de electione. & in clem. ſtatutum. §. 1. de electione. & Docto. vt not. Ioan. Andr. in cap. nemo. de reg. iur. lib. 6. 1. no. Vbi allegat extrau. Ioannis XXII. Suſcepti regiminis. vbi hoc eſt deciſum.

Allegat

Allegat eam in clem. 1. de conceff. præben. in clemen. 2. de decimis. Non eſt autem veriſimile, vnico verbo, tot iura ſubuerti: Ideo poſſes intelligere hunc textum, cum tales deportus, vel annatæ exiguntur pro collatione, vel inueſtitura, aut aliis ſpiritualibus; ita, quòd illa ſint cauſa immediata, propter quam talia exiguntur. Hæc autem ratio, quam egregius ille gloſſator fecit, pro ſubſtentatione illius conſuetudinis, per canones, & extrauagantes, ab eo citatas, ad commodum Epiſcoporum, & Archidiaconorum approbatæ; multo magis facit ad fauorem Papæ, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ; præſertim cum cauſa exactionis annatarum; non ſit collatio, neque beneficium; ſed vocatio, & fructus ipſi, vt antea probatum eſt. Pars altera ſententiæ dicti gloſſatoris, vbi poſuit annatas etiam ex euentu eſſe damnandas, quaſi qui plus pecuniarum habent, quamlibet indigni promoueantur; & reliqua, poteſt bilem ſimul, & iocum (vt Horatij verbis vtar) mouere. Nam, quantum attinet ad annatas de quibus ipſe loquitur, cum ſint certæ, & notæ, Epiſcopatuum, videlicet, & monaſteriorum, ex libris taxarum; inferiorum vero beneficiorum, ex ipſo vero valore, qui exprimitur; non poteſt eſſe locus ementitæ per dictum gloſſatorem licitationi; præſertim cum ſummæ prædictæ, non ſoluantur Pontifici ad manum, neque tempore quo fiunt prouiſiones; ſed poſtea officialibus ad id deputatis, quandocunque libet ipſis prouiſis litteras expedire: quas plerique (vt antea dictum eſt) nunquam expediunt. Præterea, licitationi prædictę, etiam ſi maxime vellet Papa, vix locus eſſe poteſt quo ad Epiſcopatus, & Monaſteria; quæ fere omnia conceduntur nominatis à Regibus, & principibus, ſub quorum temporali ditione ſunt Epiſcopatus, & Monaſteria: inter quos, & præcipuus, eſt Rex Francorum: aut electis à ſuis capitulis, vt in Germania, & quibuſdam aliis partibus: Ita, quòd non remaneat Pontifici libera Epiſcopatuum, & Monaſteriorum collatio, niſi in certis Italiæ, partibus. Quò vero ad alia inferiora beneficia, multo minus talia ementiri debeat præfatus gloſ-

ſator,

fator, deplorando destructionem pecuniarum Galliæ cum ipsis Gallis, ratione inferius dicenda, indultum sit, vt pro illis non soluant annatam, & liceat eis impune quorumcunque inferiorum beneficiorum fructus exprimere sub valore 24. ducatorum. Neque omittendum est, quin etiam eludamus ridiculam illius exclamationem, quam facit de pauperatione illorum, qui promouentur; à quibus, vt ipse ait, pro solutione anna æ, scilicet unque mobilia, & pretiosa ecclesiarum venduntur: & eorum parentes pecuniis exhausti destruuntur. Vnde enim prouenire, aut cui persuaderi potest tanta destructio, causa annatarum, si pro episcopatibus, & monasteriis, taxa, non excedit tertiam, & pro inferioribus annata non excedit dimidiam veri valoris? Et si quilibet prouisus, illico recuperaturus est ex fructibus, ibi triplicatam, hic duplicatam summam? vel potius multo maiorem; si quidem rarissimi sunt Episcopatus, & Monasteria, quorum fructus non sint multum aucti à tempore à quo instauratæ fuerunt à Ioanne XXII. taxæ prædictæ. Et de beneficiis inferioribus, nunquam fere verus ad vnguem exprimitur valor: & talis, qualis exprimitur semper intelligitur deductis omnibus expensis, & oneribus consuetis. Itaque cum risu missum faciamus dictum Glossatorem, qui posita vera causa; & vero modo solutionis annatæ, quemadmodum superius posui, ex his quæ dixit in glo. verb. consuetudinis. conuictus est facere pro iustitia annatarum.

27 Et quamuis Basiliensi decreto, ex prædictis (vt mihi videtur) sufficienter confutato; necesse non sit pragmaticam Galliæ sanctionem antedictam, quæ in ipso Basiliensi decreto fundamentum habuit, confutare; tamen ne in alicuius mente remaneat scrupulus, propterea quod, tanta & talis natio, quanta & qualis est Gallicana, decretum illud, per ipsam pragmaticam acceptatum octuaginta fere annis obseruare contenderit; non ab re videbitur esse, si de ipsa quoque pragmatica, quomodo se res habeat, exponamus. Recto autem ordine procedendo, causamq; rei cognoscendo, scire oportet, nullum esse inter

se inter Christianos Principem, qui liberius, ac sæpius Ecclesiarum redditibus manus opponere consueuerit, quàm Reges Francorum, qui olim id faciebant auctoritate summi Pontificis, deinde etiam inscio summo Pontifice; idem facere sibi ipsis vsurpauerunt.

Quod, vltra illos, qui Regni Franciæ historiam descripserunt, probata etiam Albericus de Rosate, qui in suo dictionario, verbo, Decima. §. vltimo. dicit hæc verba. Proh dolor, vnum in fine huius materiæ silere non possum, quod oculata fide percepi. Et notorium est, quòd istæ decimæ, quæ ad deuotionem diuini nominis, à principio processerunt, intantum propter malos pastores Ecclesiæ, distribui vidi Regi Franciæ, sub colore passagij ad recuperationem terræ sanctæ, tempore Papæ Ioannis XXII. & tamen vnum passum, vel apparatum non fecit, & sic etiam est concessa, & conceditur sæpe aliis regibus, principibus, & baronibus in eorum territoriis, per Papam, & Cardinales. Alij quoque Prælati, & Clerici inferiores, an eas dispensent, sicut statuit lex diuina, quilibet palpare potest. Hæc spiritu certe prophetico ex euentu dixisse comprobatur Albericus. Nam & ego vidi hominis bene docti libellum, qui complorans Christianæ Religionis calamitatem, obseruauit miseros exitus, quos habuerunt multorum Principum res; præsertim bellicæ: quas illi aggressi sunt gerere, extortis ab ecclesiasticis locis pecuniis, siue propria auctoritate, siue impetratis à summo Pontifice prætextu alicuius falsæ causæ, decimis, aut aliis subsidiis; obliti, quòd sicut ipsi, quæ sunt principis volunt pro se, ita etiam quæ Dei sunt iuxta Euangelium, deberent Deo relinquere. Quò vero ad ipsos ecclesiasticos, qui ecclesiarum fructus (vt Albericus conquiritur) male dispensant; absque Doctore, vel obseruatore aliquo, vnusquisque per se, de iis quæ cognouit, reminisci potest, & videbit periisse, vt ait scriptura, eorum nomen cum sonitu. Et sicut scriptum est Iobi cap. 20. Qui eum viderant, dicent, vbi est? velut somnium auolans non inuenietur; transiet sicut visio nocturna: Oculus qui eum viderat, non videbit, neque vltra intuebitur

Verba Alberici cõtra seculariũ principũ auaritiã.

tuebitur

tuebitur eum locus suus. Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Sed eò, vnde digressi sumus, regrediendo: Ioannes Andreæ quoque in clemen. 2. de decimis. Vbi text. dicit, si beneficiorum decima, cuius simpliciter concedatur: Ipse super verbo, cuius, ait: Prælato Principi, vel alteri in Regno Franciæ sæpe practicatur iste casus. Hoc autem cum ita esset non defuerunt ex ipsis ecclesiasticis, quibus dolebat soluere consueta Papæ, & Regi decimas; qui incæperunt Regi, & eius aulicis persuadere, quòd melius erat subtrahere illa, quę soluebantur Pontifici, & Romanæ Curiæ, vt Rex ipse posset opportunitatibus suis melius consulere. Hancq; occasionem arripuerunt dicti assentatores, sub dicto Carolo VI. Rege, qui erat adolescens, eisq; Regnum, & pecuniæ, ab Agnatis, & aulicis diripiebantur: Ideoq; sub specie subtrahendi obedientiam Benedicto XIII. nomine ipsius Regis fecerunt superius exemplatum decretum: Et nihilominus, paulopost à Papa Gregorio XII. prætextu expeditionis faciendæ, pro recuperatione Regni Siciliæ, impetrauerũt duas decimas. Ea igitur dulcedine allectus etiam Carolus VII. illius filius acceptatis nonnullis Basiliensis Concilij decretis die 7. Iunij, Anno Domini 1438. habita in Ciuitate Bituricensi congregatione Prælatorum, & procerum suorum; composuit libellum, quem sub nomine pragmaticæ sanctionis, pro lege seruari iussit, inter quæ decreta erat illud superius exemplatum, factum à Basiliensibus, super annatarum prohibitione. Postquã pragmaticæ editionem, inter Pontifices Romanos, & Reges Francorum, ea de re pluries altercato; tandem Ludouicus Rex eius nominis XI. illam abrogauit; & plenam obedietiam Pio II. Pontifici, & sanctæ Sedi Apostolicæ reddidit; licet parlamẽta, & Vniuersitates Parisienses, nunquam voluerint Regiæ voluntati prædictæ acquiescere: quamobrem tumultuatum desuper fuit, vsque ad tempus Papæ Iulij II. qui hac potissimum de causa; indixit Concilium Lateranense; & cum aperto, ac durãte Concilio, Iulius ipse decessisset; inter Leonem X. Pontificem

ipsius

ipsius Iulij successorem, & Franciscum Regem, facta fuit concordia, iussumq; ipsam concordiam, loco dictæ pragmaticæ, deinde seruari debere: itaq; factum est, expeditis desuper litteris opportunis, tam Leonis Ponficis, quàm Francisci Regis prædictorum, de anno Domini 1517. & omnia lecta, publicata, & registrata fuerunt, etiam in ipsius Regni Franciæ parlamentis, & vulgariter appellatur Concordata Franciæ. Concludendo igitur de pragmatica, dicimus, illam contra Annatas nullum facere præiudicium; quando quidem earum fundamentum totum erat in ipso Basiliensi decreto, illo iam per antea dicta sublato, facile corruit desuper factum pragmaticæ ædificium: Vt parum apte, conclusisse videatur Duarenus Iureconsultus argumentum suum, qui in vulgato quodam libro, de sacris ecclesiasticis mysteriis, ac beneficiis; sub titulo, de Annata; vtitur hac argumentandi forma: Vsitatum est apud nos, & Leonina constitutione, cuius sæpe meminimus, confirmatum, genus vectigalis, quod vulgus annatam vocat; Nam cum primum recens lectus est, & à Rege nominatus, aut Episcopus, aut Cenobiarcha; Romanus Pontifex, anni integri fructus eius beneficij percipit, eosq; sibi statim solui, ac repræsentari curat. Hucusque bonus hic argumẽtator, duo dixit mendacia; vnum, vbi dixit, Anni integri fructus; alterum, quòd Papa, illos statim facta nominatione, sibi solui curat: cum inter nominationem, & expeditionem litterarum, secundum quam soluitur annata, plerunque intercedant plures ne dum menses, sed anni; & plerunque litteræ, vt sæpius dictum est, nunquam expediantur, neque soluatur annata. Prosequitur deinde dicens: Hoc vectigal, quod annuum appellatur, non, quòd Anniuersarium, sed, quòd vnius anni sit, quidam à Bonifacio nono inuentum; alij à Ioanne XXII. scribunt. Et hic quoque aliorum errorem secutus, cum loquatur duntaxat de Episcopatibus, & Monasteriis, pro quibus non annata, sed seruitia, quæ immemorabili tempore, ante Bonifacium, & Ioannem prædictos pontifices, erant

in vſum. Subiungit deinde, ſæpe quæſitum eſſe an iure poſſet exigi:& illam fere Theologorum,& iuris Pontificij conſultorem eſſe opinionem: Romanum Pontificem, lege ſimoniaci ambitus vt cæteros Epiſcopos teneri, ſi pro ſacris miniſteriis pecuniam accipiat: atque inculcata auctoritate Concilij Baſilienſis, quo dicit hoc genus vectigalis eſſe damnatum, concludit in hæc verba, videlicet: Quoquo ſe vertant Pontifices quibuſcunque decretis, conſtitutionibus, pactiſque hanc exactionem tueantur, diuinum oraculum ſemper in eis opponemus, gratis accepiſtis, gratis date. Atque ex hac ſua concluſione, infert corollarium aduerſus dicta vltima concordata; in hæc verba, videlicet: Quod cum ita ſit, conuentio inter Regem noſtrum, Pontificemque Leonem inita turpis omnino, ac inhoneſta quibuſdam videtur, ideoque pro non ſcripta haberi, ac reiici deberi. Ita tamen, vt cætera capita eiuſdem conuentionis, quæ à ratione, honeſtateque non abhorrent, nihilominus obſeruentur. Hæc eſt dicti Duareni ſententia: quę quoniam ex ſupradictis ſatis eſt confutata, videtur ei oppoſito corollario, poſſe occurri dicendo: Quia annatæ exactio non eſt ſimoniaca, decretumque Baſilienſe, pro illarum abrogatione factum, vniuerſe ab omnibus reprobatum, iniuſtumque, & impium fuit, & in conſequentiam, talis erat pragmatica ſanctio, ſuper Baſilieſi decreto fundata; Hinc infertur, quòd conuentio inter Franciſcum Regem, & Leonem Pontificem inita, honeſta, iuſta, & laudabilis, ideoque inuiolabiliter ſeruanda eſt.

30 Sed non quieſcit adhuc animus, niſi de pragmaticæ prædictæ improbitate, antiquos etiam proferam teſtes. Petrus ille Epiſcopus Brixinenſis, qui ante dictam legationem, per Eugenium Papam, etiam ad ipſum Carolũ ſeptimum pragmaticę auctorem miſſus fuit; in ſatis bene longa oratione, quam coram ipſo Carolo Rege habuit, non expauit in eius faciem, quantum attinebat ad ipſam pragmaticam ſanctionem, aperte loqui in hæc verba: Atque in ea re, vt miſſa faciamus reliqua, & omnis

omnis nostra ad te conuertatur oratio; Non potest Eugenius Pontifex non magnopere dolere, atque admirari tantum in te fuisse reformationis desiderium, vt (quod bona venia tua dixerim) leges plenas turpitudinis, ac deformationis, à Basiliensibus editas, pro reformatione admiseris: Legem enim quandam Maiestas tua fertur promulgasse, quam vulgo, pragmaticam sanctionem vocant, in qua Basiliensium decreta quædam diceris recepisse; & in Regno tuo ab omnibus obseruari mandasse. Quod profecto à veteri Principum more videtur fuisse, quam maxime alienum: Esto enim, quòd Basiliensium leges sanctæ & honestæ fuissent; illæ tamen, tanquam statuta synodalia, haberi nullatenus debuissent, nisi eas Apostolicæ confirmationis robur solidasset. Quid enim tibi, & cæteris circa eas credendum, quid tenendum esset, debuisti à Sede Apostolica postulare: Idque exemplo Sanctorum Patrum, ac clarissimorum Regum, quorum tibi actiones proponimus, ne rem nouam dicere videamur. & subinde, propositis exemplis Iustiniani, & Caroli Magni Imperatorum, auctoritatibusquæ aliquot sanctorum Patrum, & sacræ scripturæ, quas breuitatis causa, hic ommittendas esse censeo; prosequitur dicens: Cum itaque harum constitutionum à te receptarum, quædam omnino confirmatæ non sint; quædam vero perpetuam Sedis Apostolicæ damnationem meruerint; quo pacto pro legibus abste haberi potuerint, non satis animaduertimus; cum tuum non sit, hoc est Christiani Principis, id recipere, id obseruare, quod Romanæ Ecclesiæ damnauit auctoritas. Id autem summam cum ratione factum esse, quis inficiabitur: Ea enim Basiliensium decreta, ius diuinum grauissime lædunt, & priuilegia Sedis Apostolicæ; non ab homine aliquo, sed ab ipso Deo collata, impiissime violant, quod hæreticum esse, sancti nos patres admonuerunt? Et postquam ad hoc quoque probandum, Nicolai primi, & Leonis Pontificum adduxit auctoritas, subiungit.

Verba Petri Episcopi Brixinēsis ex eius oratiōe habita corā Carolo vij. rege Francorum.

git. Vtinam surdi Basilienses ad hæc aperuissent aures, & vt bene agerent, intelligere voluissent; in has enim sordes, nec se, nec alios præcipitauissent. Tu vero, Christianissime Princeps, qui & pacem Ecclesiæ, & decorem eius affectuosissime cupis, quæcunque dicimus, gratissime audis, & in arcanu pectoris tui colligis, ac custodis. O si possem singulis huius tuæ legis capitulis immorari, ostenderem profecto, neque Basiliensibus horum malorum auctoribus, facere, neque tibi eas constitutiones recipere licuisse, quæ Romanæ Ecclesiæ dignitati, honori, principatui, ac priuilegiis derogant, quorum tanta fuit apud maiores tuos reuerentia, tanta vis, tanta auctoritas, vt ea omnia potentia,& armis,ipso quoque sanguine tueri, ac defendere minime dubitauerint. Sed quoniam non parui, neque leuis negotiis ea res est, idque temporis huius ratione quaquam patitur; longius enim dixi quàm in initio proposueram,erit benignitatis, & clementiæ tuæ, alio tempore de his (quæ nunc missa facimus) nos audire. Confidimus enim,Maiestati tuæ, Besiliensium dolos, erroresque grauissimos Pontificis vero maximi iustitiam, æquitatem, honestatem, ac veritatem ostendere: & ita ostendere, vt gloriosa illa sua animi magnitudine, & feruore fidei ardentissimo, aduersus eorum iniquissimas leges insurgas, illasque damnes, reprobes, ac reiicias; quoniam ex ipsis peruersis legibus, (vtpote auctoritatem, & dignitatem sedis apostolicę corrumpentibus)non reformatio,quam se facturos per hoc decennium polliciti sunt, sed abhominanda deformitas introducta est.

Alter antiquus Testis, est Helias Archiepiscopus Turonensis, qui tunc erat à consiliis dicti Ludouici XI. Regis, & contra pragmaticam, & illius fautores, pro ipsius Regis abrogatione prædicta scripsit, concludens obediendum esse Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, posthabita pragmatica sanctione prædicta, quam conclusione probat his rationibus: quarum prima sumitur à Sanctæ sedis Apostolicæ, & in ea sedentis Pontificis præeminentia: Secunda, à periculo quod incurritur

ritur si eiusdem sanctæ sedis Apostolicę obedientia quomodolibet transgrediatur: Tertia, ex ipsius Regis prædecessorum benedictæ propaginis Francorum domus fide, & deuotione, quibus mirifice decorati claruerunt: Quarta, ex eiusdem Sanctæ sedis Apostolicæ, in præfatam Sacram domum Francorum, benedictione. Quas omnes rationes, cum auctoritatibus, & exemplis comprobauerit, subinde addit quinta rationem, ex eiusdem pragmaticæ exorbitatione, & minus sufficienti auctoritate: exorbitationem autem ex eo arguit, quia in ipsius pragmaticæ principio, auctoritatis apostolicæ vsus grauiter inculpatur; & ei in multis detrahitur, quod multis scripturæ sacræ, & Conciliorum locis, probat esse contra ius diuinum: deinde, quòd ipsa pragmatica sufficienti auctoritate careret, arguit hoc modo: Quoniam (inquit) si vim & auctoritatem legis obtinet, necesse est dicere, à quo hæc auctoritas dependeat: & videtur, quòd à nullo possit dependere; quia aut à Rege illam dictante, & pronunciante; aut a prælatorum, & aliorum Regni procerum congregatione, aut à Basiliensis Concilij editione, per sufficientem diuisionem, quia certum est, quòd non à Papa, qui illam improbat, & detestatur. Primum autem membrum, quòd non possit subsistere auctoritate Regis, probat, quia materia subiecta non erat sub iurisdictione, & potestate Regis, nempe de his, quæ spectant ad fidem, & religionem; secundum, quia illi, qui dicta constitutione pragmatica ligari debebant, personæ scilicet Ecclesiasticæ non erant ipsi Regi subditi. A Prælatorum vero, & aliorum Regni procerum congregatione, constitutionem prędictam auctoritatem habere posse negat, eo quòd de iure, nulla prælatorum, vel clericorum Congregatio censeatur esse legitima, nisi summi Pontificis auctoritate fiat: Licet enim (inquit) quilibet Episcopus Clerum suum, pro vtilitate suæ dioecesis, & Archiepiscopus prouinciæ suæ suffraganeos conuocare possit, & debeat: vnus tamen Episcopus alium Episcopum; & Archiepiscopus, alium Archiepisco-

pum, aut alterius Ecclesiæ suffraganeum conuocare non potest. Congregatio itaque multorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatuum, & priorum, & clericorum diuersarum diœcesum, nullam videtur habere iuris subsistentiam; cum nullus, de iure, auctoritatem habeat conuocandi, neque tali congregationi præsidendi, sed neque alius statuendi, præcipuæ contra summi Pontificis auctoritatem; & talis congregatio acefala censeretur; & si permitteretur, sequeretur exinde graue dissidium in Ecclesia, quæ vna est Christi sponsa immaculata. Nam quælibet natio niteretur sine capite ad sui nutum introducere sibi ritum nouum: & sic possent inde prouenire scissuræ, ac schismata in Ecclesia; & sic recedere ab vnitate vnius capitis; quod improbat Apostolus, prima, ad Corinthios. Et post multas auctoritates, subiungit: Amplius ostendi potest, quòd dicta Congregatio Bituricensis, nulla censeri potuit esse auctoritate suffulta: quoniam dicere oportet, à sufficienti diuisione, quòd aut fuit Concilium generale, & hoc non; quia non interuenit auctoritas Papæ, sine qua celebrari nō potest, vt præostensum est, neque interuenerunt aliæ nationes: Aut prouinciale, & hoc non; quia Concilium prouinciale dicitur, quod Metropolitanus, cum suis suffraganeis, in sua prouincia celebrat: Aut synodus episcopalis, & hoc non; quia in tali est vnus Episcopus tantum, qui præsidet, & auctoritatem impartit. Et cum ad hæc singula comprobanda, iura, & auctoritates citet; postremo addit, quòd pragmatica prædicta non valeret à Basiliensis Concilij editione subsistere: nam tacitis (inquit) multis quæ exprimi possent, vt pote, quæ fuit causa mouens conuocandi illud Basiliense Concilium, & quis modus in prosecutione fuerit obseruatus: Qualis etiam per Basilienses facta fuerit Antipapæ intrusio, manifestata finaliter per factum, cui merito non assensit vniuersalis Ecclesia, vt satis de se patet, de quibus ad præsens supersedeo. Sed alia sunt, propter quæ, auctoritas dicti Concilij Basiliensis, consolidare nequit ipsam pragmaticam: & primum est, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ præeminen-

minentia, & auctoritas, quæ super omne Concilium est, vt superius ex multis iuribus, & auctoritatibus est probatum: vnde in editione quorumcunque decretorum, vel Canonum S. R. Ecclesiæ auctoritas subintelligitur semper excepta. Et post multa iura, etiam ad hoc adducta, dicit; Secundum est eiusdem Concilij Basiliensis auctoritatis nullitas; Nam ea prætensa, quæ dicuntur edidisse decreta, super quibus fundatur dicta pragmatica, ediderunt post factam translationem Concilij, ex Basilea, ad Ciuitatem Ferrariæ, & post excommunicationem latam per Papam, Dominum videlicet Eugenium, contra Basilienses, nisi discederent á Ciuitate Basilea, quòd ad effectum Concilij prætensi: & sic eidem omnis auctoritas defuit. Et postquam multis etiam auctoritatibus probauit valuisse translationem Concilij, & excommunicationem prædictam, dicit; Tertium est eiusdem pragmaticæ, & decretorum, prætensi Basiliensis Concilij, contrarietas. Primo, quoniam illud Concilium Basiliense, præuentionem in conferendi beneficiis, Papæ liberam reliquit, sicut etiam de iure communi sibi competit; Pragmaticam vero non annuit. Secundo, dictum Concilium per decretum ordinat, quòd Princeps, pro electionibus faciendis, litteras electoribus non dirigant, neque preces fundant; sed libere eligere permittant; Pragmaticam vero, illi decreto non acquiescit. Præterea sunt in dicta pragmatica additiones, varietates, modificationes, & restrictiones in dictis decretis, prout constat per tenorem ipsius pragmaticæ, quam confirmari præstolati sunt sibi per Regios Oratores, à memorato Concilio Basiliensi, quibus quidem Oratoribus regiis fuit responsum, quòd decreta, aut in totum acceptarent, aut in totum recusarent; & sic uullam penitus à dicto Concilio confirmationem, aut auctoritatem qualemcunque reportarunt. Ex quo concluditur, ꝙ ipsa pragmatica nunquam auctoritatem habuit, & valde periculose agebatur, cum quis ea vtebatur per modum prædictum. Et tandem multis interpositis scripturæ sacræ, & sanctorũ Patrum auctoritatibus,

dicit. Ex præmiſſis igitur omnibus concluditur, quòd bene, iuſte, ſanćte, & vtiliter præfatus D. noſter Rex, dićtam pragmaticam, tanquam debita aućtoritate carentem, merito abrogauerit, & plenam obedientiam Sanćtiſſimo Domino noſtro Papæ præſtiterit, & bene conſultus hoc fecit, licet in hoc magnum non requireretur conſilium, quia vt ait Philoſophus, 3. Ethicorum: In magnis, & dubiis, diuturna deliberatio, & multorum conſilia requiruntur; in his autem quæ ſunt certa, & determinata, non requiritur conſilium: vt ponit Beatus Thomas, Secunda ſecundæ, quæſtio. vlti. Per hæc autem ſuperius ſcripta, ſatis patet, quòd hæc ſunt certa, & determinata; & quòd Rex ita facere debuit pro ſalute ſua, & Regni ſui; vt ſit ipſe ſemper verus Chriſtianiſſimus, & catholicus filius Eccleſiæ, & Sanćtæ ſedis Apoſtolicæ, vnà cum patre ſuo Sanćtiſſimo Pontifice ſummo, in Spiritu ſanćto, qui eos illuminare dignetur, & gratia ſuperna implere corda eorum, in vinculo pacis, ad fælix, & vtile regimen vtriuſque poteſtatis; vt coronam decoris accipere mereantur de manu Domini, & vitam conſequi ſempiternam. Hæc ſunt, in ſummam, verba dićti Heliæ Archiepiſcopi; quæ ſimul terminata eſt ſecunda pars noſtri traćtatus.

Supereſt inſtituti ſermonis vltima pars, in qua polliciti ſumus deſcribere vſum ſecundum quem Annatæ ſoluuntur, Cuius vſus modi, quamquam ex præcedentibus colligi valeant; ideoque inde petenda relinqui poſſent: facilioris tamen intelligentiæ gratia, & ne eius obliti videremur, paucis eam quoque partem, ſeparatim, hic breui ſumma repetendam eſſe duxi.

Conſtituenda eſt ergo regula, quòd annatam (ſub quo nomine hoc loco tam commune, & minuta ſeruitia, quàm dimidiam Bonifacianam intelligi volo) ſoluunt omnes illi, pro quibus expediuntur litteræ, ſuper prouiſionibus beneficiorum vacantium, & ſeper aliis gratiis, ex quibus detur ius percipiendi ipſorum beneficiorum fructus, aut ipſorum fructuum partem, vt

penſiones, & fructuum reſeruationes.

Ex hnius regulæ ſingulis partibus, deducuntur ſpecies quædam, pro quibus non debetur annata, vel eius differtur ſolutio. Ex prima enim parte, vbi dicitur, ſuper prouiſionibus beneficiorum, deducuntur hoſpitalia, quæ ſecundum formulam conſtitutionis Clementis Papæ V. regenda committuntur: & monaſteria Monialium, ſeu (magis proprie loquendo) illorum Abbatiſſatus, pro quibus annata non debetur, ſed quælibet Abbatiſſa dono dat ſolummodo veſtem lineam, quam vulgo rocchettum appellant, ſeu certam modicam, pro eodem rocchetto, pecuniarum ſummam. Pro illis quoque beneficiis, quæ noue eriguntur, & tunc primum ex bonis profanis dotantur, illi quibus ea beneficia ab eorum prima erectione conferuntur, annatam non ſoluunt. Pro illis quoque, quorum fructus, ſecundum communem æſtimationem, ponuntur non excedere valorem annum vigintiquatuor ducatorum, & pro quibus ſemel ſoluta eſt, ſi contingat illa intra vnius, & eiuſdem anni circulum iterum vacare, non perceptis à prius prouiſio fructibus, in ſecundæ prouiſionis expeditione annata non ſoluitur: Prout neque ille ſoluit: qui ſuper vna ſupplicatione iam ſemel expeditis litteris, & ſoluta annata, vigore eiuſdem ſupplicationis alias, quamuis ſub alia, & diuerſa à prius expeditis forma, litteras vult expedire. Quod aliter ſe habet, ſi ſecunda expeditio, quamuis pro eadem perſona, fiat ſuper alia diuerſæ (præſertim poſterioris) datæ ſupplicatione, quia tunc videtur præſupponi alia vacatio, vſque in diem datæ ſecundę ſupplicationis: & propterea non eſt inconueniens ſi noua ſit facienda ſolutio; hoc dico, ſi interim ille, vigore prioris expeditionis, percepit fructus, non aliter: nam ſi illos percipit, quia data adhuc vacatione, ſequitur fructus illos fuiſſe interim indebite perceptos, mirandum non eſt, ſi prima illa ſolutio non excuſat à ſecunda ſolutione.

Quod de Monaſteriis Monialium, & hoſpitalibus dictum eſt, intelligi debet, quòd in expeditione littera-

rum

rum super illorum prouisionibus, non soluitur annata. Sed si contingat illorum fructus, aut super ipsis fructibus densiones aliis reseruari, pro fructibus reseruatis, & pensionibus huiusmodi, prout generaliter pro omnibus aliis fructuum Ecclesiasticorum, & pensionum super illis assignatarum reseruationibus, debet solui, etiam si pensiones monialibus ipsis reseruentur, si pensiones ipsæ vigintiquatuor ducatorum summam excedant. Hac scilicet adhibita distinctione, & norma; videlicet, quòd si fructuum, vel pensionis reseruatio facta est super fructibus Episcopatus, aut Monasterij, siue consistorialis, siue non consistorialis, sed in libris Cameræ taxati, & pensio excedat summam taxæ libri Cancellariæ, tunc in expeditione reseruationis fructuum, aut pensionis, ille, in cuius fauorem facta est reseruatio, si expediat suas litteras antequam litteræ prouisionis Ecclesiæ, vel Monasterij expediantur, tenetur soluere integram dimidiam; sed vbi pro reseruatario expediuntur litteræ, vnà cum litteris prouisionis, aut postea; tunc soluitur duntaxat tertia pars taxæ pro ipsa pensione, seu fructuum reseruatione. Et idem si sint plures pensiones, quæ insimul excedant taxam; quia pro omnibus soluitur tertia pars taxæ, pro rata inter ipsos pensionarios distributa. Et prouisio de Ecclesia, vel Monasterio grauato, pensionibus ascendentibus ad tertiam partem taxæ, vel illam excedentibus, ad quamcunque summam illę ascendant (si pro illis fuerit per pensionarios antea soluta, vel tunc soluatur Annata) illarum intuitu, dimittitur eadem tertia pars à pensionarijs, seu illorum causa persoluta; & ipse prouisus se obligat illam soluere, in euentum, quòd pensiones eo possidente cessent. Si vero pensiones non excedunt taxam, pensionarii debent soluere pro tertia parte summæ ipsius pensionis. Et si fructuum, aut pensionum reseruatio fit super fructibus alicuius beneficij non consistorialis, aut non taxati; tunc si non excedit 24. ducatos, pro ea nihil soluitur; sed si eam summam excedit, soluitur dimidia Bonifaciana, pro ea summa, ad quam reseruatio fructuum, seu

pensio

pensio ipsa ascendit.

Sed hoc quoque est circa ipsas fructuum, & pensionum reseruationes considerandum, quòd si pro ipsis non reperiatur antea soluta annata, non datur expeditio litterarum, super grauati beneficij prouisione, nisi prouisus etiam pro ipsis fructibus, ac pensionibus reseruatis, nomine illorum, quibus reseruatæ sunt, persoluat. Sed ita soluentibus datur mandatum Camerale, vt possint retinere, & compensare cum fructibus, & pensionibus per eum soluendis. Debetq; nihilominus ipse prouisus promittere (sicut antea dictum est) quòd vbi contingat pensionem, vel fructuum reseruationem quoquo modo cessare, tunc ipse quoque pro illis soluet tantum, quanto minus nomine suo, propter reseruationes huiusmodi, soluit in prouisione. Et est notandum quòd actio ex huiusmodi obligationibus orta, exercetur cõtra quoscũque illarum, pro quibus factæ sunt obligationes, Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum possessores, & eorum obligationes facientium successores. Et hęc dicta sint pro declaratione illius partis positæ superius ad limitationẽ regulæ, quatenus diximus, annatas nõ deberi; sequitur dicendũ circa id, vbi diximus, solutionẽ differri.

Differtur autem solutio, quamuis de vacanti facta prouisio expediatur, vbicunque prouisus probat esse aliquem alium in beneficio intrusum, quæ intrusio (si fuit ipsa prouisione, quæ expeditur, anterior) non solum probanda, sed etiam narranda est in ipsis litteris, quæ de prouisione expediuntur. Quandoque etiam intuito personarum, aut aliqua subsistente iusta causa, (vt quia nota sit difficultas, quam prouisus habiturus sit in adeptione possessionis, & in pensione, quòd non sit nisi cum lite, aut alia magna difficultate exigibilis) permittitur expeditio litterarum, facta per illos, qui eas expediunt, obligatione de soluendo intra certum tempus conuentum.

De beneficijs in Regno Franciæ sitis, soluitur secundum antedictã Gregorij xij. reductionem; Videlicet, pro consistorialibus tantum, habita ratione medietatis taxę,

Et quo-

Et quoniam diœceses, quę nuncsunt sub regno Franciæ. tunc non omnes erant illi subditæ, & reductio prædicta non admittitur nisi pro locis tunc subditis; ideo introducta est (vt antea dixi) appellatio patriæ reductæ.

Pro litteris autem concessis ad beneficia non vacantia, in expeditione illarum annata non soluitur, præterquam pro litteris coadiutoriæ, cum clausula futuræ successionis. In certis vero adhibetur hæc distinctio: Quia si gratiæ dantur ad vacatura incerta, vt sunt expectatiuæ, reseruationes, mandata de prouidendo, & cætera talia; pro illis, cuiuscunque sint summæ & tenoris, neque facienda est solutio, neque obligatio. Si vero gratiæ sint ad beneficia certa, in euentum vacationis illorum, vt regressus, accessus, vnio, & aliæ tales; tunc in expeditione litterarum, facienda est obligatio de soluendo annatam data vacatione, & purificata conditione gratiæ.

Idem contingit iis, quibus prouidetur à Legatis, & Nuntiis Papæ, aut ab aliis quibuscunque prælatis habentibus à Papa facultatem conferendi beneficia reseruata; quoniam in litteris ipsarum facultatum consueuit opponi decretum, quòd illi, quibus illarum vigore continget prouideri de beneficiis excedentibus annuum valorem 24. duc. debeant deinde intra certum tempus, desuper impetrare ab ipso Papa nouas prouisiones, & super illis expedire litteras, & soluere annatam, & iura Cameræ.

Est aliud quoque annatæ nomen Quindennium, non quidem specie, sed accidenti, & nomine tantum ab antedictis differens: quod deriuatum est hoc pacto. Cum inter alia prouisionem genera, quæ ab Apostolica Sede impetrantur, sint illæ, per quas beneficia Ecclesiastica vniuntur, & annectuntur aliis, ita, quòd non sint amplius vacatura, quod contingit, si vnio sit perpetua, nec beneficium vniatur alteri beneficio de sua natura vacabili (puta Episcopatus, aut Abbatiæ alicuius mensæ, aut alij cuius beneficio conferiibili) tunc enim augetur Episcopatus, aut Abbatiæ taxa, pro tertia parte quan-

titatis

titatis fructuum vniti beneficij, si illud non sit inter taxata in libris Cameræ; & si sit taxatum, tantundem augetur taxa beneficij, cui fit vnio: & sic de consueta vniti beneficij annata, sedi Apostolicæ nihil detrahitur; sed si beneficium annatę solutioni obnoxium vniatur hospitali, vel monasterio monialium, pro quibus diximus annatam non solui, licet vacent, & conferantur. Item si vniatur mensæ alicuius Capituli, seu collegij Ecclesiastici secularium clericorum, vel regularium, aut congregationi, vel etiam cuilibet monasterio Religiosorum, eorum qui ex Apostolicæ sedis priuilegio habent ius, vt ab eis electi Abbates, absque alia sedis Apostolicæ prouisione, suorum monasteriorum habeant administrationem. Ex huiusmodi vnionibus, & si quæ sint aliæ, per quas præcludatur via futuris vnitorum beneficiorum vacationibus; quoniam inferebatur sedi Apostolicæ detrimentum percipiendi ex illis annatam; de totius Christianitatis communi consensu, ab antiquissimis temporibus (quod ex regestis Cameræ Apostolicæ apparet) vsu receptum fuit, vt illi, in quorum commodum tales vniones cedebant, dum singularum vnionum litteras expediebant, promitterent, obligarentque se, & successores, pro soluenda in futurum, certis conuentis temporibus (puta finitis quibuscunque quindecim, decem & octo, aut viginti annis) vnitorum beneficiorum annatas, habita ratione summæ, quæ pro vnoquoque beneficio ante vnionem soluebatur: vt sic Apostolicæ sedis indemnitati prospiceretur, ne talium vnionum prætextu, remaneret in perpetuum priuata iure percipiendi consuetam annatam. Atque ita processum est vsque ad tempus Pauli II. Pontificis, qui eiusmodi solutionum varia tempora, ad singulorum quindecim annorum initia reduxit; ab eaque dicti Pauli Pontificis ordinatione, stabilito quindecim annorum tempore, tractuum est Quindennij nomen.

FINIS.



# INDEX ALPHABETICVS IN TRACT. DE OBLIG. IN FORMA CAMERÆ.

## D. ANTONII MASSÆ GALLESII CIVIS ROMANI.

*Primus autem numerus paginam designat, posterior sedem locorum.*

A

Ob-

Qua-

# INDEX ALPHABETICVS AD TRACTATVM DE GVARENTIGIA.

## EXCELLENTISSIMI I. V. Doct. D. Benedicti Barzij, Sigismundi Romanorum Imperatoris Augusti, consiliarij.

A



B



C

L



Liqui-

R



S




# INDEX ALPHABETICVS IN TRACTATVM

## D. Antonij de Canaria.

## DE EXECVTIONE INSTRVMENTORVM

*Primus autem numerus paginam, secundus vero res adnotatas designat.*

Statutum



# SVMMA EORVM QVÆ continentur in Sermone Antonij Massæ de Annatis.

*In prima parte, quæ dat cognitionem rei de qua agitur, hæc insunt.*



*Secunda pars in qua tractatur Annatarum iustitia habet hæc capita.*

FINIS.

*REGESTUM*

† ABCDEFGHIKLMNOPQRST

VXYZ. Aa Bb Cc

Omnes sunt quaterniones.




*ROMAE,*

---

*Ex Typographia Accoltiana.*
*In Burgo.*

